24 catam:† nisi fortè de obreptione proponeretur,vel nisi fortè ex prouisiōe,& de gratia potiùs quàm de mero iure audiretur obijciens,etiam de obreptione non tamen multo tempore post confirmationem.§.de electione.cum dilectus.secundum Inn.nam secundum Host.& populari actione vno agente,& succumbente:si ex eadem causa agit,posteà alius datur vuglaris exceptio rei iudicatę:vt.ff.de popu.act.l.iij. nisi fortè is qui secundo agit doceat primum præuaricatū, vel corruptum fuisse.ff.de pręuarica.l.iij.j.responso.j.de collusione detegenda.c.primo.&.c.fi.vel nisi suam,vel suorum iniuriam prosequatur,& ignorauerit quando primus egit, vel accusa.ff.de accusa.l.si cui.§.ij.Illud autem certum est secundum emp.quòd vbi superior solenniter incoepit examinare negotium partibus.s.præsentibus,& libello oblato si non reperiatur lis fuisse legitimè contestata,& processus,& sententia,& omnia alia quæ ex inde secuta sunt cassa,& irrita nunciātur:vt patet in eo quod legitur,& notatur.§.de elec.dudū.ij.§.licet aūt.scdm Host.sed scdm Nouellam hodie non potest fieri confirmatio parte non vocata,quod dicvt.j.de electione.c.fi.libro sexto.& de materia omnium pręadictorum remittit ad plenè notata per se in prædicto.c.ꝙ sicut.ad finem,dicam de elec.c.fi.libr.vj. ¶ *Secundò* opponitur in fine decretalis.versu si autem in Hybernia.in verbo *anni*:quia non videtur quòd sit expectandus vltra sex menses:vt.c.quoniam frequenter.§.quòd si forsan.§.vt lite non contest.imò videtur quòd non erat expectandus.vt.§.de elect.dudum.&.j.de re iudicata.cum olim.vide Ber.in glo.
25 penultima.† dicit Innocen.quòd in.§.quòd si forsan agitur. de electio.non confirmata,& de electo non consecrato:sed iste consecratus erat,vnde siue appellasset,siue non,pessimū erat:quòd alius intraret in locum eius.j.de concess.pręben-dæ.c.primo.iij.q.vij.hoc quippe.& arguit per hoc Inn.sententiam latam in matrimonio spirituali,sicut super electione non transire in rem iudicatam.sicut nec in carnali.de re iudi.c.lator.&.c.tenor.refert posteà Inn.alios dicere & meliùs,ꝙ si verum esset quod.D.dicebat,scilicet quòd iter arripuit ad sedem apostolicam veniendi esset iniquus processus iudicum.j.de appel.meminimus.&.c.suggestum.& ideò de iure est,quòd de hoc inquiratur:& hoc comperto reuocetur processus de offic.deleg.cum causam. ¶ *Sed* oppones: quia scilicet ad eosdem iudices remitti non debuit negotium.j.de appell.proposuit.nisi de consensu partis.eo.tit.in-
26 terposita.§.ille qui non interuenit:† sed respondent quòd non remittitur,sed quòd hoc est ius commune,videlicet ꝙ si quis infra annum non prosequatur appellationem:vt primus iudex exequatur suam sententiam.de offic.deleg.pastoralis.§.præterea.& quod ibi notatur,vel meliùs propter pręsumptiones quæ erant cōtra ipsum.D.hoc speciale factum fuit contra ius,videlicet talis remissio ex certa scientia Pa
27 pæ in odium ipsius.D.secundum Inno.† Subdit etiam Inn. quòd hodie dicunt quidam,hoc correctum,videlicet quòd itineris arreptio vim habeat appellationis:vt notatur.j. de appellat.vt debitus.Subdit etiam quòd nec hoc sufficit, videlicet quòd cōstaret de certo quòd ille ad sedem apostolicam veniebat,vt de processu contra se habito conquereret si videlicet copiam iudicis à quo volebat appellare poterat habere intra decem dies à tempore quo sciuit processum contra se habitum computandos:coram eo enim tūc appellare tenetur.ij.q.vj.§.si quis ipsius.seu.§.biduum.Præterea dicit Hosti.quòd non videtur hîc assignari terminus ad appellationem finiēdam:sufficit enim hîc si iste se presentar,& aliquid rationabile pro se proponat iuxta ea quæ supra scripsi.finaliter tamen videtur stare Hostiē.& Nouella. cum Ber.& Gof.in hoc,scilicet quòd ex misericordia,& prouisione quadā Papæ intelliguntur facta omia & stare,scilicet quòd inquiritur de eo de quo fuerat bene inquisitum, & quòd auditur quis post diffinitiuam à qua non fuerat appellatum,& quòd expectatur electus vltra sex menses,& ꝙ datur terminus infra quem quis expediatur in curia,& redeat ad delegatos.

¶ PRIMO quęritur iuxta ea quæ scripsi supra eod.c.in prima oppositione.versi.sed quæres qualiter obijciens aliquid contra electum tenetur ꝓbare,quod obijcit.circa hoc Henricus ex ijs quæ scripsi post Inno.in prædicto versu,sed quæres.format talem distinctionem,aut obijcit in formam aut in personam:si in formam,aut ante confirmationem,& tunc nihil tenetur probare,aut post,& tunc secus: sed si in personam siue ante,siue post,semper tenetur probare,& ꝓsequere membra:vt scripsi in prædicto versu.sed quæres.
28 † Sed secundum Henricum meliùs est dicere indistinctè ꝙ obijciens tenetur probare obiecta per eum siue in formam, siue in personam,siue ante cōfirmationem,siue post confirmationem obijciat:nam qui obijcit in formam negādo electionem canonicam negat ius:& ideò incumbit ei probatio maximè ex quo agit.ff.de probat.l.ab ea parte.vt scripsi post Hostiē.in prædicto versu.sed quæres.in versiculo.hæc tamen ratio facit:quia ex quo de facto electionis constat præsumitur interuenisse solennitas.C.de contrahen.stipul. l.j.dum tamen scrutinium,vel vota in scriptis redacta ostēdant de electione:quia propter decretum in quo appareat consensus capituli.lxj.di.Episcopus dum vt no.expressè Innocen.infra de accusa.super ijs.in glo.ad excipiendum.in fine versu quando autem.& de eo qui furtiuè ordines recoepit.c.innotuit.& istam opinionē approbat.Host.hîc & alij de electione.c.is qui contra.libro sexto.& in.c.si fortè.eo.titulo.& videtur expressum.eodem titulo.cap.statuimus.& c.vt circa.& in prædicto.c.si fortè.sed Compo.in præallegato.c.quòd sicut.circa prin.tenet primam opinionem quam etiam Henricus hîc credit veram in casu vbi de facto,seu decreto electionis non constaret,& hoc etiam innuit Inn. in prædicto.c.super ijs. ¶ Verùm tu forsan circa hoc clariùs distinguere posses,aut quæritur de huiusmodi probatione quoad effectum impediendæ electionis confirmationem. aut quoad effectum cassandi ipsam electionem,aut quoad effectum euitandi poenas de quibus in.c.statuimus.& in c.si fortè.& in.c.is qui contra.alle.in primo casu subdistingue;quia aut ille petit confirmationem ad effectum eam obtinendi tenetur de necessitate probare illud de cuius cōtrario ad impediendam suam confirmationem excipitur,
29 aut non.† Si sic tunc eo ipso quòd hoc non probat electus ipse obijciens probare videtur:vt si excipitur quòd non est electus,vel quòd non est electus à maiori parte, vel quòd non est electus per aliquam de formis concilij generalis,vel quòd non est electus communiter,& per verba singularis numeri,& per vnū.vel si est electus per viam compromissi, quod non omnes consenserunt,vel si per viam scrutinij,ꝙ non fuerunt seruatæ omnes solennitates illius formæ,& si per viam inspirationis,vel quasi quòd etiam non fuerunt seruata illa quæ sunt necessaria in forma ista,iuxta ea quæ leguntur,& notantur.de electione.quia propter.&.c.in genesi.&.c.sicut cum per formam.eo.titu.libro sexto.Ista eīm interuenisse tenetur probare electus,cum sit actor in petitione confirmationis,& hæc omnia sunt necessaria ad fundamentum suæ intentionis,vt patet in iuribus proximè allegatis,& ideò obijciens de contrario qui est reus etiam si nihil

nihil super obiectione sua præstiterit effectum suæ absolutionis,qui est impedimentum petitę confirmationis reportabit,nisi petens confirmationem omnia necessaria ad eam obtinendum plenè probauerit,vt.C.de rei ven.l.fin.&.§.de causa poss.c.cùm in ecclesia allegatis.Et in hoc membro om
30 nes concordare videntur.† Si verò ad obtinendum confirmationem non tenetur de necessitate electus probare contrarium eius quod obijcitur:vtputa:quia de iure præsumitur,vtputa si obijcitur in personam crimen cùm elect⁹ pręsumatur de iure bonus,vel alienabilitas,puta excommunicatio,suspensio,vel interdictum,aut illegitimitas,vel defectus ordinis,aut ætatis cum persona electa in dubio iuris habilitates pręsumatur habere,aut si opponitur in formam contra personas eligentium aliqua inhabilitas,vel defectus,cùm tamen habiles,& non defectuosi de iure prima facie pręsumantur:aut si opponitur ipsos eligentes ante electionem ius eligendi ꝓpter cām aliquā perdidisse,aut post & cōtra appellationem legitimam electionem fuisse attentatā. ijs enim casibus contrarium nō habet probare electus cum probatis omnibus communibus solennitatibus omnia alia de iure præsumi debeant,donec probetur contrarium per obijcientem:vt patet ex ijs quę leguntur,& notantur in iuribus supra inductis.& in.c.cùm in cunctis.& in.l.ab ea parte.alle.& de præsump.c.fi.& de scrutinio.c.vno.saluis ijs quę leguntur,& notantur in prædicto.c.si fortè.& saluo† quòd
31 electus tenetur probare suas communes habilitates maximè dum negantur:puta legitimitatem ętatem,ordinem,vel professionem maximè dum negantur,non tamen plenè sed pręsumptiuè:vt per communem opinionem & famam:vt patet ex ijs quę scripsit Nouella in.c.exceptionis.de litis cōtest.libro sexto.& in.c.infamibus.de reg.iur.e.li.in.q.mercuriali.In prædicto autem casu,cùm videlicet non tenetur ꝓbare electus,vel cùm nō tenetur probare,nisi semiplenè,& semiplenè probat omninò succumbit obijciens,& obtinet electus suę electionis cōsummationem probatis tamen per eum alijs de necessitate probandis,nisi obijciēs plenè probauerit qui opponit:quia probata intentione actoris succūbit reus excipiens exceptione sua plenè non probata eo ꝙ reus in exceptione est actor:vt.ff.de proba.l.in exceptionibus.in prin.& in hoc etiam omnes concordant.¶ In secun-
32 do† casu principali,videlicet cum excipitur ad effectum cassandi electionem:dico indistinctè obijcientem necessario habere probare quę obijcit:& est ratio huius:quia effectus cassationis supponit electionem ipso iure valere:quia aliter cassari non posset.ff.de iniusto ru.l.deniq;.&.l.seq.ff.de condi.& demonst.l.Titio vsusfructus.& per consequens omnia sua substantialia habere:quia aliter ipso iure valere non posset,si videlicet aliquod de substantialibus deficeret:vt de se patet ex consequēti:nisi causa alia cassationis ostēdat,sequit̃ eā confirmandā esse,prout hîc probatur.ff.de confir.tu.l.naturali.§.j.† sed quid si nō tendit ad effectū cassationis,sed ad effectum quòd pronuncietur ipsam electionem non esse cōfirmandam nunquid est idem quoad hoc,ac si exciperetur ad effectum cassationis breuiter respondeo quòd non,imò dico quòd est idem,ac si obijceretur ad effectum impediendi electionis confirmationem,de quo satis scripsi in primo membro huius theoricæ:& est ratio huius quia iudex qui de confirmatione cognoscit non habet sententiare nisi super altero de tribus,videlicet aut pronunciare electionem confirmandam,& eam confirmare,aut pronunciare eam cassandam,& eam cassare,aut pronunciare eam nullam esse,& confirmandam non fore,& confirmationem denegare.nec potest confirmationē denegare:nisi quia aut electio est nulla,aut quia si sit aliqua est cassanda:& eo ipso habet reputare electionem nullam,quod non probat electus ea interuenisse ex quibus de iure valida,& aliqua dici possit:vt patet ex iuribus.§.inductis,& ex ijs quæ scripsi supra ex prima oppositione.Prætereā sciendum est quòd electus petens confirmationem suę electonis cōtra nullam certam personam agit,licet possit habere contradictorem specialem:vt patet ex ijs quę leguntur,& notantur.de electione.c.fi.li.vj.& ideo sententia sua non debet,nec potest conuenienter referri nisi ad personam electi confirmationem petentis concedendo,vel denegando sibi suam confirmationem:aut cassando suam electionem,& faciunt quæ scripsi in prima oppositione in versu item quæris,item etiam sciendum quòd non potest denegare confirmationem,nisi quia ex defectu personæ,vel formæ receperit electionem esse nullam quod censetur reperire eo ipso quòd intra terminum non probat electus eā esse aliquā:vt probatur de offic.ordi.c.ordinarij.§.ꝑ si fortè.libro sexto.Ex quibus clarè infertur,quòd ea quę sufficiunt ad impediendum confirmationem:sufficiunt ad eā per sententiam denegandam.& per consequens quòd casus iste continetur sub membro.§.proximo.¶ In tertio mēbro principali,videlicet dum de probatione obiectus quæritur ad effectum euitandi pœnas de quibus loquitur decre
34 talis,statuimus.de electione.libro sexto.in.§.fi.† Distinguere habes inter pœnam condemnationis expeñ.quam incurrit in formam obijciēs,& non probans,& pœnam suspeñ. quam incurrit obijciens in personam quæ nō probat:nam in pœna expen.videtur illa distinctio facienda quæ in primo principali mēbro facta fuit:nam si in primo casu illius membri non probante electio habetur excipiens pro ꝓbante,& sic pro se reportat sententiam tanquàm victor non ipse reo victo debet dare expensas:sed econtra.C.de iudic.l. properandum.§.sinautem alterutra.sed cùm obijciēs probare tenetur,& aliâs succumbit ipse,& obtinet electus confirmationem:vt in secundo casu dicti membri primi:tunc eadem æquitate victus obijciens victori electio in expeñ. damnandus est,& sic procedit prædicta decretalis statuimus.§.adijcimus.primo responso nec obstat.§.eo.c.finem.& quod ibi scripsi in.vij.q.principali quoad primum casum ꝓximæ distinctionis:nam ibi loquitur de excipiente,qui exceptionem probare habet nos autem loquimur in effectu de excipiente,qui exceptionem probare non habet,vel qui aduersario contrarium non probante probare censet.quan-
35 tùm verò ad pœnam suspeñ.dico quòd illam† incurrit regulariter obijciens si in obiectus probatione defecerit:& sic procedit,quod habetur in prædicto.§.adijcimus.in.ij.responso eo quòd onus probandi regulariter incumbit,sic obijciēti:vt scripsi circa secundum casum primi membri:& sic potest adduci ad propositum,prædictū.c.finē.cum ijs quę ibi scripsi in.vij.q.quæ hîc rectè videntur vēdicare sibi locum. de pœnis verò.c.si fortè.&.c.is qui.contra dicetur in dictis iuribus.Circa hoc autē Collectarius refert notata per Nouellam de electione,quòd sicut & per Archid.lxvij.di.presbyter.& per Inno.de postula.prelatorum.c.primo.& de eo qui furtiuè ordines suscepit.c.secundo.& de accusat.c.super ijs.Dicit etiam veriùs esse,quod de hoc notatur per Archi. de electione.c.si cui.libro sexto.subdit vt.§.¶ Collectarius vltra præmissa quædam alia sparsim tangit.Et primò dicit,
36 † vt iurium correctio euitetur post.c.finale.de electione,.libro sexto.non habet locum in confirmationibus per appellationem,vel immediatam subiectionem ad sedem apostolicam deuolutis:quia spatium latum habent opponēdi quæ opponere volunt,& sic procedunt notata hîc per Innocē & sic seruatur secundum eum,quod crederem si Papa per se ipsum de confirmatione cognosceret ar.C.de testamentis.l. omnium.sed si alteri committeret intelligerem commissionem secundum ius.prædicto.c.finem.arg.§.de rescriptis.c. causamq;.¶ Secundò in verbo canonicè,dicit non obstare c.accedens.de accusationibus propter obreptionem obiectam remittens ad collecta sua,de causa possess.c.cùm olim.
37 ¶ Tertiò† dicit id quod hîc ponunt Ion.& Host.videlicet confirmationem non obtinere vim diffinitiuæ locum habere etiam facta vocatione quam videlicet nullus contradictor apparet,& sic non interuenit causæ cognitio iudicio videlicet ordinato,& ideò censetur interloquutoria,vt no

tat Io.An.in prædicto.c.fi.& de electione.c.cùm dilecti.re-
fert tamen Inn.& Imol.poſt Nouellam de appellationibus.
conſtitutus.j.tenere quòd quia hodie oportet in confirma-
38 tionibus ſeruare ſolénitatẽ vim habet diffinitiuę.¶ † Quar
tò dicit quòd confirmatione nulla propter defectum iuris
poſitiui exiſtẽte valet nihilominus ad hoc quòd teneant ea
quæ agit,licet ſecus ſi flueret propter deffectum iuris natu-
ralis:vt in intruſo,& Simoniacho quo caſu cedere tenetur,
ſ.Saluo quòd ſi poſteà conſenſus interuenerit cedere nõ te-
netur ſicut nec iniuſtè condemnatus ad fundum nõ peccat
retinendo niſi per iudicem expellatur ar.ff.de condi.inde l.
iulianus.Ceſſat enim ratio iuris poſitiui de litibus minuen
dis,& ſic cedit ius poſitiuũ naturali.xxxv.di.ab exordio.niſi
ordinis exequutionem impediret:licet enim poſt confirma
tionem,& conſecrationem de ijs quæratur:vt no.per docto
res hîc & in prędicto.c.cùm dilecti.non ſequitur quin cùm
bona conſcientia poſsit teneri poſt pœnitentiam inducit
39 notata Inn.& Nouellę.de electione.c.quòd ſicut.¶ † Quin
tò dicit quòd in confirmationibus ad curiam deuolutis, ſi-
cut in alijs fit citatio hominis iuxta prædictũ.c.fi.niſi arcet
citatio iuris iuxta.c.ſtatuimus.&.c.cupientes.vt notat No-
uella in.c.nihil.vbi de hoc per Inno.*recedens*.tamen appellãs
non citatur.j.e.c.ij.li.vj.niſi ſponte renũtiet.ſecus ſi coactè
quod qualiter intelligatur vide ibi Io.Andr.& Archid.Sex-
tò in verbo Hybernia dicit illud,quod dum citationẽ extra
prouinciam non fiendam.iij.q.vj.neminem non habere lo-
cum in deleg.remittens ad lecta,& notata per Archi. de re-
40 ſcript.c.ſtatutum.libro ſexto.¶ Septimò † in verbo tres mẽ
ſes,dicit quòd ſi tempus feriatum incidat, nihilominus te-
netur venire & ſe iudici præſentare: aliâs incurrit pœnam
c.cupientes.ad quod vide ibi Cardi.ſuper verbo comparere
in fi.¶ Octauò dicit quòd ſecũdum Abbatem,Ber. & alios
41 breuis † huius.c.intellectus eſt,quòd citatus legitimè poteſt
adhuc citari:vt eius malicia conuincatur:vt.ſ.c.prout & ſic
ſecundum Hoſt.non ponit ius:vt quid ergo tantas occupat
membranas poſſet fortè dici ſecundum collectarium,quod
cùm Inn.& Hoſt.ſupponant quòd valuit itineris arreptio,
quod ſatis probat in litera in fine iuſtè citari,mandatur ſal-
tem j. fatalia.de appel.oblatę:& ſic minima in tãta expecta
42 tione non dicitur.† Et ſecundum hoc ſecundum eum poſ-
ſet hîc ſic poni caſus breuis,reuocatur ꝓceſſus contra eum
factus,& habitus qui facto,& non in ſcriptis ad ſedem apo-
ſtolicam pouocauit ſi.j.termini appellationem ſuam fuerit
proſecutus,& ꝙ valuerit arreptio itineris probat litera ex
eo quòd remittitur ad priores iudices in caſu vbi non fuerit
appellationem ſuam proſecutus:nec ideò debet indiſtinctè
valere proceſſus habitus virtute primarum literarum,ante
notitiam ſecundarum.de reſtitut.ſpo. audita.quia aduerſa-
rius ſciuit itineris arreptionẽ:ſed non ideò indiſtinctè ruit
confirmatio facta poſt itineris arreptionem.de appellatio-
nibus.ſuggeſtũ.vt hîc ꝓponitur:quia nec eam proſequeba-
tur, nec de ea opponebat Ar. de appellationibus. dilecti.
¶ Nonò refert poſſe dici quòd appellans facto per arreptio
nem itineris de ſua appellatione non tenetur facere mentio
nem:vt videtur prout nec iſte hîc fecit,licet ſecus ſi verbo
etiam extra iudicium appellaſſet.de reſcript.ex parte.ij.vbi
dicit gl.quòd edictis,& literis poteſt fieri citatio vide Car.
de iudic.c.j.li.vj.ſic & viua voce.ſ.c.proximo.& per ſcriptu
ram appoſitam in albo prętoris. vide lecta, & notata. in
cle.j.de iudic.& reſiduum.vide per Inn.j.titu.proximo.c.fi.

SVMMARIVM.

CAP. VIII.


Eritatis.¶ Caſ. Si agitur de crimine
in modum denũciationis cõ-
tra reum contumacem recipi poſſunt teſtes,
& diffinitiua ſententia ferri. Primò ponit
denunciationem criminum Epiſcopi Carẽ-
ſis,& tres delegationes ſuper ea ſucceſsiuè factas,& delega-
tionẽ proceſſus.Secundò eum deponit,& per eum alienata
reuocat.ibi *nos igitur*.¶ Expone literam.*Emiſſum*.luce tertio
& j.literam hîc deciſam vide de Schiſmaticis.c.vno. per Io.
1 An.Canonica † quib⁹ accuſantibus Epiſcopum ſeruato or-
dine iudiciario nolebat Epiſcopus reſpondere:ideò in mo
dum inquiſitionis mãdauit Papa contra ipſum procedi:vt
infra ſequitur:ne de malitia ſua commodum reportaret,ſe-
cundum Inn.retulerunt in modum accuſationis,vel inqui-
ſitionis:vt in præcedenti gl.vel in modum denunciationis:
vt patet in integrum.ſic.ij.q.vij.quapropter.& ideò ad eorũ
denunciationem fuit inquiſitio commiſſa.j.de accuſa.cùm
oporteat.&.c.fi.& poteſt fieri depoſitio: vt j.ſequitur cùm
agatur hîc de homicidio j.de accuſa.c.cũ inquiſitionis.Hoſt.
curieñ.Epiſcopus.de bono opere paruni curãs,vt ſequitur qui
polluendo ſe vitijs famam ſuam dilapidauit.j.de accuſa.c.fi
na.§.j.Hoſt.*polluit*.quantum in eo fuit.& facit quod ſcripſit
Nouella.de cohabitatione clericorum.c.veſtra.*propoſito. &*
infra.hîc fortè continebatur inhibitio de qua finis loquitur
videlicet facta Epiſcopo Carieñ.ne de rebus eccleſiæ aliqd
alienaret ſecundum Hoſti.verùm cùm Epiſcopus.ſ.Carię.
priorum iudicum.ſcilicet Epiſcopi tridentini, & collegarum
ſuorum,*per ipſos iudices*.ſcilicet primos,& hæc ſententia ra-
2 tificatur.infra.§.j.ſuſpenſus,† per quam ſuſpenſionem inter-
dicta erat omnis adminiſtratio,& per conſequens aliena-
tio:vt dicit in fine.Gof.& nota quòd propter ſolam contu-
maciam poteſt quis ab officio beneficioq; ſuſpendi: vt in
glo.potuiſſet tamen mitius agi,vt in eo qd legitur,& nota-
tur.de offic.deleg.ſanè quia.Hoſt.*Tandem verò ſufficeret* ſine
verò

verò indicibus,scilicet secundis hoc est Episcopo Brixieñ.
& colleg.Episcopi tridentini qui collegę fuerunt,& primi,
& secundi indices difficulter nota id quod vi fit,tamen fit
simile.ff.de iudic.l.vix.Host.j̃.de cognatione spirituali.c.ij.
li.vj.*malicia*.fie.s̃.e.put.§.j.*neglexit*.& sic nec corã primis,nec
corã secundis iudicibus lis cõtestata fuit:& tñ fertur diffi-
nitiua.j̃.e.§.fi.*à iudicibus*.l.primis:vt.s̃.in fine primi responsi
Cum ano Episcopo.isti fuerunt tertij iudices.s̃.e prout.§.fi. qđ
dic:vt ibi notatur.*commisimus*.in modum inquisitionis:quia
aliàs non liceret contra eum recipere testes,lite non conte-
stata.s̃.vt lite non contestata.c.quoniam frequenter.primo
respõso.& §.sunt & alij.Alij tamen dicunt quòd semper cõ-
tra quemlibet prælatum,& etiam clericum cõtumacem ad
depositionem proceditur lite non cõtestata:vt hîc & infra
de clericis non residentib.c.ex tuę.sed secundum leges secus
vt.ff.de pœnis.l.absentem.Inn.de quo tamen plenius.j̃.di-
cetur.*audiendam*.quibus etiã mandauimus,quòd contra Epi
scopum reciperent testes quos denunciatores nominarent
contumacia exigere.vt.j̃.eo.versu testes.*qui*.s.tertij iudices,
nec per responsalem.ergo non agebatur criminaliter Petrus,
& Ab.*comparuerit*.s.Episcopus sententiam sed idem Episco-
pus hãc & suspensionũ inis spretis pręsumpsit,nihilominus
celebrare:vt.j̃.§.& versu considerato.ex parte vestra quibus
scribitur,non patet hîc,nec in antiqua Nouella.& sic vide-
tur habuisse verbum vestra in litera.alia tamen litera habet
verbum nostra,& vtraq; litera saluari potest quemlibet, &
si nõ fuissent omnia crimina probata sufficeret vnum : quia
de cæteris reus per contumaciam confiteri videretur.*ferna-
num*.quia citatus fuit Episcopus legitimè & contumax.ideò
cum per inquisitionem,seu denunciationem ageretur, po-
tuerũt testes recipi,vt prędicto.§.sunt & alij.sentẽtias suspẽ
sionis,& excommunicationis *celebrare*.hæc sola causa suffi-
cit ad depositionem Host.*scripserunt*.quod siue pro,siue cõ-
tra scribant multum consueuit in curia operari:vt hîc:& de
electione innotuit.versu multa.Host.*In nomine domini*.quod
est non solùm in sententijs,sed etiam in prin.cuiuslibet ope
ris inuocandum:vt patet hîc.& xxiij.di.in nomine.j̃.de te-
stibus.in vbi de hic.C.de off.prefect.pręto.Affri.in nomine
& prima ad Corinth.x.vlcisci.simile.s̃.de postulat.pręlato-
rum.c.primo.§.nos igitur apostoli.j̃.ad Corinth.v.&.xj. q.
iij.audi.spiritu.sic.ij.q.j.de manifesta.*sine spe*.hoc superfluit
3 secundum Gof.di.c.primo.de officio legati.c.vltimo.† inhi-
bitionem fortè propter dilapidationis suspicionem fuit
prohibitus alienare,vt in iuribus alleg.secundum Goff. &
concordantes similes habes in vltima glo.&.j̃.de pręben.c.
inter cæteras.&.s̃.de electione.innotuit.§.fi.factam quasi du
plici iure irrita est alienatio:vno iure:quia contra prohibi-
tionem,& alio iure:quia post suspensionẽ,& excommunica
tionẽ.& sic est euidens argumentum,quòd excommunica-
4 tus† non potest contrahere quantum ad vtilitatem suam:
hoc est quòd nõ potest alium sibi efficaciter obligare,quod
dic vt plenè notatur.j̃.de excep.pia.li.vj.Host.& infra redi-
bo.& sic si alienat de facto non tenet alienatio.sed in cõtra-
rium facit quod scripsit Inn.j̃.de testamentis.c.Raynaldus.
in gl.pactum enim non potest facere,hîc enim loquimur de
inhibitione iudicis circa administrationem rei ecclesiasticæ
facta.ibi verò loquitur de inhibitione arbitrij facta circa
rem propriam primonialem:vt not.Inno.in gl.prędicto ver
su.Item etiam dicimus.cum versibus sequentibus,vsq; ad fi-
nem glossæ vbi reperies rationem diuersitatis inter ista se-
cundum Mar.de salua.nec obstat textus noster,cùm dicit in
5 irritũ reuocantes.† quia non ad ius:sed ad factum refertur
hæc reuocatio,vel pro declaratione accipitur, quòd enim
nulla fit alienatio clarè tenet Innocen.in gloss.prædicta.per
c.fi.de accusationibus.de rebus ecclesiæ ec.quæ seruando ser
uari non possunt:vel alijs quas aliàs alienare posset:immo-
bilia enim,si omnia hæc cessarent,alienare non posset,imò
irrita esset alienatio ipso iure.xij.quæstione.ij.sine exceptio
ne.quod dic vt legitur,& notatur infra de rebus ecclesiæ
non alienandis.c.si quis præsbyterorũ.&.c.nulli liceat.Ho-
6 stien.¶ Nota† primo in.§.nos igitur versu.in nomine domi
ni in verbo depositionis,quòd licet propria referat cõmu-
nia fuisse probata,tamen non fert super crimine,sed tãtùm
deponit secundum Inno.& hoc scias quòd quandoq; iudex
pronunciat mortuum fecisse,vel non fecisse crimen,nõ di-
cens condemnó,vel absoluo.ff.de adimendis legat. l.filio.§.
seia.& nota insti.de hæredita.quæ ab intest.dele.§.per con-
trarium Host.autem dicit quòd potuit ferri sententia depo
sitionis,licet in modum inquisitionis,seu denunciationis es
set actum,& hoc propter tria.Primò quia probatus est ho-
micida,vt prædicto.c.inquisitionis.Secundò quia suspensus
& excõicatus celebrauit diuina.xj.q.iij.si quis Episcopus in
consilio & infra de clerico excommunicato ministrante.c.
primo,& tertio.Tertiò,quia contumacia crescẽte,quæ tan-
ta erat,addenda fuit hęc pœna.de iudic.cum non ab homi-
ne.xxiij.q.iiij.c.fortè:nam & Adam propter contumaciam
depositus fuit Geñ.iij.c.& tangit hîc.xxiiij.distinct.c.pri-
mo.& vndecima quæstione tertia.c.quid ergo.¶ Secundò
7 nota ibi.† *Sacerdotali*.hic esse expressum,quòd sicut sacerdo
talis est,est certus ordo in ecclesia dei:sic & pontificalis, &
quilibet habet suum officium.licet non debet esse pontifi-
calis,sine sacerdotali.j̃.de excessibus pręlatorum ex literis.§.
fin.sacerdotalis.tamen bene potest esse sine pontificali : vt
hîc innuitur igitur iniunxit in sententia de sacerdotali:quia
nisi hoc fecisset sacerdos remansisset de pœnitentia di.pri-
ma pœnæ,& potest hîc sumi argumentum,& ex prædictis
sequitur quòd Episcopus suspensus à sacerdotali officio vi-
detur,etiam suspensus à pontificali:sed non conuertitur, &
quòd quicquid potest sacerdos potest Episcopus consecra-
tus,sed non conuertitur:vt patet supra de electione. quòd
sicut.§.præterea.& infra de excessibus prælatorum. ex lite-
ris.secundum Hostien.& iunge quod notatur supra de æta-
te,& qualitate. cum contingat. ¶ Opponitur primo in.§.
nos igitur.in princip.cum dicit nos igitur attendentes or-
dinem iudiciarum,in hoc facto fuisse seruatum. nam istud
non videtur verum:nam ordo iudiciarius principaliter cõ-
sistit in libelli datione,& litis contestatione : & tamen nec
libellus fuit oblatus,nec lis extitit contestata:respondet Ho
8 stien.dicens† distingue modos procedendi in iudicio,& in-
tellige ad veritatem:quandoq; enim procedit iudex ordina
riè,& tunc ordo iudiciarius est, quòd libellus offeratur,
& lis contestetur:vt notatur supra de iuramẽto calumniæ.
c.penultimo.§.penulti.& fi.supra vt lite non contestata.c.j.
§.consultationi.quandoq; verò procedit extraordinariè su
per famosis de quibus non constat,& tunc ordo iudiciari⁹
est,quòd vocetur is cõtra quem inquisitio fit,& quòd quę-
dam alia obseruentur de quibus legitur,& notatur de accu
sationibus.si constiterit.&.c.qualiter.ij.§.debet.& hîc libel-
lus non offertur,nec contestatur lis,imò contra absentem,
& contumacem proceditur:vt lite non contest. negotium
diffiuitur:vt ibi:& de hoc ordine iudiciario loquitur hîc
9 quia dicitur hîc quòd obseruat⁹ fuit,quod verum est.† quã-
doq; verò procedit extraordinariè,& puro,& mero officio
vt in notorijs,& tunc nec primus,nec secundus ordo iudi-
ciarius obseruatur supra de officio ordinarij.c.primo. imò
in talibus ordo iudiciarius est ordinem non per omnia ob-
seruare quod dic vt legitur,& notatur infra de iureiurã. ad
nostram.ij.§.penultimo.secundum Hostien.¶ Secundò op
ponitur:quia videtur quòd talis ordo extraordinarius in
hoc casu non sufficiat imò sit necessarius ordo solennis,&
per consequens libelli oblatio,ac litis contestatio quæ hîc
omissę fuerunt,licet & enim cum agitur de electione per
quam prælatus in prælatura instituitur,non sit necessarius
10 ille ordo supra vt lite non contestata.quoniam.§.porrò.† ta
men vbi agitur de destitutione prælati maximè propter cri
mẽ,& pręsertim vbi agiť de graui crimine videť necessarius or
do solennis,& per consequens libellus, & contestatio litis,
quia iste casus non excipitur in prædicto.§.porrò.& per

consequens à contrario illius § sub rubrica dicti capituli, &
ipsius tituli in rubro, & in nigro includi debet Ar. iij. qõ. ix.
decernimus. & in c. rursus. quicunq;. facit, quia licet cú agi-
tur de institutione prelati, causa dicatur beneficialis, neq;
summaria: tamen cum agitur de destitutione ipsius propter
crimen causa non dicitur beneficialis neq; summaria: vt pa
tet ex ijs, quę leguntur, & notantur in cle. dispendiosam. de
iudicijs. Solutio autem huius oppositionis ponit hîc per
Ber. in gl. *hîc patet*. quam glossam ponit Host. quasi de verbo
ad verbum. Nouella verò super dicta glo solum facit quas-
dam additiones satis leues, vnde primo remittit ad notata
sua in prędicto § porro. super illa gl. Secundò dicit quòd có
tra absentem accusatum etiam de magno crimine potest da
ri libellus de hoc. ij. q. viij. præscripta. & notatur in. l. absen-
té. allegata in gl. Tertiò circa id quod tangit gloss. de appari-
tore remittit nouella ad notata. j. de homicidio. c. tua. circa
finem. Quartò super dicta gl. ibi *l. ne diu.* &c. inducit concor
dantiam de notatis. ij. q. viij. c. j. & subdit q; Io. per hanc. l. di-
cit idem in dilapidatione: & not. hoc. iij. q. ij. quia ea. ante me
dium magnę gl. & sic solui potest inferior obiectio secundú
eum. Quintò de forma annotationis remittit ad notata in
Speculo de accusati § vlti. versu sed qualiter. in quo § multa
reperies de materia huius glos. & ibi vide, quando incipiat
11 currere annus, de quo loquitur hęc glo. † Sextò dicit quòd
de quorundam locorum consuetudine contumax habetur
pro confesso, de quo remittit ad prędictum § vlti. in princi.
Posteà subdit, quòd in ciuitate Bononieñ. per statutú mu-
nicipale, bannitus pro contumacia in causa criminis punit
de crimine. Remittit etiam ad notata in. l. absentem. allega.
& ibi in casu supplet, scilicet cum muliere, in quæstionibus
confessa de crimine petit accusatoré in officio publico con
stitutum pręsentari. & ibi *vel non*. alleg. Nouella. lxxxvj. di. tan
ta. vbi de hoc in gl. ij. & ibi: *moderni doctores*. dicit quòd licet
moderni tunc essent: nobis antiqui sunt, sicut Io. Vincen. &
Tancre. & de hoc. iij. q. ix. in summa. & ibi, *non contrahit*. alleg.
ẽ. de iudicijs. c. ij. & in fine subdit hęc verba, quasi non pro-
pter crimina, de quibus differebatur: sed propter illud exor
tum fuerit depositus, de iureiur. c. vlti. lib. vj. & sic secúdum
eum habes tres solutiones ex fine glossæ: & quartam habes
ex princip. gl. & quintam habes ex his, quę scripsi circa op-
positionem pręcedentem. Vel secundum eum dic quòd à té
pore excommunicationis lapsus erat annus. Dicit auté Ho-
stié. quòd hanc eandem materiam inuenies notatam per In-
nocen. ẽ. vt lite non contest. c. j. in prin.

12 ¶ PRIMO † quæritur circa materiam secúdæ oppo-
sitionis generaliter, quis sit modus procedendi in criminali
bus cótra reum absenté per cótumaciá, de quo hîc per Ber.
& iij. q. ix. in summa. & c. decernimus. per Io. & Archi. & in
Speculo de accusat § sequitur videre. vbi plenè de iure tam
canonico, quàm ciuili. De canonico verò principaliter hîc
dicamus. Si autem quæris de modo citandi, vide, quę scripsi
ẽ. eo. causam. in dictis Henrici, & aliquid per Accursiú. C. de
13 accusat. l. iiij. † Si autem quæris qualiter proceditur cum accu
sator est absens, tunc si non prosequitur accusationem suam
intra terminum iuris incidit in turpil. C. qui accus. non pos-
sunt. l. si ea. ff. ad turpilianum. l. prima. & per totum. Item pu
nitur extraordinariè, & etiam in expensis partis reæ, vt pręę
dicta. l. absentem. &. C. qui accusare non possunt. l. qui crimé.
& hæc vera sunt. si nondum fuerit in causa conclusum. Si au
tem conclusum esset, tunc distinguunt quidam Doctores:
quia aut accusator, & accusatus tempore latę sententię sunt
præsentes in iudicio, & aut tunc fertur condemnatoria,
vel absolutoria, vt est textus notabilis, & apertus. in. l. fina-
li. & ibi latè per Doctores & pręcipuè per Bartolum. C. de
14 accusationibus. † Aut vtraq; partium erat absens, & tunc
non fertur aliqua sententia diffinitiua: vt notatur. C. de ac-
cusationibus. l. absentem. & est textus rotundus, & clarus. in
l. absentem. ff. de poenis. quod tamen limitat ibi iureconsul-
tus. Aut accusator, & reus est præsens, & tunc absolutoria
ferri non potest: quia sic accusator poena talionis puniretur
qua absens puniri non posset. C. de accusationibus. l. vltima.
& de calumniatoribus. l. prima. sed condemnatoria ferri nó
posset: vt. C. ad. l. Iuliam. de adulterijs. l. quamuis indubitati
iuris sit. Si autem accusatus est absens, & accusator pręsens,
potest ferri absolutoria: quia tunc cessat ratio, & ius per có-
sequens. ff. de iure patronatus. l. adigere § quamuis. j. de appel.
cum cessante. Bart. in extrauagan. ad reprimendum. quomo
do in crimine læsę maiestatis sit procedendum. & quia qd
fauore alicuius concessum est, non debet in eius odium co-
uerti. vt. C. de legibus. l. quod fauore. Sed cóndemnatoria túc
ferri non posset per prędictam. l. absentem. verius tamé cre-
dit Henricus quòd ex quo est in causa conclusum, siue accu
sator, siue accusatus sit absens contumaciter iudex poterit
procedere ad diffinitiuam: quia tunc cessat ratio: quare re-
quiritur præsentia, vt est dictum: sed de hoc dic vt notatur
per Cynum, & Bartol. in pręallegata. l. quamuis. ¶ Præmis
15 sis † ijs videamus qualiter contra reum absentem contuma-
citer in criminibus procedatur, & primo qualiter proceda-
tur per modum accusationis. & hîc distingue, quia aut non
liquet, nec liquere potest de causa, & tunc siue lis sit conte-
stata, siue non, non proceditur ad diffinitiuam: sed excom-
municatur absens: vt. iiij. q. v. quisquis. & v. qõ. ij pręsenti. &
vndecima quęstione tertia. rursus. & c. quicunq;. & tunc si
venit intra annum absoluitur, & auditur super crimine. Si
post annum super crimine non auditur: quia intelligitur iu
ris interpretatione crimen confessus: vt in capi. rursus. & c.
quicunq; & de pręsumpt. nullus. secundum Goff. & Host. su
pra vt lit. non contest. c. & per Specul. in prędicto § sequitur
videre. & Io. An. j. de hæreticis. cum contumacia. in fine. lib.
vj. vnde post annum poterit excommunicatio aggrauari, &
etiam procedi ad suspensionem, vel perpetuam priuationé
officij, & beneficij: vt prædicto. c. rursus. & notarunt Ber.
Inno. & Host. de ætate & qualitate. cum bonę, vel ad relega-
tionem: vt. ff. de poenis. l. absentem § aduersus. & l. capitaliú.
§ primo quam poenam imò etiam deportationis, seu exilij
ecclesia potest imponere: vt. l. di. accedens. lxiij. di. synodo. j.
de calumniatoribus. c. j. in fine. vbi hoc no. gl. & infra de poe
16 nis. c. foelicis. li. vj. † Aut liquet, seu liquere potest de causa
& tunc aut non est lis contestata: & tunc dic per omnia: vt
supra quia nunquàm procedendum est contra absentem li-
te non contestata: vt supra de iudic. c. j. & vt lite non conte.
c. primo. & c. quoniam. vbi de hoc: Aut lis est contestata: &
tunc possunt testes recipi, & si de causa liquet senté tia diffi-
nitiua proferri. sic intelligo. c. decernimus. iij. q. ix. xxiiij. q. iij.
de illicita. xj. q. iij. rursus. & c. quicunq;. quę loquuntur in via
accusationis, & ideò intelliguntur lit. conte. licet ex litera
hoc non colligatur secundum Ber. hîc & Archid. in c. rur-
sus. & iij. q. ix. in summa posset tamen dici secundum Arch.
ibi quòd solus lapsus anni sine sententia amotionis à bene-
ficijs sufficit: vt vlterius non audiatur super beneficijs, &
ita videtur loqui c. rursus. sed super crimine super quo excó
municatio fuit prolata, bene audietur. C. de requiren. reis. l.
ij. & quę dicta sunt in excommunicatione eadem intelligo
in suspeñ. vt. ẽ. de ætate, & qualitate. c. cum bonę. vbi sic sen-
tire videtur Inn. & istud videtur ęquius secundum Henricú
& Ar. j. de re. iur. in poenis. lib. vj. De iure verò ciuili distin-
guitur vtrum poena est. ẽ. relegationem, & tunc reus nó po-
test condemnari: vt. ff. de poenis. l. absentem. sed multiplica-
bitur. vt. ff. si quis ius dicen. non ob. l. vna. aliâs sic. Secundò
principaliter videamus: qualiter proceditur contra reum
contumacem in criminalibus, in modum denunciationis,
17 vel inquisitionis? & hîc distingue: † quia aut quęritur de pro-
cessu faciendo super fama, & tunc sine ordine iudiciario, &
sine litis contestatione proceditur argumé. notatorum per
Ber. Inno. & Hostien. de sponsalibus. cum in tua. & hoc te-
net Landinus in cle. vna de officio ordinarij: Aut quæritur
de processu faciendo super principali, & tunc si inquisitio
est generalis tam in capite, quàm in membris, non est neces
sana

saria litis contestatio.sic intellige de re iudicata.cum.I.&.A. secundum Petrum,& Abbatem ibi:sed si inquisitio est specialis,& contra certam personam adhuc videtur posse procedi lite non contest.vt.§.sunt & alij.& §.debet.allegat.secundum Ber.de iureiur.ad nostram.ij.in gl.finali.& Hostié.hîc,& in summa.eo.titu.§.primo.versu. item & recipiuntur & Ber.& Host.in dicto.c.cum.I.&.A.in glossa fi.& Host.hîc & in summa.eo.ti.§.primo.versu.Item recipiuntur,& Speculatorem.de offic.iudic.§.ij.ad finem.& in rubrica de inquisitione.§.nunc tractemus.versu si autem inquiratur,& sic intelligitur capitulum istud secundum Ber.Inn.& Host.hîc licet Landinus in cle.pastoralis.de re iud.quoad denunciationis teneat contrarium:sed Henricus circa hoc videtur velle sic distinguere:quia aut proceditur,vel inquiritur cõtra aliquem ad instantiam partis,& parte prosequente inquisitionem:& tunc non valet processus lite non contesta.factis in principali:sed deberet procedi ad annotationem bonorum vel aliâs:vt notatur hîc &.c.rursus.&.c.quicunq;.&.&.c.decernimus.Aut proceditur officio iudicis,nulla parte instante,& est reus absens per contumaciam,& tunc procedit cõtra eum super principali lite non contest.vt prędicto.§.sunt & alij.& prędicto.§.debet:sed si est pñsens est ordo iudiciarius seruandus est aliâs non valet processus.ĩ.de purgatiõe canonica.cum dilectus.vt notat Landinus in cle.prima.de offic.ordinar.& Ber.in prędicto.c.qualiter.in prima glossa illius causa versu si verò infamatus quoad absentẽ.& in prædicto.§.debet quoad præsentem.nec obstat istud.c.quia hîc absens non condemnatur de criminibus.de quibus contra eum agebatur.s.homicidij incestus,& dilapidationis,sed papa eum deposuit ex eo quòd post contumaciam excommunicat* celebrauit:vt hîc dicitur in.§.nos igitur.quod potuit iustè fieri:vt.ij.q.j.de illis.&.c.si quis præsbyter.& meliùs.in c.si quis Episcopus damnatur.&.c.sequenti.& infra de clerico excommunicato ministrantę.latores secundum Speculatorem in.§.allegato.sequitur videre & Ber.& Hosti.hîc in fine magnæ glossę.vel dic quòd est speciale in dilapidatione,de qua hîc loquatur quòd in ea lite non contest.procedatur & testes recipiantur & est ratio:quia in ea publica commoda periclitantur:vt.iij.q.ij.quia ea secundum Speculatorem in prædicto.§.sequitur.versu.vel dic si placet.& iste est verus huius.c.intellectus.secundum Io.& Archidiaco.iij.q.ix.in summa.secundum eum. Vel de plano possum dicere,& forsan meliùs,& veriùs,quòd hîc loquitur in Papa cuius solennitatibus non arctatur.C.de testamẽtis.l.omnium.& cõcordat quod hîc notatur in gl.hîc patet.versu potest dici,quòd hîc recepti sunt:cui concordat Hosti.dicens quòd.c.in causis.infra de re indicata.fallit quando constat quòd expressè,& ex certa scientia Papa iudicat contra ius scriptum quia talia specialia ad consequentiam non trahuntur.de cõcess.pręběndæ.c.constitutus.& forte etiam crimina erant notoria,& notoria probantur:tunc enim cessat ordo iudiciarius:vt prædicto.c.ad nostrã.¶ Tertiò principaliter quęritur qualiter alienationes,&c.alia quæ facit excommunicatus excommunicatione durante,de iure valeant,aut non valeant:& hîc intro magnam glossam Inno.quę incipit excommunicatus enim.quam volo tibi per conclusiones expedire.

18 ¶ Prima † igitur conclusio est quòd igitur excõmunicatus nedũ à spiritualiũ imò etiã à tẽporaliũ administratiõe suspẽsus est,& sic administrare nõ pôt,& p cõsequẽs nõ pôt alienare res ecclesię quod videtur intelligendum secundum Innocẽ.de excommunicatis nominatim,& publicè.ar.infra de re iudicata.capitu.ad probandum,& de istis duabus qualitatibus vide quod notatur in cle.eos qui de sepulturis.& idem est secundum Innocen.si non nominatim:sed per sententiam tãtum in qua certum est eum incidisse.infra de ex-

19 cessibus prælatorum.c.finali.¶ Secunda † conclusio Innoc. est quòd excommunicatus res suas vendere donare,& aliâs emere potest,& tenent contractus,si eos faciat.xj.quæstione.tertia quoniam multos.in fine,& expressius infra de sententia excommunicationis.si verè.vbi dicitur,quòd etiam nouos contractus cum eis inire licet secundum Inno. sed si bene attendas prædicta iura,& perlegas inuenies secundum Hosti.quòd casus continent speciales,& ratio specialitatis potest colligi ex eisdem necessitas,scilicet contrahentium,& non fauor excommunicatorum,ideò aliter putat esse dicendum,videlicet quòd excommunicatus non potest contrahere,quantum ad vtilitatem suam,nec potest alium sibi efficaciter obligare:vt scripsi post eum supra in expositione literæ,super verbo factam ibi,& sic est hîc euidens argumentum Inn.autem ex prędicta quæstione infert:quòd for

20 tè dici potest † quòd si excommunicatus procuratorem ad negotia constituat,oritur inter eos actio mandati.non enim inuenimus huiusmodi contractus de iure censeri nullos.secundum eum. Veruntamen secundum Innno.hoc est expressum in iure quòd generaliter excommunicato non est participandum.xj.q.iij.sicut apostoli.& capitulis sequẽtibus.qui ergo contrahit cum excommunicato participat cum eo cõtra legem scriptam.ergo per legem dissolui meretur talis cõtractus.x.di.vides exceptis casibus in quibus hoc probatur à iure permissum:vt patet in eo quod legitur,& notatur.ŝ.de translatione Episcoporum.c.ij.§.sed neq;.versu finali.sed communiter tenetur opinio Inn.quod latiùs psequere: vt dicam infra in quinta quęstione Innocen.& circa eam,& vt

21 habetur in remissionibus vide per me datis.¶ Tertia † conclusio Inno.est ista,quòd licet in iudicijs non sit procurator excõicati admittendus.infra de sententia excõicationis.pet tuas.& de probationibus.c.post cessionem.&.C.de hæreticis.l.penul.& prędicto.c.ad probandum.non esset procurator rei.reus enim excommunicatus constituit procuratorẽ.ŝ.de iudi.c.decernimus.Tamen si excommunicatus in iudicio procuratorem constituat,etiam si sit actor,oritur obligatio,& solum exceptione repellitur huiusmodi procurator.sicut & ipse actor constituens repelleretur secundũ Inn. qui remittit ad notata sua supra de procur.consulti. vbi de hac materia plenissimè pertractaui:sed nolo pter hoc cõtemnere hîc notata alleg.Host.de iudic.c.intelleximus.& de except.cum inter priorem.§.primo.& fi.vbi pbatur: quòd in differendo excommunicatus in iudicio admittitur,& in agendo repellitur facit.infra de rescriptis.c.primo.libro sexta.sed ideò admittitur defendendo:quia hîc est in iure expressum secundum Host.sed licet quoad prohibitionem,& quoad vires exceptionis opponendæ procedat dictum Hostien.& in hoc bene concordat Inno. tamen quoad effectũ processum nullum reddendi maximè in casu in quo non esset exceptio opposita,vel opposita,sed repulsa,& à repulsione minimè appellatum,vel opposita,& ad probandum admissa:sed infra terminũ non probata,non crederem procedere dicta Host.imò crederem valere processum coram ordinario,vel eius delegato apostolico ante tamen excommunicationem impetrato agitatum,prout hæc clarè colliguntur ex hoc quę leguntur.ĩ.de except.c.pia.li.vj.& de rescrip.c.j.eodem li.& fortiori ratione dicerem valere contractus non tantum videtur ius offendi:quia ibi iudex non interuenit,nec per consequens ex prohibita communione fedatur. multa enim fieri prohibentur,quę tamen facta tenent infra de regularibus.c.ad apostolicam.& maximè cum non habent perpetuam prohibitionis causam:vt in proposito: vt no.ĩ.de sponsa.duorum.c.tua.in gl.ij.& de iure patro.c.primo.in cle.super verbo inhibentes.versu sed quæro quid si

22 contra.¶ Quarta † conclusio Inn.est quòd in spiritualibus non valet,quod fit ab excommunicatis:vt infra de appellationibus constitutis.j.quod intellige actiuè: quia ita loquitũ dicta decretalis imò etiam secundum Host.quod minus videretur rationabile nõ valet etiam qd actiuè fit in spiritualibus à suspenso.ŝ.de consuetudine.cum dilectus.§.quia nobis.fallit tamen secundum Inn.prędicta conclusio de duobus casibus.Primus casus est in ijs spiritualibus quæ facti sunt tantum.ar.ĩ.de pręben.c.pro illorum.&.ŝ.de rescript.

c.capitulum Secundus casus est, secundum quosdam, qui se-
cundum Inno. fortè non malè dicunt. vt si aliqui prælati ex-
cõicati sint ea ratione officij sui aliquid spirituale faciãt pu
ta quia prouideant alicui clerico de prælatura, vel canonica
tu, vel quia confirment alicuius electionem bene enim tũc
valet, quod fit ab eis, quandiu tollerantur. viij. q. v. c. nonne.
vj. q. iiij. c. j. & c. ij. secundum Inno. & e. c. q. j. c. si omnia & ca-
pitulis sequentibus. & infra de cohabitatione clericorum. c.
vestra. & de accusat olim. versu prouiso. secundum Host for
tè tamen secundum Inn. fallit hęc secunda fallẽtia vbi noto
rium esset, vel aliter probari posset quòd essent excommu-
nicati quia tunc nec hæc spiritualia, nec etiã alia recipi de-
berent, sed vel per appellationem, vel per alium modum, ad
superiorem esset recurrendum ar. ff. de minoribus. l. sit prę-
tor. § permittitur. allegat Host lecta, & notata de iure patro.
nullus, & inde est secundum eum, quòd cũ ordinato ab ex-
communicato Episcopo hoc sciente non dispensatur: sed cũ
ignorante tantum, vt legitur, & notatur supra de ordinatis
ab Episcopo. c. j. § fi. & c. ij nec obstat secundum Iun j. de ap-
pellationibus constitutis. j. quia ibi non ratione publici offi
cij, quod sibi cõpeteret eligebant: sed speciale ius suum, cũ ra
tione canonicatus, vel fraternitatis spiritualis, vnicuiq; cõ-
petebat, prosequebantur & in non excõicatos tantum reci-
derat publicum officium eligendi ita quòd ibi excommuni
cati non fecerunt ratione publici officij, quod nõ habebãt:
quia publicum officium eligendi in non excommunicatos
tantum reciderat, secundum Inn. & eo modo respõdet Ho-
stien. ad. c. cum dilectus § quia nobis. cum suis similibus. re-
mittit autem dominus Mar. de salua. ad no. Inn. j. de elect. c.
cum Vintuniẽsis. quæ ibi recitaui, & ad notata lo. cal. io pręǀ
dicto. c. ad probandum. & in. l. Barbarius. ff. de officio præ-
toris. & ad not. Innocen. s. de elect. c. illa. vbi omninò videas
23 quę ibi scripsi. † subdit etiam quòd non idem dicas, in reci-
piente: quia reuera nec Inn. illud sentit post modum dicit in
spiritualibus ad quęstiones tenẽdas. Prima est quòd in acti-
bus in quibus imprimitur caracter non impedit excommu
nicatio conferentis, nec etiam recipientis, quin caracter im
primitur, licet excommunicatio bene impediat executioné
recipiente existente excõmunicato publico, vel occulto, aut
conferente existente excommunicato publico: secus enim si
conferens esset excommunicatus occultus: vt prędicto. c. ad
probandum. secunda conclusio dñi Martini de salua. est ista
q in cæteris actibus spiritualib' irretractabilibus, sicut sunt
professio, & matrimonium nihil officit excommunicatio
cuiusq;. Tertia conclusio eius est, quòd in alijs actibus spiri-
tualibus excommunicatio conferentis ratione publici offi-
cij, si publica est officit, si occulta est, non officit. Si verò cõ-
fert ratione priuati officij eius excommunicatio etiam oc-
culta actum impedit, & idem etiam de excommunicatione
occulta recipiẽtis. Omnis enim excommunicatio etiam oc-
culta recipientis collationem iuris spiritualis propter duos
casus duarum quęstionum suarum proximè pręcedentium
reddit actum nullum, secundum eum, super quo vide quæ
scripsi in prædicto. c. consulti. in. ij. quęstione. & maximè ibi
in versu. & est ratio huius: quia excommunicatus, & omnia
etiam quæ ibi scripsi in. xj. quæstionibus primis, & etiam in
xiiij. quęstionib'. remittit autem Nouella ad ea quę scripsit
in prędicto. c. pia. ver. de hoc satis scripsi in. vij. oppositione.
vbi de hac materia latiùs, quã alibi & meliùs pertractauit.
24 ¶ Quinta † conclusio Inno. concordans cum. ij. q. eiusdem
Inno. supra pręcedente est ista quòd generaliter omnes con
tractus initi, cum excommunicato ipso, etiam se excommu
nicatum esse sciente & excommunicatio durante tenent, &
quòd ex his agitur si conueniatur etiam durante excommu
nicatione: & hoc vltimum admittit Host. q quia ipse excõi-
catus, licet huiusmodi contractu durante excõicatiõe inito:
excõicati enim cęteris obligantur, & alios sibi obligant, dñ
sunt excõicati. vt. c. qm̃ multos. in fine. & c. si verè. allegatis.
& tempore excõicationis durant obligationes: licet agi non
possit ex eisdem sum excõicati. vt. c. cũ inter. & c. per tuas.
alleg. Ex his quasi inferẽs Inn. subdit q pẽdente excõicatiõe,
suspenditur effectus debiti, puta fidelitate astricti. Sed cõtra
25 opponit. † quia imo videtur, q iuramento fidelitatis astri-
cti, adueniente excõmunicatione, sint à iuramento absoluti,
vt. xv. q. vj. c. nos. & c. iuratos. & hoc verum recipiendo abso
lutionem pro suspensis, quia durante excõmunicatione iu-
rati non sont astricti, ad seruationem iuramenti, nec obst.
xj. q. iij. Iulianus. & c. quoniam multos. quia ibi potius narrat
factũ, quàm ius, vt ibi etiam colligitur, hoc tamen bene cer-
tum est. q post absolutionem, bene agent excõmunicati, ex
contractu in excommunicatione inito. Rationibus prædi-
ctis, quia contractus tenet, licet agere non possit excõmuni-
catus, excõmunicatione durante Hosti. autem in sua opi. in-
duratus, simpliciter dicit q excõmunicatus non potest sibi
alium ciuiliter obligare, & q naturalis obligatio, ex morbo
inobedientiæ, & excõmunicationis, adeò inficitur, quia ex
illa efficaciter agi non potest, vt patet in eo quod legitur, &
not. in. d. c. si verè. respon. j. vers. j. subdit etiam. id quod dicit
Inno. excõmunicatos alijs obligari, dum sunt excõicati, esse
verum, de iure, & de facto, sed id quod dicit Inno excõmu-
nicatos alios sibi obligare, de facto tantum procedit, quià
de iure obligatio est inefficax, fatetur tamen Hosti. q si antè
excommunicationem sibi aliquos obligauerit, per superue-
nientem excõmunicationem, non tolluntur priores obliga-
tiones, licet ex eis, agi non possit, excõmunicatione duran-
te, vt. c. cum inter priorem. & c. per tuas. alleg. fatetur etiam.
Hosti. hoc quod dicit Inno. de suspensis debiti, fidelitate iu-
rati, & alleg. in feudis, hic finitur lex. c. domino guerram. di-
cit tamen quòd aliquotiens, ad maiorem confirmationem,
vel quia aliqui nihilominus de facto, debitum fidelitatis ser
uant, absoluuntur per Papam, & absoluti denunciantur re-
mittens ad lecta, & notata. j. de pœnis. c. fin. Prætereà dicit,
quòd tempore. c. Iulianus. xj. q. iij. ecclesia erat impotens, &
depressa, & fatetur cum Innoc. quòd ibi potius narrat fa-
ctum. quàm ius, vt ex illo. c. colligi potest. plus dicit Hostiẽ.
quòd ex proximè dictis infertur Argumen. efficax, quòd ex
contractibus cum excommunicato initis, nulla pro ex-
communicato actio efficax oriatur. Si enim antiquæ & effi-
cacia debita, & iurata, per superuenientem excommunica-
tionem impediuntur, & suspenduntur, sed post absolutio-
nem restituuntur, vt supra scripsi, post Innocen. satis debet
apparere iustum, & rationabile, cuilibet catholico, & fi-
deli. quòd excommunicatus contrahens, nullum sibi pos-
sit efficaciter obligare, & quod quantum ad ipsum adeò in-
telligantur mortificati contractus, cum eo initi, quòd nec
post absolutionem possit agi ex eisdem. Et inducat simile,
de bonis operibus ante mortale peccatum factis, & de illis
quæ fecerunt in mortali peccato constituti. Prima siqui-
dem per peccatum subsequens mortificantur. Sed postea
per pœnitentiam resuscitantur, & restituuntur velut postli
minio. Secunda vero quia mortuum, nata sunt per pœnitẽ-
tiam resuscitari nõ possunt: vnde versus illa reuiuiscũt, quæ
mortificata fuerunt, viuere non possunt quæ mortua nata
fuerunt & probantur hęc secundum eum, de pœni. di. iiij. c.
piom. & c. seq. quia § pœnitentia ergo. & notan. in summa.
Hosti. de pœni. § & an ficto pœnitenti. responso primo, &
ad hoc etiam secundum eum, facit optimè quod not. in sum
ma sua, de testamentis § quis sit effectus. sub § j. ab illo versu
item deportatus institui non potest. vsq. ad illum sub § quia
bus autem verbis. sed contra suam opinio videtur expres-
sum arg. secundum eum. j. de iudæis ad liberandam. in deci-
sione § certum. ver. sub interminatione. sed ibi patet, solu. &
j. de hæreti. c. sicut ait § j. & idem tenuit ipse Hosti. in. d. c. si
vere dicens se mutari. quomodo christianus de hoc dubitat
dominus Mar. de Salua. non obstanti. rationibus Host. dum
legebat hanc decretalem, me audiente, stabat firmus in con-
traria opi. Inno. & probabat per rationes & fundamẽta va-
lidissima quæ inferius latè sequuntur. Prima ratio est, quia
lex inficiens alienationem, hoc exprimit, ergo vbi nõ expri-
mit non est nulla, & tñ hic nõ reperitur expressisse. Secunda
ratio est,

ratio est:quia natura contractuũ est, quòd sint vltro citroq;
obligatorij,& tamen ipsum excommunicatum obligant cũ
eo contrahentes,ergo hæc contra contrahentes cũ excõca-
to obligationes excõicato acquirunt. Tertia ratio est: quia
contractus:vt cõiter sunt iure gentium excõicatio verò iu-
ris positiui modo per iura ciuilia,siue positiua iura gẽtium
tolluntur. Ad fundamentum autem Host.respondet,dicens
ꝙ quanquàm cõmunio sit excommunicatio prohibita, &
ex hoc in modum consequentię,contractus sint excommu-
nicato ꝓhibiti expressè,nec principaliter,nec directè,nec
lex ciuilis,nec lex canonica reperitur,quæ inficiat illos. Prę-
tereà lex canonica,vel ciuilis ꝓhibitoria, seu irritatoria nõ
habet locum nisi in casibus expressis,& censentur permissa
omnia quę expressè non repersũtur prohibita.vt.ff.ex qui-
bus causis ma.l.nec non.§.quod ait.ver.quę clausula.vbi con
cordantiæ,&c.ff.de testibus.l.j.§.j.ver.& ij quibus cum simi-
libus. Dicit etiam quòd hęc opinio communiter approba-
tur pet omnes fatetur tamen,quòd cõtrahentes,seu alio mo
do cõicantes cum excõicatis scienter peccant.quod regula-
riter intellige:quia qñq; fallit,& intellige hoc regulariter de
veniali peccato,licet qñq; locum habeat in mortali:sed dic
vt legitur,& notaſ.ĩ.ꝙ metus causa.c.sacris.& quod ibi scri
psi. Prędicta autem opinio Inno.& Mar.semper mihi pla-
cuit,& hodie placet per ea quę scripsi in.c.consulti.allegato.
& per ea quę latè scripsit Nouella de sententia excõicatio-
nis,decet nimus.libro.vj. in tertia suppletione suę vltimæ
glossę,quę incipit idem Io.monachi quem omninò hîc iun
gas.& vide etiam Io.cal.in.c.di.quam ponit in prędicto.c.ad
probandum.& in quadam disputatione quam fecit,quæ in-
cipit excommunicatus,& quę scripsi in prædicto.c.consul-
ti.an.xij.primis quęstionibus.& etiam.iij.q.xiiij.& quæ dicã
ĩ.post Henricum.& in prędicto.c.pia.in.vj.oppositione. &
habebis tunc de hac materia ad saturitatem.sed plus fortè
quàm poteris memoriæ commendare. Sexta conclusio Inn.
26 est ista † quòd si excommuuuicatus spolietur,aget post abso-
lutionem interdicto,vnde videtur quòd nemini licet excõi
cato sua auferre.& ideò dicit post absolutionẽ:quia si priùs
ageret obstaret exceptio:vt notatur de procur. ex insinua-
tione.glossa penultima.& super ea secundum Nouellã. Pręe-
dicta autem quęstio Inn.placet Host.nisi forsan ex iusta cau
sa per ecclesiam,vel per iudicem suum,hanc potestatem ha
bentem diffidatus esset,vel excommunicatus:vt patet in eo
quod legitur,& notatur.de hęreticis.c. excommunicamus.
& .§.moneantur.& de homicidio.pro humani.§.fina. versu
penultimo,& fi.li.vj.aliàs enim non debet quis alij authori-
tate,seu temeritate propria violentiam inferre,seu ius sibi
27 dicere.vt.ff.de vi priuata.l penultima. † Posteà subdit Ho-
stien.quòd hęc sexta quæstio Inno.per eum approbata non
obstat ei,quod ipse scripsit contra quintam quęstionem In-
no.proximè præcedentem quod ibi scripsi:quia aliud est ꝙ
excommunicatus ex contractu voluntario actionem acqui
rat,quod ipse non admittit. Aliud est quòd ex violentia sibi
illata agere possit quod ipse concedit,& est ratio diuersita-
tis triplex. Prima ergo ratio diuersitatis est quòd in primo
casu contrahens ingerit se voluntarię participationi homi
num,vnde ei imputãdum est,& cum ex hoc puniri debeat
nõ debet exinde commodum reportare:vt patet ex ijs quę
leguntur,& notãtur.ĩ.de dona.inter virum,& vx.c.& si ne-
cesse.sed in secundo casu excommunicatus nihil agit:sed pa
titur tantum contra iura,& ideò est ei nõ immeritò succur-
rendum.& probatur hęc ratio diuersitatis.ĩ.de clerico ex-
communicato ministrãte.c.illud.§.illud. Secũda ratio diuer
sitatis est:quia in primo casu contra ius facit excommuni-
catus,& ideò meritò per ius est ei obuiandum. In secundo
verò qui est spoliatus contra ius debet ei contra spoliatoré,
qui ius offendit.per idem ius meritò subueniri ar.x.di.vides
C.de legibus.l.non dubium.ĩ.de trãslatione Episcoporum.
c.quanto.§.cęterum.cum concordantijs.& ex hoc etiam pa
tet,quòd hęc non contrariantur,sed consonant:quia vtroq;
casu contra offendentes iura per eadem dicimus ꝓcedendũ,
quę & contra tales sunt armanda. C.de adult.l.cum vir nu-
bit in fœminam. Tertia ratio diuersitatis est:quia in primo
casu fauor excõicati deprimitur,& reprimitur. in secũdo ve
rò ex æquitate iudiciali sibi iustitia reseruatur.ĩ.de except.
cũ inter priorẽ.§.j.sed nõ vrgent me prædicta motiua quin
videlicet stem cũ opinione Inno.in quinta quęstione pręce
denti. Illa enim motiua quę ad confirmationem huius sextę
conclusionis bene accepto tan quàm vrgentia ad illam quę-
stionem inferendam.alia verò motiua quę dictam quintam
quæstionẽ impugnare videntur,quę cõsistere videnſ in hoc
solo,videlicet ꝙ fauor nõ est excõicato exhibendus.& ꝙ ex
ea cõione interdicta ac iuris offensione,ex qua debet excõi-
catus puniri non debet primũ reportare me nõ vrgente:vt
prędixi,& est ratio:quia non in modum fauoris, vel primi
acquiritur excõicato actio ex contractu,in modũ iuris cõis,
ac etiam iustitię,& rigoris ex natura ipsius contractus,& ex
facto ꝓprio ipsius excõicati contrahentes sibi acquiritur
obligatio,& actio:vt.ff.de act & obl.l.quęcũq; gerimꝰ. Prę-
tereà etiam dico ꝙ nulla lex canonica,vel ciuilis imponit ta
lem pœnã cõioni ꝓhibitæ,seu damnatæ.& ideò non debe-
mus dicere hanc pœnã,esse à iure impositã in auth.de trien.
& semisse.§.cõsideremus.ff.so.ma.l.si verò.§.de viro.maximè
enim quoad pœnas,quę incurri habẽt ipso iure strictam fa-
ciamus interprętationẽ,& casum nõ expressum habeamus
simpliciter pro omisso.ĩ.de electione.c.statutum.li.vj.& qđ
scripsit Nouella super rubrica in pœnis.in.q.mercuriali.de
reg.iur.li.vj.& hinc est ꝙ dicimus,ꝙ in casibus vbi non re-
periuntur à iure statutę certæ ordinariæ pœnæ,pœnę om-
nes sunt arbitrarię,vt.ff.de pœnis l.sed & hodie.ar.ff.de iur.
deli.l.j.in fine.&c.ĩ.de offic.deleg.c.de causis.nũquid enĩ vi-
des à lege prohibitum dolum,vel metum in contractibꝰ cõ
mittere:vt.ff.&.C.de dolo per totum & qđ.me.causa per to
tum nunquid ergo dices in pœnam dolum,vel metũ inferẽ
28 tis cõtractus omnes per dolum,vel metũ initos. † Certe mo
tiua Host.si vrgerent istud inferrent quod tamen falsissimũ
est.nam tales contractus regulariter valent,licet per iudicẽ
rescindi possint:vt.C.de inutilibus stipu.l.dolo.& est ratio
huius:quia tales contractus lex non damnauit:sed eos indu-
xit,sed confirmauit,quãquã excõicato cõionem prohibue-
rit,& hanc rõnem ponit Cynus post Pe.in simili.C.de legi-
bus.l.nõ dubiũ.in.vij.oppositione ꝓxima enim causa actio
nis,& obligationis introducendæ est contractus.& tñ causa
proxima debet inspici.ff.de condic.ob tur.causam.l.pe.in fi.
primi responsi.nec obstat ꝙ prohibitio alienationis facta à
lege alienationẽ reddit nullã:vt patet in ꝓhibitione aliena-
tionis rei minoris,aut ecclesię,vel dotalis:vt scripsit Inn.de
testamentis,Raynaldus.gl.pactum enim.versu vbi.s.lex. Di-
co enim illud verum dum lex directè,& principaliter alie-
nationem ꝓhibet nõ autẽ cum indirectè,& in modũ cõse-
quẽtię sequiſ talis ꝓhibitio,& patet ista solutio ex ijs quæ
leguntur,& notantur.ff.de authoritate tuto.l.j.in prin.mo-
do sic est in proposito.vt superiùs declaraui.igiſ &c. ¶ Septi
29 ma † conclusio Inn.est ista ꝙ si quis cum iuramento,vel sine
iuramento promittit aliquid alij excõicato dare cõsulimus.
ei ꝙ det.nã hoc iuramentum,vel promissio absq; interitu
salutis æternę seruari põt:vt.ĩ.de iure iur.c.si verò.sed extra
eũ fortiùs videſ vrgere.e.ti.c.si debitores.& facit scđm No
uellã qđ ipsa scripsit.ĩ.de excep.c.vlti.maximè si aľs seruari
debet scđm eũ.sed cõtra hoc opponit In.q a tale iurm nõ vř
posse seruari sine peccato.nã in nullo casu cõicare debemus
excõicato.xij.q.ij.cũ excõicato,& si cõicamus,peccamꝰ etiã
mortaliſ,vt pđ.c.sacris.rñdet In.ꝙ cũ licitũ sit ab excõicatis
emere,& eis vẽdere,& cũ eis cõtrahere saltẽ ꝓ vtilitate, &
necessitate sua:vt.ĩ.de sent.exc.c.si verò.& etiã ex pietate pos
sit dari aliquid excõicato.xj.q.iij.qm multos.& ita licet ea fa
cere,quę in cõtractibus cõueniunt:quia aliter sequeretur,ꝙ
ecclia machinareſ fraudes,vel mendaciũ qđ esset absurdũ
xxij.q.ij.cum humilitatis.&.c.primũ.&.c.nec artificio:quia

nec videtur fuisse intentio condentis canonem quòd alius
pùniretur, nisi excommunicatus. Item si seruiens tenetur ei
seruire: vt promisit. xj. q. iij. c. Iulianus. & c. Imperatores. vbi
satis innuitur, quòd apostaticis dominis debemus de oíbus
iuribus respondere. nam possunt comprehendi sub patrefa-
mil. vt prędicto. c. si verè. nec est reuocata ratio prędictorũ
30 per. c. xv. q. vj. ius. & c. iuratos. † quia illa capitula specialiter
loquuntur in absolutioné à fidelitate, & à iuramentó fideli-
tatis, vbi idcirco speciale statuitur, & reuocatur prędictus
canon Iulianus. & c. quoniam multos. quia vale magnum fo
mentum erat excommunicationis, quando videbat se comu
tari de magna caterua vassallorum, vel dic quòd hoc ibi fa-
ctum fuit, propter multam malitiam excõicati, & per con-
sequens modo id fieri non posset, nisi sentialiter absolueren
tur, & quòd ipso iure absoluti non sunt. hoc tamen fatemur
quòd non esset cum excommunicatis, communicandũ, nec
contrahendum, si inde superbiores fierent, vel si apud aliós,
æquè bene, vel etiam aliquantulum minus contrahi posset:
sed Hosti. dicit, quòd sine peccato non videt, ꝙ possit con-
trahi cum excommunicato, vel aliquid promitti ei, seu sol-
ui, nisi in casibus tantum à iure expressis, & sicut sunt casus
contenti, ac scripti in iuribus per Inn. superiùs allegat. super
quo vide quod notatur. ĩ. de sent. excom. cum desideres. § pri
mo. versu. nec Episcopus. & c. quòd in dubijs. § nullus. & c.
31 inter alia. § illud. vbi est hoc expressum. † dicit etiam Hosti.
quòd vasallorum fidelitas, est suspensa. quãdiu dominus est
excommunicatus. vt patet in feudis hic finitur lex. c. domi-
no. nec obstat quod dicit Inno. ecclesiam nõ debere machi
nari fraudem, vel mendacium. Dicit enim quòd contrahen
tes cum ipsis, non fraudantur, sed ipsi excommunicati, non
ab ecclesia, sed à seipsis decipiuntur. subdit quòd hęc duo di
cit se sentire in fauorem fidei, & censurę ecclesiasticę, & etiã
animarum etiam ipsorum excommunicatorum, & in odiũ
peccatorum suorum, videlicet quòd excommunicati alijs
efficaciter obligentur, sed sibi alios non obligent cum effe-
ctu: vt sic districti faciliùs conuertantur. dicit & enim. quòd
si cum alijs contrarium sentiret, scilicet quòd excommuni-
cati indistinctè possent alios sibi efficaciter obligare. non vi
det quomodo posset esse, quin ex hoc ijdem excommunica
ti fierent superbiores, & minus reuererentur sanctam eccle-
siam, & censuram, quod visus est Inno. supra probare. Illud
verò admittit, quòd excommunicato egenti, causa huma-
nitatis eleemosinę possimus aliquid erogare. xj. q. iij quoniã
multos ad finem. quid autem de prædicta septima quęstio-
ne Innocé. sit tenendum, remittit ipse ad notata sua in sum-
ma sua de sententia excommunicationis. § & quæ sit pœna.
seu. § quid si teneor sacramento. fatetur tamen quòd illud qđ
ibi dicitur, debet intelligi de promissione, & iuramento, ei
facto ani equãm esset excommunicatus. Nouella autem li-
cet circa septem prędictas quęstiones recitet ad literam di-
cta Inno. & Hosti. nihil tamen addit de suo in effectu mòre
suo. dominus Mar. de salua quoad materiam prędicti capi-
tuli Iulianus. dicit quòd ista est veritas, quòd tempore pri-
mitiuæ ecclesię subditi tenebantur obedire dominis hære-
ticis infidelibus, paganis, excommunicatis. sed hodie secus
excommunicatione durante per. c. nos sanctorũ. & dicit ꝙ
hîc cõmuniùs approbatur quantũ ad vasallos excõicati. de
hæreticis dicat esse casum ĩ. de hæreticis. c. absolutos. de alijs
autem dicit cõiter approbari, quod hîc notat Inn. videlicet
ꝙ regulariter excommunicatio non absoluit à debito, vel à
seruitio de iure. licet probabiliter in cathedra posset teneri
contrarium, per. c. quoniam multos. quia ibi videtur ex cer
ta ratione ius speciale inductum in certis personis ergo in
alijs in contrarium est ius cõe. ff. ad municipal. l. j. in fine. fi-
naliter dicit dominus Martinus circa materiam quæstionis
32 principalis. † Si quęris de iudicialibus. tunc si respectu perso
nę iudicis, si publicus est excõicatus vitiantur. si occultus est
secus. vt prædicto. c. ad probandum. cum ibi notatis præser
tim per Calde. in distinctione. si respectu partis regulariter
valent, quę fuerit cum eo fallit in prelato públicę excõicato
agente, vel defendente. quia interdicta est sibi administratio
vt hîc, & ideo non potest ius ecclesię in iudicium deducere
nisi fortè sententiam pro ecclesia reportaret: vt Host. de ꝓ-
cur. l. non eo minus. Item fallit in casu. c. primi. de rescript. li.
vj. quod tñ intelligunt quidam in commissione causæ prin-
cipalis, & non in commissione articuli ad causam pertinen
tẽ, secundũ eum. si autem quęris de extraiudicialibus, tũc in
patrimonialibus tene not. hîc per Inn. in spiritualibus, verò
distingue inter publicum, & occultum: vt hîc distinguit In-
no. saluo casu de sacramento, quę actiuè & passiuè ipso iure
tenent. ĩ. de eo qui duxit in matrimoniũ. c. significasti. & ix.
q. j. in summa. & c. j. & c. pro illorum. ĩ. de sent. excõ. saluo ꝙ
carent executione: vt. s. de ordinatis ab Epo. c. ij. & c. fi. & ĩ.
de scismaticis. c. j. vbi vide bonam gl. Inn. de alijs autem spiri
tualibus in quibus non imprimitur caracter, si sint omninò
retractabilia, vt religionis professio, tenent: secus si sunt re-
tractabilia, vt electio, & collatio beneficij, super quibus re-
mittit ad lecta. & nota. in. c. si celebrat. & in. c. pe. de clerico
excõicato ministrãte. & in prędicto. c. ad probandũ. ¶ Octa
ua conclusio Inn. est ista, quòd ex quo inquisitio sit cõtra ali
quem, ex tunc non licet sibi alienare: vt. ĩ. de accusat. c. si. qđ
dic vt ibi legitur, & notatur. Henricus autem materiam prę
33 cedentis quęstionis aggrediẽs. † Primò de multis casibus se
expedit remissiuè: nam quoad iudicialia remittit ad no. suã.
s. de iudic. intelleximus. quę ibi scripsi in prima quæstiõe, &
etiam ad notata sua in prędicto. c. ad ꝓbandũ. de impetra-
tione aũt rescriptorum, remittit ad lecta, & no. in. c. ipso iu-
re. de rescriptis. li. vj. & ad notata sua de offic. deleg. pruden-
tiã. § sexta. vbi de hoc satis etiam scripsi. De ꝓcuratoris autẽ
constitutione. & de gestis per ꝓcuratorẽ huiusmodi remit-
tit ad no. suã. ĩ. de proba. c. post cessionem. de quo satis scripsi
s. de ꝓcur. consulti. de testamẽto aũt seu vltima voluntate
excommunicati remittit ad no. suã. ĩ. de hereticis. excõicam
j. § credentes. De compromisso, seu arbitrio in excõicatum
facto, remittit ad not. sua. in. c. intelleximus alleg. in alijs au-
tem casibus hîc distinguit. inter excõicatum occultũ, & pu-
34 blicũ. † De occulto excommunicato & per ecclesiam tolle-
rato quoad temporalia. dicit quòd valent siue pro siue con-
tra se tenet, ꝙ valent sequẽs, quę scripsi in. ij. & v. quęstioni-
bus. Inn. quoad spiritualia autem quę facit excõicatus ratio
ne públici officij. dicit idem vt. c. nonne. § tria. & l. Barba-
rius. sequens quæ scripsi in. iiij. quæstione Inn. & quę scripsi
post Inno. de electione nihil. & ipse Inno. in prædicto. c. si
verè. licet Host. quoad collationem beneficiorum, ibi con-
tra, & ibi de hoc etiam per Henricum, & per Io. xxiij. qõ. j.
in summa. in prima gl. & per Archid. xxxij. q. v. pręceptum,
licet Io. ibi contra in spiritualibus autem gestis per excom-
municatum óccultum non ratione públici officij: sed ad
suum commodum: vt quia acceptum beneficium vigore
gratiæ dicit talia non valere saltem in effectu nisi per supe-
riorem, posteà confirmentur ar. de clerico excommunicato
ministrante. postulastis. vbi notat Goff. quòd beneficia col-
lata excõicato post absolutionẽ, per eam retineri nõ possunt
quia excõicatus titulum non recipit, & ideò absolutus non
retinet, quod in excõicatione inefficaciter recępit, nisi cum
eo fuerit dispensatum: vt ibi. & idem tenet Arch. lxj. di. c. j.
licet fortè talia teneant ipso iure in persona excõicati occul
ti, vt notat ꝓlixè Cõpo. s. de electione. c. ꝙ sicut in. iij. collñ.
versu itẽ quęritur, an prelatus. & versu Item decimus. & Gu
lielmus de monte laudimo. in cle. ĩ. de relig. domibus. super
verbo fortiùs. de quo tñ remittit ad no. sua in ꝑdicto. c. po
35 stulasti. & in. c. apłicę. e. ti. & iste casus nõ est tactus. s. † Ego
aũt saluo casu ꝑdicti. c. ipso iure. semper credidi, & credo ꝙ
collatio bñficij facta excõicato de iure tenet. qa cũ dispẽsa-
tione bñficiũ retinere põt: vt dicit ꝑdi. decret. postulastis. &
tñ si nõ tenuisset prima collatio sola dispẽsatio absq; noua
collõne, ad hoc nõ sufficeret. Vñ qđ ibi dr̃ ꝙ clicus excõ. vin
culo innodatus ecclı̃astica bñficia conferre non potest: intel
ligo com

ligo commodè, vel absq; peccato, aut impunè, seu honestè
ff. de verb. sig. l. nepos. potest enim Episcopus super hoc dis-
pensare: vt ibi notat Ber. in gl. ij. & Inn. de temporibus ordi
nandorum. c. dilectus. qui tamen non semper beneficia con
ferre habet, & hoc ideò quia defectus: ibi non interuenit
ex parte tituli, vel ex quauis alia causa quæ reddat ipsam col
lationem nullã: sed potiùs ex parte inhabilitatis personæ cu
ius dispensatio relinquitur Episcopo: vt. s. de maioritate, &
obedientia, per tuas. ex qua propter ipsam penes se non reti
nuit, sicut fecit in excommunicatis ordines recipientibus.
de sententia excommunicationis. cum illorum. & in simo-
niacis. j. q. j. & in criminibus post peractam pœnitẽtiam exe
cutionem impedientibus. de quibus. s. de renũcia. c. nihil. §.
propter. excommunicatio enim non est nisi ad eruditionẽ,
& disciplinam. nec debet excedere contumaciam. de consti.
ex literis. & de electione, qua diligentia secundum Baudui-
num in cle. j. de relig. domibus. qui pręmissa intelligit de col
lat. ordinariorum, & etiam propriè si motu proprio contu-
lerit, aliâs secus: vt. c. ipso iure. alleg. iunctis lectis, & notatis.
de rescript. ad audiẽtiam. ij. sed qd de collatione executoris
apostolici facta expectanti excommunicato vigore gratiæ
expectatiuæ ante excommunicationem impetratę breuiter
Laudinus vbi supra hoc disputationi relinquit: sed magis
puto valere collationem ipso iure per pędicta. non obstat
c. ipso iure. quia fundatur in materia surreptionis, & ponit
ius nouum, & per consequens suos terminos non transcen-
dit, nec tamen loquitur de executore, in quo etiam cessat ma
teria surreptionis, nec obstat cle. & si apostolicæ. de offic. or
dinarij. quia executor non æquiparatur legato: quia collatio
legati est libera, & volũtaria. collatio verò executoris neces-
saria. facit etiam ad proximè dicta: quia gesta in personam
excõicati regulariter tenent, nisi in casibus in quibus repe-
ritur expressum, ꝙ non teneant: vt patet ex dictis. hoc autẽ
in casu de quo nunc agimus expressum non reperio: sed po-
tiùs totum contrarium etiam per pędictum. c. postulastis.
super quo vide quę scripsi. s. de ætate, & qualitate. c. cum bo
nę. & per moderniores in cle. auditor. de rescrip. & in. c. ipso
36 iure. & in. c. ꝙ sicut. allegat. † Sed pone ꝙ collatio beneficij
facta excommunicato absoluitur excommunicatus: nunqd
absq; dispensatione alia poterit beneficium retinere vide-
tur ꝙ sic: quia excõicati, vel suspensi post absolutionem om-
nia iura recuperant: vt notatur in pędicto. c. quia diligen-
tia. in gl. fi. & probatur ibi, & in iuribus. in dicta glo. allegat.
in pędicto. c. ex literis. sed ego prima facie cõtrarium tene-
rem, videlicet ꝙ ad maiorem correctionem, & pœnitentiã
excommunicati absoluti, & ad maiorem obedientiam pro-
pter pręcedentem contumaciam, per eum ecclesię exhiben
dam est statutum in iure quòd teneatur ab ecclesia dispen-
sationem petere, & obtinere per. c. postulastis. & per. c. cum
bonę. allegata. ad quę nescirem aliter respondere, & quòd
donec dispensationem obtinuerit, debet ab administratio-
ne cessare. sed nunquid superior posset hanc dispensationẽ
denegare, & beneficia sic eis collata auferre, & prima facie
videtur quòd sic per præalleg. c. postulastis. in principio ibi
cum dicit nisi forsitam cum eis fuerit misericorditer dispen
satum. si enim dispensatio huiusmodi procedit à misericor-
dia, ergo non à necessitate ar. ff. de adimẽdis legatis. l. rem le
37 gatam. † De publico excõicato quoad temporalia ad admi
nistrationẽ ecclesiasticam pertinentia. dicit Henricus id qd
scripsi. s. in prima quæstione Inn. Cui concordant Ab. & Io.
an. in. c. pia. videlicet quòd ipso iure non tenent. & idem di-
cit alijs, quoad actus publicos, & ciuiles exercendos: vt sunt
iudicia, & authoritates, & decreta per. c. cõsulti. & c. ad pro-
bandum. & de immunitate ecclesiarum. aduersus. § quia ve-
rò. secundum Abb. & Io. and. in. c. pia. In alijs autem quoad
præiudicium excommunicati, & vtilitates aliorum stat ꝙ
valent, & agi potest excommunicatione durante, siue scien-
ter, siue ignoranter &c. & in hoc concordant omnes hic, &
in. c. pia. ar. in. c. intelleximus. & c. quoniam multos. & de do-
natio. inter dilectos. & quo scripsit Bar. Brixieñ. in quęstio-
ne dominicali. de cessionario excommunicato, quem dicit
agere excommunicatione durante. sed quoad commodum
excommunicati, refert Henricus dissentionem inter Inno.
& Host. quã vidistis. s. circa secundã tertiam, & circa quin-
tam, sextam, & septimam quęstiões Inn. qui Inn. tenet quòd
valent Host. quòd non valent opinionem autem Hosti. te-
nent Card. infra de vsuris. quàmquàm. in fine. libro sexto. &
in. c. pia. vbi per Host. & Io. an. in dicto. c. pia. & Hosti. de hæ
reticis. sicut ait. & Hugusio, & Laurentius. iij. quæstione no
na. re vera & Bar. brixieñ. in quęstione venerabili, q̃ incipit.
quid cum esset excommunicatus. Sed opinionem Inno. te-
nent Ab. in. c. pia. & Archid. xj. quęstione tertia. excommu-
nicatos. in glossa secunda. & xv. q. vj. nos sanctorum. in glos.
prima. & repetitur per Inno. in. c. si verè. & c. consulti. & eã
amplectitur consuetudo, & pro ea videtur casus expressus
de pœnis. fœlicis. § verum. libro sexto. nec valet ratio Host.
quia multa fieri prohibentur &c. vt. c. ad apostolicam. cum
ibi allegat. & § biduum. & l. relegatorum. § ad tempus. & ea-
dem ratione non valerent contractus, quoad vtilitatem cõ-
trahentium cum excommunicato: quia etiam eis prohibi-
tum est communicare cum eo. Ar. l. siue hæreditaria. Cuius
tamen contrarium concedit Host. Ipse etiam Inno. in. c. si ve
38 rè rñdet ad ea quę possent obijci pro parte aduersa. † Quo-
ad spiritualia autem stat cum quęstione Inno. quarta exem-
plificans primam fallentiam, quoad receptionem facti, ad
canonicatũ dando stallum, & locum &c. de rescript. c. de pręę
bendis. pro illorum. notat Archidiac. xxxij. q. v. pręceptum.
inducit etiam ad casum principalem lecta, & notata. de con
suetudine. cum dilectus. de electione. cum inter. R. seniorem.
de appellationibus. constitutis. Item quoad ea quę scripsi su
pra in septima quęstione Innocen. cui concordant Abb. &
Io. and. de sententia excommunicationis. inter alia. & Hug.
& Io. decimaquinta quæstione sexta. nos sanctorũ. & ipse
Innocen. infra de hęreticis. c. finali. Dicit etiam quòd opi-
nionem Host. sequuntur. B. & Hostien. in prædicto. c. finali.
& Hostien. in summa. de sententia excommunicationis. § fi.
sub § quid si teneor sacramento. & Hugus. & Ber. brixieñ. in
c. allegato. nos sanctorum. & ipse Inn. infra de conces. prębẽ.
c. cum nostris. Sed Io. and. de reg. iur. c. peccatum. libro sexto
in gl. ij. tenet, quòd tale delictum esset deponendum in æde
sacra. argu. C. de iure emphytheutico. l. ij. quod consilium te
net esse tutum. Hostiẽ. in prædicto. § quid si teneor. & Ray-
mundus in summa sua, titulo de sententia excommunica-
tionis. § xxxij. quid si teneor. & glossa Goff. ibi. Dicit tamẽ
Henri. quòd opi. Inno. hic notata videtur verior de iure: cũ
ista solutio possit fieri momento: & quia talis participatio
fieri dicitur ex quadam necessitate. arg. c. quoniam multos.
& c. si verè. & non in clauium contemptum. sed propter cõ-
scientiæ bonum remittens ad notata sua. in. c. sacris. & ad. c.
nos sanctorum. & c. iuratos. xv. q. vj. dicit posse responderi,
quòd loquuntur de seruitio generali, & perpetuo quod ex-
communicato pręstari non debet: ne in magna caterua va-
sallorum, & seruitorum superbiens glorietur: secus in momẽ
tanea debiti solutiõe. Abb. verò hęreticis. c. fi. distinguit, aut
est excommunicatio occulta: & tunc stat cum Inn. quia apo
statę dominum est obediendum, quandiu toleratur. xj. q. iij.
c. si dominus. & c. Iulianus. Aut est publica, & tunc tutum
est tenere primam opinionem ante terminum: post termi-
num verò habet locum opinio secundorum, nec videtur
periurium incurrisse, vel in pœnam incidisse, si non soluit
in termino assignato: non enim est in mora, qui potest exce
ptione legitima se tueri. supra de rescriptis. si quando. & j.
de præbendis, & dignitatibus iunctis ibi notatis. c. cum te-
neamur. & c. non est in mora. de regulis iuris. & est textus
for. l. sciẽdum. ff. de vsur. ff. si cer. pe. l. lecta & hoc dicit Hẽri.
tenẽdum: vt sic iuramentum tacitam habeat conditionem.
infra de iureiur. quemadmodum dicit, tamen tutius etiam
deponere, Remittit ad notata in summa confessorum. de

sententia excommunicationis.q.cxxxiiij.quid si teneor iu-
ramento,& ad censum.libro septimo.tit.de poenis partici
39 pantium cum excommunicato articulo quarto. † Ego au-
tem opinionem Hostien.prima facie de iure veriorem.quia
nedum iuramentum non adstringit,cum vergit in interitũ
salutis eternæ:sed etiam cum vergit in detrimentum, seu
dispendium,aut quemlibet deteriorem exitum.xxij.q.iiij.
si aliquid.vbi Archid.post Thomam latè hoc deducit mo-
do ad propositum nullus negaret,quin prohibitio commu-
nionis in hoc casu excommunicatum respiciat,& afficiat,
quia nihil impedit eum à communione huiusmodi abstine
re:vt prędicto.c.illud.& si huic communioni se immisceat
ipse peccat. Igitur & cum communicans cum eo partici-
pat in peccato,& per consequens etiam peccat infra de sen-
tentia excommunicationis.nuper.peccare autem non po-
test etiam venialiter quin sequatur detrimentum,vel dispẽ
dium,aut deterior exitus respectu salutis animæ. Igitur ad
casum istum iuramentum non astringit,nec se extendit de
iureiuran.c.primo.libro sexto.prætereà quia nec se exten-
dit iuramentum ad casum,qui noceret illi cui prȩstitum est
iuramentum:vt prædicto.c.ne quis arbitretur.sed sic est in
proposito:vt proximè est deductum. Igitur &c.nec video
quòd teneatur deponere:quia iuramenta strictam habent
interpretationem,sicut & cæterȩ obligationes, & tamen
hoc non fuit in iuramento comprȩhensum igitur &c.Col-
lectarius autem primo dicit contra Inno.quòd nedum su-
per beneficijs,sed etiam super crimina pronunciandum est
dum per viam inquisitionis agitur remittens ad notata Ar
chid.de hȩreticis:vt commissum,& ad collecta sua.de iudi-
cijs.c.primo.& allegat capitulum inquisitionis.subdit quòd
apparitor dicitur seruiens, qui parat homines ad iudicia.
40 ¶ Secundò † dicit quòd annus annotationis &c. currit à
tempore quo vltima citatio venit ad notitiam annotati,
secundum Cynum.C.de requirendis reis.l.prima.in quinta
quȩstione.Posteà refert quȩdam notata Cyn.in prædicta.l.
prima.in sexta quȩstione:vbi vide Cynum in.vij. quȩstio-
nibus quas ibi format,quas tanquàm extrauagantes omit-
to.& pro intellectu capituli rursus.&.c. quicunq;. remittit
41 ad collecta sua.in prędicto.c.cum bonȩ. ¶ Tertio † ex dictis
Innocen.quȩ recollegi circa secundam quæstionem.ipse col
ligit vnam distinctionem quam omitto:quia nihil agit,nisi
hoc quòd specialis casus in quo non valet quod facit excõ-
municatus,habetur infra de Hȩreticis.§.credentes.& per cõ
sequens in contrarium erit commune.Posteà subdit aliqua
de lectis,& notatis.in prædicto.c.ipso iure.quȩ ibi dicam,
& in prædicto.ca.consulti.quæ ibi dixi.& in.c. possessioné.
quȩ etiam ibi dicam.Quartò dicit quòd victor petens exe
cutionem sententiȩ prætextu excommunicationis repelli-
tur,secundum Archid.& Io.And.in.c.pia.secus de appellan
te etiam extra iudicium secundum Innocen.de maioritate.
dilecti,quod intelligit in Nouella de appellante ab executo
re:quia illa non est merè extra iudicialis,& ibi vide Card.&
Collectarium.de iudic.examinata.Quintò dicit Acta pro
excommunicationi iudicio,& sententiam pro eo latam va
lere,nec reuocandam esse secundum Inn.Archid.& Io.and.
in.c.pia.licet Hosti.ibi contra,& quòd valet instrumentum
notarij occulti excõicati,secundum Abbatem non obstan-
tibus hîc notatis per Inn.& per Garsiam,& Cardi.in.c.quã
quã.vide Landinum in tractactu de sacramentis.sub rubri-
ca de sententia excom.& Inno.de except. cum venerabilis.
42 in fine. † Sextò dicit ꝙ licet Host.in.c.pia.notet quòd ad-
uocatus recipiens salarium.tenetur illud restituere. si vult
animam saluare.ar.xiiij.q.vj.si res .cum ibi notatis per Ar-
chid.hîc non est verum.si enim meretrix,& histrio faciant
sua quȩ quȩrunt ex illo quȩstu turpi,multò fortiùs iste qui li
citè,licet illicitè se ingerit.vide tamen Host.de pœnitentijs
ac remissionibus.§.quib⁹.& qualiter versu quid de ijs.& qd
legitur.ff.de leg.j.l.si seruo.ij.r̃ñso.& quod notat Io.an.de of
fic.vicarij.c.j.li.vj.in Nouella recitando Host.multum enim
differt seruitus hominis à seruitute dyaboli aliâs sequeret
ꝙ cum quilibet peccator sit seruus peccati, nulli peccatori
posset fieri legatum.Posteà refert aliqua de notatis Nouel-
lȩ.in prædicto.c.decernimus.& Host.de pœnitentijs,& re-
missionibus.cum infirmitas.Posteà subdit aliqua de ijs quæ
scripsi circa septimam quȩstionem Inno.dicens se credere
quòd si iurans excõicato dare tẽpore excõicationis,nescie-
bat illum esse excõicatum non tenetur soluere per.c.ne quis
arbitretur.& per.c.nos sanctorum.& per.l.fi.ff.de.l.commis
soria.& per.c.significasti.de censibus.sed si nesciebat tenetur
adimplere:vt.ff.de condictiõe ob tur.cau.l.j.& de iureiur.c.
j.li.vj.quia denegando peccaret mortaliter:sed soluendo nõ
cum participare cum excommunicato non sit indistinctè
peccatum mortale.finaliter dicit quòd in primo casu proxi
mȩ distinctionis,videtur tutiùs seruare iuramentum inqua
tum fieri potest de iureiur.quãto.ĩ.deponendo in ædem sa-
cram.sed in secũdo casu est difficilè videre quòd debeat ser-
uari iuramentum,sicut si quis iuraret communicare excom
municato videretur enim tutiùs dici ꝙ deberet puniri de
temerario iuramento quid facit pro eo quod scripsi circa di
cta Henrici ad finem.versu ego autem.Septimò refert opi-
nionem Archid.in.c.cum medicinalis.& Inn.in.c.si verè.&
Io.and.in.c.peccatum.& Hostien.in summa.de sentẽtia ex-
cõmunicationis.§.quȩ sit pœna.versu tu teneas, quȩ habet
ꝙ valet sñia excõicationis lata per prȩlatũ excõicatum,quã-
diu toleratur.remittit tamen ad collecta sua.de consuetudi
ne.cum dilectus.& in.c.si verè.& ad notata Inno.Hostiẽ.&
Io.and.in.c.pia.Octauo refert opinioné Nouellæ de pactis.
c.primo.libro sexto.videlicet quòd contra emptorem po-
test venditor excommunicatus excipere de precio non so-
43 luto:quia istud est defensionis.Posteà in verbo † præsentes,
notat ȩquiparari præsentem,& contumacem,& ex hoc in-
fert,quòd sicut præsens,& tacens non posset iudicem recu
sare.ita nec contumax remittens ad lecta,& notata.ĩ.de te-
stibus.c.ij.& ad notata Inn.de dilationibus.prætereà.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem primo decreto non quæri licet in actionibus in rem & personam locum habeat.*
2 *Decretum secundum in quo actionum genere locum habeat.*
3 *Remedijs septem non admittentem missum cogi.*
4 *Anno lapso quem effici possessorem verum quomodo accipiendum.*
5 *Verbum,constituitur,propriè,& impropriè accipi.*
6 *Intellectus verior ad.c.contingit.& illius effectus.nu.8.*
7 *A verbis legis recedendum non esse.*
9 *Interpositio primi,& secundi decreti quibus iudicibus competat:& ex quibus causis fiat.nu.10.& an huius sit subsidiaria excommunicatio.numero.11.*
12 *Episcopali iure petito,fieri ex primo decreto missionem.*
13 *Missus in possessione an fructibus vti possit.Et an deiectus possessione petere possit.numero.14.*
15 *Missionem in rei vendicatione fieri amplio ad actionem in personam ad speciem certam.numero.16.*
17 *Quantitate petita,olim in omnia bona,hodie pro mẽsura debiti missionem fieri.Et quid in alternatiuis,& damno infecto.nu.18.& .19.*
20 *Missionis in possessioné ex primo decreto effectus quis siue in personam,siue in rem actum sit.*
21 *Missionem passo possessioné intra annum si in rem perpetuò si in personam actum sit,restitui debere.& nu. 42.*
22 *Decretum quod est num.28.& in quo ab interlocutoria sentẽtia differat.*
23 *Decreti primi definitio,& nu.27.quomodo ad illud perueniatur numero.24.& an in hypothecaria possessionem tribuat.nu.25.*
26 *Primum decretum à prima missione diuersum esse.*
29 *Decretum hîc strictius accipi:secundum decretum quid nu. 30.intra quantum tempus fiat.nu.51.*
31 *Peremptorij omissio in citatione an vitiet processum:& quoties quis ante,vel post litem contest.vocandus sit.*
32 *Dominũ ipsum citandum,& procuratorem vocare quando sufficiat.& de contumacia tutoris.nu.33.*

Citationem

34 *Citationem & libellum ante missionem fieri, & edi debere. Et libellum necessarium esse.nu.38.*
35 *Reo peremptoriè citato an ad obtinendum primum decretū actor sistere debeat, vel sufficiat procuratoris constitutio.*
36 *Missionem, reo litem contestari volente, faciendam esse.*
37 *Contumaciam actis probari ad missionem satis esse.*
39 *Missus in possessionem qua via ingredi debeat & an ei possessorem deijcere liceat.nu.40.*
41 *Contumax ad primi decreti interpositionem vocandus ne sit?*
43 *Missionis ex primo decreto effectus & per eam pignus prætorium constitui quomodo accipiendum.nu.44.*
45 *Causa cognita, ad secundum decretum perueniri.& nu.48.& ad illud quo modo sit citatio facienda.nu.46.*
47 *Vniuersitatem secundo decreto obstringi.quid in furioso?*
49 *Missum ex secundo decreto iterum in possessionem induci nō debere.*
50 *Missio ex primo decreto ad vnam rem, an ad aliam trahatur.*
52 *Missionem ex secundo decreto in omni actione fieri posse.& quid in actione ex empto.nu.53.*
54 *Decreti secundi effectus quis, & an aduersus illud reus sit audiendus.nu.55.*
56 *Missus deiectus an possessionem repetere possit.*
57 *Missum ex secundo decreto statim possessorem effici.limita vt nu.58.*

CAP. IX.



Ontingit. ¶ Casus. Actor iuxta decretum iudicis nō est missus, vel expulsus à reo per lapsum anni verus possessor efficitur, & pars huius. s. de arbitris. c. contingit. & primò ponit casum quādoq; contingentem, secūdo prouidet, ibi ne igitur. ¶ Expone literam: *possessio.* super qua fit conuētio, potentiam cuius tyrannidem timet actor. simile. s. quòd metus causa. c. j. & . j. de app. si iustus. *dolum.* quia fortè facit illum per superiorem vocari, quousq; tempus annale sit lapsum, vel quia fortè cum suo procoratore colludit. ff. de dolo. l. & eleganter § penult. Host. *Multorum.* per absolutam subtilitatem sequentium, quā canones non admittunt, vt. s. c. j. Host. *constituatur.* id est efficiatur ipso lapsu anni. secundum opinionem Gof. vel sumas propere, secundum Vinceñ. quia scilicet sic statuet. i. decernet iudex, & eorum opiniones recitat Nouella. s. vt lite non contest. quoniam frequenter § in alijs. super vltima gl.

1 ¶ PRIMO † quæritur ibi, *adiudicatur causa rei seruandæ possessio.* vtrum ex primo decreto quæratur vera, & ꝓpria possessio, super quo vide Bernar. in prima gl. quam glossam recitat Host. quasi ad literā, quę glossa incipit tractare de materia primi, & secundi decreti, & plenius in gl. fi. sed si vis videre latius, & plures quęstiones circa istam materiam vide tractatum, quem fecit de hoc Dynus. ff. de dam. infect. l. si finita § Iulianus, & Cynus post Iac. & Pe. C. de bonis auth. iudi. possiden. l. cùm proponas. & Host. in summa eo. titu § quid si dicatur cùm alijs § sequentibus. vsq; in finem tituli, & specolatorem sub rubrica de primo decreto, & sub rubrica de secundo decreto. Vnum autem generaliter dicere potes, secundundum communem modum scribentium, videlicet quòd primum decretum interponitur in realibus, quā in personalibus actionibus: vt notant Ber. & Hostien. s. eo. prout & Speculator sub rubrica de primo decreto § restat.

2 versu generaliter. † Sed secundum decretum non interponitur in realibus actionibus, sed in personalibus tantum, secundum Ber. hîc, & Inn. & Host. j. ti. j. c. primo. & speculatorem sub rubrica de secundo decreto § videndum. restat ad finem. & § fi. & secūdum Accur. & alios in dicta. l. si finita § Iulianus. licet Abbas dicat. j. c. proximo. quòd etiam interponitur secundum decretum in realibus, de materia glossæ primę vide specialiter in speculo de primo decreto § iam. de effectu versu. Sed vtrum missus, & versu sequenti, & per Accur. in. l. si quis emptionis § pe. alleg. in gl. Dicit autem Abbas quòd in interpositione secundi decreti, non examinatur an debitum sit petenti id quod ipse petit: quia illud debuit esse examinatum in interpositione primi. sed examinabitur an absens haberet iustam causam absentiæ per quam restitueretur: vt ponit gl.

¶ SECVNDO quæritur ibi, *propter rei potentiam.* siue dolum, & ibi, *nanciści non potest.* quæ remedia contra istum qui non admittit alium ad possessionem de iure competat. super quo vide hîc Ber. in gl. ij. & de hoc solēt alij tractare in c. tuæ. alleg. in glo. vbi Tancretus tenet quòd excommunicatus reus propter contumaciam: qui stetit in excommunicatione per annum, perdit causam, & Nouella remittit ad ea quę ibi scripsit. Dominus autem Martinus de salua dicit ꝙ c. rursus. & c. quicunq; alleg. in gl. loquūtur solum in casu, in quo excommunicatio fertur pro cōtumacia ex crimine descendēte: seu in criminali causa, & ita nihil faciunt, ad id ad quod allegantur per Io. in glo. dicit etiam quòd licet dicatur in. c. rursus. quòd nulla audientia detur hoc debet intelligi super beneficio: quia super crimine bene in suis defen-

3 sionibus audiretur, & hîc satis voluit Bernar. † Inn. autem in prin. gl. ij. ponit septem auxilia, siue remedia, contra huiusmodi contumacem. Primum quòd pręstet cautionem iudicio sisti. s. eo. c. ij. Secundum est quòd condemnetur in expensis. j. de sequestratione possessionis. c. ad hęc. Tertium est quòd condemnetor ad interesse. ff. vti poss. l. si duo § vlti. ff. ne liceat ei. l. j. in prin. Quartū est manon militari. ff. ne liceat ei. l. si quis missus. Quintum est beneficium huius constitutionis. Sextum est beneficium illius constitutionis quoniā frequenter. Septimum est beneficium. l. is cui § missus. ff. vt in poss. legatorum eatur.

¶ TERTIO quæritur ibi, *actor verus.* quia hîc loquitur in reali, quid in personali actione, super quo vide hîc Bern. in gl. iiij. cui concordat Host. & notatur idem. s. e. c. primo. & ad finem gl. tertiæ. allegare potes. c. eum qui. in prin. j. de præben. lib. vj.

4 ¶ QVARTO † quæritur ibi, *verus constituatur elapso anno possessor.* qualiter hoc intelligitur, & an ipso iure, vel per senētiam. super quo vide Bernar. in gl. vltima. in prin. & in speculo de secundo decreto. versu hîc quoq;. Dicit autē dominus Martinus quòd istud. c. est constitutiuum iuris noui quod patet in fine, in verbo sancim⁹. ex quo infert quòd habet locum solùm in casu suo, videlicet cùm propter rei potentiam, siue dolum, & solùm in actione reali, quod innuit litera cùm dicit causa rei seruandę. & ex hoc infert responsionem ad. l. sine poss. ff. de vsucap. & ad. l. quēadmodum. ff. de acquiren. poss. & ad. l. deniq;. ff. ex quibus causis maiores. dicendo ꝙ leges illę in casu isto nō vēdicant sibi locum. vnde hîc est vnus modus possessionem acquirēdi introductus. per. l. sicut. & introducitur per consuetudinem. s. de consuetudine. c. secundo. & hoc in odium contumacis, propter cuius potentiam, vel dolum. &c. vel dic quòd talis non efficitur verus possessor, licet sibi tanquàm vero possessori dētur cōmoda. poss. quoad fructus. & pręscript. &c. & sic videtur notare Inno. j. tit. proximo. c. penultimo. in gl. fi. ibi & iste licet non possideat. Nouella autem in prædicto. c. in alijs. recitat opiniones contrarias Vincen. & Gof. vt scripsi in expositione literæ in verbo constituatur, & finaliter ibi eligit opinionem Goff. tanquàm veriorem, dicens quòd missus ex primo decreto, siue rem detinuerit per annum, siue non detinuerit. s. propter potentiam, vel dolum rei: vt hîc vtroq; casu verus possessor efficitur, & est speciale hîc secundum Goff. in odium illius, qui impedit actorem, &c. & dicit ibi Nouella ꝙ illud hîc placet Inn. vt ibi scripsi in quinta quęstione.

5 † Ad istud propositum videtur posuisse Inn. hîc in verbo cōstituatur, suam vltimam gloss. dicens, quòd hæc decretalis pōt loqui in personali actione, & secundō hoc ꝓpriè ponitur hoc verbum constituatur: quia post annum ex secundo decreto constituet per iudicē verus possessor, sicut si etiā permāsisset in custodia, & sic necessariū esset scdm decretū. Vel pōt loqui in reali, & scdm hoc illud verbū constituat, ponitur impropriè: vt sic sensus constituatur. &c. id est decernatur verus possessor: quia sicut non esset sibi necessarium scdm decretū, si semper in possessione māsisset: sed solo lapsu tpis

fieret verus possessor.sic & si per potentiam,vel dolum ad-
uersarij non potuerit nancisci possessionem.hoc autem est
verum secundum Hosti.quòd non determinatur hic expres
sè an missus ipso iure per lapsum anni verus constituatur
possessor,an per sententiam iudicis.& pro & contra faciūt
notata hic per Ber.in principio vltimę glossę.quid dicendū
breuiter,hic iacet lepus.i.verus huius decretalis intellectus,
& tota difficultas ipsius:quia re vera alia quę hic scribūtur
modicum faciunt ad intellectum decretalis,& ideò hîc vi-
detur mihi potiùs insistendum,& vt breuiter me de isto ar
ticulo expediam amplector opinionem Vincen. & primū
intellectum gloss.fina.Innoc.& dico quòd intellectus Goff.
& Nouellæ qui imponitur Innocen.licet clarè hoc non po-
6 nat non potest de iure procedere.† Dico igitur quòd licet
in reali regulariter secundo decreto non sit opus,videlicet
cùm ex primo decreto peruenit possessio ad actorem,tamē
hæc regula fallit in casu huius decretalis,videlicet cùm per
rei potentiam ,siue dolum,impeditus fuit actor, quominus
ex primo decreto rei petitæ possessio ad eum perueniret:qa
tunc vt actor verus efficiatur possessor facto,& authorita-
te iudiciali est opus.sed vt gratificem opinionē Gof.& No-
uellę,volo eis concedere,quòd secundo decreto , & secun-
dę interlocutorię,seu iudiciali sententiæ demittendo acto-
tem in possessionem non est opus:quia sufficit prima sentē
tia,seu primum decretum.quòd quātum ad hoc.& est ratio
diuersitatis,siue specialitatis in hoc casu . quia cessante ra-
tione legis cessat lex.ff.de iure patronatus.l. adigere.§.quā-
nis.modo in prio casu ratio legis:qa actor in mali per ade-
ptionem possessionem rei petitæ,ex primo decreto factam
verus possessor efficitur:vt hic not.in prin.gl.vltimæ super
quo vide lecta,& notata.ↄ.de verb.sign.dilecto.§.j.& de off.
ordinarij.c.pastoralis.Saluo quod legistæ in hoc aliter dicūt
vide Bartolum.ff.de acquir.possel.l.iij.§.fi.& alios.C.de pręs-
scriptione.xxx.ann.l.si quis emptionis.§.sed si quis.modo si
verus possessor in vim primi decreti realiter executi iam ef-
fectus est,impossibile est quòd in vim secūdi decreti posses-
sor efficiatur:quia quod meum est ex vna causa,ex alia mihi
acquiri non potest:vt.ff.de ver.ob.l.vbi autem.in fine.& in-
stitu.de act.§.sicut itaq;.& infra de fide instrumentorum.§.
cæterum.in fine.Ideò secundum decretum frustra interpo-
neretur,& ista ratio bene innuitur in vltima glo.& per om
nes,& tamen in casu patenter cessat fundamentum istius ra
tionis cùm supponat casus iste,& hæc decretalis quòd pro-
pter rei potentiam vel dolum,actor fuit impeditus posses-
sionem nancisci,ex primo decreto præterea hoc probo per
aliam rationem.nam vbi possunt iura iuribus concordari
eorum correctio omninò vitari debet.C.de inoff.do.l.vna.
C.de inoff.testamento.l.si quando.ↄ.de electione.cùm expe
7 diat.† Ex quo infero vnum fundamentum notissimum,vi-
delicet quòd & si non sit regulariter recedendum à verbis,
nec à propria significatione verborum.ff.de leg.iij.l.non ali
ter.ff.de exercitoria.l.j.§.si quis nauem.versu in re igitur du
bia.ↄ.de priuil.si papa.libr.vj.fortiùs hoc tenendum,& ser
uandum est dum per talem recessum induceretur iuris cor-
rectio,quæ nullo modo est ponenda,nisi in casibus , in qui-
bus hoc reperitur clarè,expressum.vt.C.de appell.l.præcipi
mus.in fine.&.C.de testamentis.l.sciuimus.in fine.modo ad
propositum secundus intellectus gl.finalis Inn.quem sequū-
tur Goff.& Nouella per quem sine aliqua corporali appre-
hensione inducitur acquisitio possessionis ,valde contraria-
tur iuribus:vt.ff.de acquiren.poss.l.j.& l.iij.quasi per totum.
& l.quemadmodum.eo.tit.imò in tantùm contrariatur , ꝙ
quasi iuris impossibilis reputatur,eo quòd ius taliter non
potest fingere super facto:vt.ff.ex quib⁹ causis ma.l.deniq;.
& .ff.de captiuis.l.in bello.§.factæ.& tñ iste casus ,nō est hîc
determinatus,secundum Host.nec potest capi ex ꝓpria si-
gnificatione verborum.secundum Inno.pro quo facit quod
notatur.C.vnde vi.l.si quis in tantam.in verbo committit,
nec in aliqua alia lege canonica,vel ciuili est express⁹.igitur

8 &c.† Quis ergo est effectus huius decretalis?respondeo ꝙ
duplex.Primus quòd iudex tenetur in vim iustitiæ,& ex of
ficio manumilitari in casu huius decretalis reum de facto
verum constituere possessorem:vt hic ar.ff.de rei ven.l.qui
restituere.&.ff.ne vis fiat ei.l.si quis missus.in princ.&.C.de
pig.l.iij.sed fortè iste effectus ante lapsum anni in vim pri-
mi decreti competebat:quia si illud in rem iudicatam trans
iuit,executionem requirebat.ff.de iudic.l.si prætor.cum si-
milibus.Secundus effectus est quia quoad effectus iuris,&
quoad fauorem actoris,& quoad odium rei impedientis
debet haberi perinde saluis tamen infra dicendis,ac si actor
statim ex primo decreto possessionem nactus esset , ne me-
lioris conditionis sit contumax,quàm obediens : vt hîc di-
cit,& hic videt censisse Inn.vt scripsi.ↄ.c.quęstiōe.post prin.
versu vel dic quòd talis non efficitur , & hoc mihi placet:
quia aliter non video quem effectum haberet ista decreta-
lis:faciat ergo iudex rem restitui cum fructibus à tempore
primi decreti perceptis,& iste magnus effectus esse potest.
non obstat ratio Innocē.ꝙ perinde esse debeat.&c.quia fa-
teor quoad effectus iuris,sed non quoad factum : quia istud
nimis iurib⁹,& principis iurium obuiaret,ponat ergo hęc
decretalis ius nouum,præter alia iura,& non contra alia iu
ra edictum,& hoc sufficiat.Et fundatur iste casus in maxi-
ma æquitate,quia si ad commodum vnius aliquid est im-
plendum in personam alterius in præiudicium eius , si ille
in cuius personam impleri debet impediat quominus im-
pleatur.habetur perinde ac si impletum esset:vt.ff.de condi
sionibus, ibi per me datis. Quid ergo dicendum de secundo
decreto. glo. in. l. iubere. ff. de iurisd. omnium iud. dicit quòd
in cautione damni infecti tantum, sed malè dicit per illã. l.
mediam. ff. de peculio legato. Alij dicunt quòd tantum in
duobus casibus, scilicet in causa damni infecti, & noxali, sed
verius est, quòd imo in omnibus actionibus personalibus.
vt. l. properandum § sin autem. & l. cùm proponas. & l. Fulci-
nius § j. teneas ergo glossam. d. § Iulianus. quòd in omnibus
personalibus, habet locum fallit in causa legatorum, & in
possessione nomine ventris, dicit autem Barto. pro regula,
quòd in quibuscunque casibus, per primum decretum, non
est sufficienter consultum, habet locum secundum decre-
tum, per hoc est responsum ad. l. is cui. vt in possessione le-
gatorum. quia ibi missio habet vim cautionis, & notatur. in
l. si finita § si quis damni. & ff. ad Carbonianum. l. si de bonis.
§ de pupillo. quia habet illud quod vult, sed pone quòd pri-
mum decretum fuit interpositum, quia non cauebat, & est
debitum purum, vel purificatum. an vigore illius primi
decreti potest peruenire ad secundum, Dyn. & Bartol. di-
cunt, quòd sic, per. l. si creditores. ff. de priuileg. creditorum.
53 ¶ Octaua † quæstio est, vtrum in actione ex empto, inter-
ponatur secundum decretum, vide glossam octauam in §
Iulianus. Et aduerte quia quandoque agitur ex empto ad in-
teresse, vt. ff. de actio. empti. l. j. & tunc habet locum, quando
agitur ad rem venditam, & tunc idem maximè, quia tunc
tenetur venditor emptorem facere dominum, vt. ff. de acti.
empti. l. Iulianus § ex empto. & ff. de legat. j. l. si domus § de
euictione. & de lega. iij. l. qui concubinam § si hæres. quan-
doque est

doque est venditio in specie, & agitur ad rem ipsam, & ad hæc idem, quia si venditor dominus est, tenetur emptorem facere dominum.vt.ff.de actio.empti.l.ex empto. in princi. & si non est dominus parat causam præscribendi. vt.d.l.ex empto.&.ff.de contrahen.empt.l.clauibus.& sic in nullo casuum prædictorum, est sufficienter consultum per primum
54 decretum, vt.d.§.Iulianus.¶ Nona † quæstio est, quis est effectus secundi decreti, vide gloss.in.§.Iulianus. Aduerte quia duplex est, effectus, vnus quem verbum sonat, alius consequutiuus. Primus videlicet vt statuatur tempus infra quod audiatur reus, de proprietate, & non postea, vt.C.qui accusare non possunt.l.si ea.&.ff.de accusa.l.Titia.& quod notat Dyn.de reg.iur.c.indultum.lib.vj.Argu.C.de ingenuis manumissis.l.diffamari. Et quandoque secundum decretum sonat, vt possideat, & tunc erit dominus, vel præscribet secundum quod dicit glos.& decæterò faciet fructus suos, vnum tamen aduerte, quia quandoque verba sonant aliud, vt iubeo quòd vendatur, vt.l.Fulcinius.§.j.&.l.cùm proponas.& tunc est clarus effectus. Alius est effectus consequutiuus, habebit emptor obligatum meum, cuius sunt vendita bona.vt l.si ob causam.C.de euictionibus. quandoque vero addicitur creditori in solutum debiti, & tunc efficitur dominus, & rediens audietur, infra biennium, volens soluere debitum, vt.C.de iure dominij.impetrando.l.ij.&.d.l.si finita. cum autem secundum Iaco.de Are.quandoque sonant verba, quòd denegetur contumaci petitio dominij, & tunc est idem, ac si esset iussus possidere.vt.ff.de dam.infec.l.quamuis.quandoque aliter interponitur. vt not.per Barto.in.l.si finita.§.si de vectigalibus. residuum materiæ prout occurret dicam in titulo sequenti, & in.d.c.dilecto quo ad iura incorporalia.vide Barto.in.l.si prius.ff.de oper.no.nunci.& quo ad actionem familiæ erciscundæ, & communi diuidundo.vide Barto.ff.ex quibus causis in possess.ea.l.apud Iulianum.& si ius tractatum extendere, vide Hosti.& Speculatu.& Ioan.Andr.in additionibus.in locis superius allegatis.

¶ DECIMOQVARTO principaliter quæri-
55 tur, † pone actor missus in reali, in possessionem rei petitæ, propter rei contumaciam à re ab ipso reo spoliatus, reo infra annum veniente, ac expensas, & damna, & cautionem offerente, & petente se audiri, & procedi in causa, petit ante omnia se restitui, & excipit de sua spoliatione prædicta, quæritur nunquid bene refert collectarius, se vidisse multos magnos viros, dicentes, quòd reus non debet audiri, donec actor, qui verus fuit possessor, secundum communem opinionem, & qui spoliatus fuit per reum fuerit restitutus, Argu.s.de restitu.spolia.Item cum quis, sed faciunt in contrarium quæ leguntur, & notantur.s.eod.c.j.Et quia actor, hoc casu contra se allegat, impediendo obedientiam rei. Item quia non admittere missum, & eum expellere æquiparantur, vt hic probatur, & tamen non admittendo, reus potuisset purgare contumaciam, vt.s.eod.c.j.inducit lecta, & notata per Innocen.de sequæstratione possessionis.c.j.in fine. ¶ Quid dicendum? breuiter credo in modo spoliationis distinguendum. Quia aut spoliando, reus talem violentiam intulit, quòd debet amittere ius suum, iuxta lecta, & notata. C.vnde vi.l.si quis in tantam.&.j.de præben.& digni.c.eum qui.libro.vj.& tunc quia de hoc posset excipi, contra eum per actorem restitutum, videtur quòd in primis sit actori restitutio concordanda, per ea quæ scripsi, suprà in primo.c. in primo notabili, licet fatear quòd hoc dubium habet quod non prosequor, & aliâs dixi, & nunc tunc dissectationi relinquo. Aut non, & tunc secus, & est ratio, quia licet illa regula dolo facit, qui petit quod statim restituturus est, non habeat locum in possessionis recuperandæ probationibus, huius exceptionis nondum factis, licet incontinenti oblatis.s.ti.j.in literis.habet tamen locum, cum iam constat notoriè de ipsa exceptione.s.de filijs præsbyterorum.c.ij.&.c. quoniam & quod ibi scripsi.in.c.ij & in.c.constitutus.&.s.titu.j.ad decimas, & quod scripsit Innoc.de diuort.c.significasti.modo notorium iuris est, quòd si possessio esset penes actorem, reus sic veniens infra annum esset audiendus ad possessionem recuperandum, & in causa procedendi offerendo prædicta, vt patet in dictis, igitur &c. ¶ Collectarius primò propterea quæ scripserunt hic, Bernard.& Innocen. de missione in possessionem, cum agitur de beneficijs obtinendis, vel obtentis, remittit collectarius, ad collecta sua.s. eod.c.cùm dilecti.&.s.vt lite non contestata.c.penultimo. ¶ Secundo dicit, collectarius super eo quod tetigi.s.eod.c.
56 in.vj.q.princip.vers.tertiò iuxta hoc quæritur, † quòd missus in possessionem ex primo decreto in personali actione, eiectus à possessione, non potest petere restitutionem, quia non possidet, nec naturaliter, nec ciuiliter, de misso autem ex primo decreto in reali, qui secundum communem opinionem possidet, & de misso ex secundo decreto in personali, quem constat possidere, refert posse dici nihilominus, quòd non posset agere saltim contra alium, quàm contra dominum, ratione detentationis inducit collecta sua, de causa possessionis.in.c.pastoralis.& dicit quòd hoc videtur sentire Innocen.in commodatario, & depositario, de causa possessionis.c.cùm super.licet ibi hoc neget in illo qui non possidet, naturaliter, vel ciuiliter, super verbo restituendum, vltra vnam columnam, inducit etiam notata Hosti.de restitutione spoliatorum.in literis.in fine.& Inno.eod.tit.c.ij. vbi notant quòd prædo restituitur contra alios, sed non contra dominum, quod intelligitur incontinenti, quo casu non videtur nisi detentationem haberet, & tamen contra alios etiam incontinenti restitueretur, & hoc dicit notari in Specu.de primo, & secundo decreto.§.j.& remittit etiam in Specu.de præb.§.j.vers.sed nunquid depositarius.& subdit quòd Specu.dat condictionem canonis reintegrandam. sed magis placet sibi de interdicto, vt hic notatur.per Inno. & Hostien.quia si hoc tribuat violenta possessio prædoni, fortius data à iudice, sic intelligit notata Hostien.in summa de pignoribus.§.j.vers.sed quæritur. vbi notat quòd creditor conuentionalis, potest agere interdicto, non iudicialis videlicet iudicialis in actibus personalibus, ex primo decreto. Sed bene ex secundo.vt probatur hic, &.s.de offic.ordi. c.pastoralis. nescio si ipse se intellexit: quia non intelligo, quid velit dicere, ideo dic vt scripsi.in.d.vers.tertio iuxta
57 hoc quæritur. ¶ Tertio † ibi *verus constituatur elapso anno possessor.* notat possessionem acquiri in instanti, & in momento: quia statim lapso anno &c. Non sic tamen de scientia de pœniten.distinc.ij.§.ex contrario.cum tamen scientia possideatur.xvj.q.j.reuertimini.videtur tamen dicendum quòd hoc facit hic iuris dispositio. Videtur tamen quòd scientia non in monitio acquiratur, quia scientia repellit ignorantiam sicut contritio peccatum.de pœniten.distinct.iij.peccatum.xxxiij.q.ij.cum renunciatur, aliâs esset dare tempus in quo peccator bonus & malus esset, quod non est dicendum, vt ibi. Sed potest dici quòd loquitur ille textus de sciẽtia infusa, vel de gradu aliquo scientiæ, non de ipsa perfectione, sicut nec perfecta charitas acquiritur in momento. de pœni.distinc.ij.§.hæc quæ de charitate.&.§.sequenti.vel non intelligitur quantum ad modum successionis: sed quantum ad ipsam successionem, secundum eum. ¶ Quarto ibi,
58 *verus constituatur &c.* † Dicit quòd si non impediretur per aduersarium, videretur tunc secus, per ea quæ notantur. xxiij.distinc.in nomine.super verbo disponendum, & hoc teneas, quia textus iste ponit ius nouum, vt dixi, & requirit quòd actor missus per iudicem, fuerit impeditus, per potentiam, vel per dolum rei contumacis.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in caussa status admitti an & quando possit.*
2 *Citationem ad vnum articulum ad alios non trahi quomodo accipiendum.*
3 *Archiepiscopum solum etiam in caussis prouinciam tangente vocan-*

dum & act.a cum eo ſuffraganeo, & capitulo obeſſe.
4 *Abundantem cautelam non nocere*
5 *Citare quem per alium poſſe.*
6 *Citatum ſemel contumacem eſſe expenſarum cauſſa. Et quid in cæteris. nume. 7.*
8 *Vocatum ad diem, quo ius reddi non debet, ſi non ſiſtat, in edictum non incidere. Fallit, vt nume. 9.*
10 *Contumacia prima an ad excommunicationem & expenſas ſola ſufficiat.*

¶ CAP. X.



Enerabilis frater. C. ſi reus nõ inuenitur. ſufficit publicè citationẽ ad eccleſiam ſuam proponi. Et de eodem facto habes. ſ. de maioritate, & obedientia. c. vltimo. & de dilatione. c. vltimo. & ponit duplicem formam citandi. Prima quam facit iudex per literas. Secunda quam committit alteri faciendam. ¶ Expone literam immortales, ſicut mors eſt finis vitæ hominis, ita finis eſt mors cauſæ vel litis. Eſt igitur immortalis, quæ nõ moritur nec finit, venturæ, de hoc termino qui tunc erat præteritus fit mentio. ſ. de dilationi. c. fina. primaciæ. de hoc. ſ. de offic. ordinarij. c. duo ſimul. inſtructum ſuper ijs quæ præuideri potuerunt: nam ſuper emergentibus, & inopinatis. dabitur dilatio ſecundum Gof. allegat. ff. ex quibus cauſis maio. l. ſed & ſi. §. ſi feriæ. & de homicidio. c. fi. & inducit Ioan. And. quod ipſe notauit. de electione. cupientes. lib. vj. in ſua penultima gloſ. videbuntur, procurator ſic conſtitutus, non poteſt aliquid dicere, vel facere, quod requirat ſpeciale mandatum, niſi aliquod de ſpecialibus fuiſſet expreſſum. ſ. de procur. qui ad agendum. lib. vj. Nouella procuret, ſi poteris inueniri, vbi habes Archiepiſcopalem ſedem. C. de ſenato. l. ij. & ſi habet in pluribus requiratur vtrobique. ff. ad municipa. l. aſſumptio. nec ſufficit denunciari procuratori, vbi ille eſt præſens, nec obſtat. ſ. de procurato. dilectus. quia ibi dominus erat abſens, ſecundum Vinc. Collectarius tamen refert Pau. in cle. cauſam. de elect. tenuiſſe, quòd licet tutũ ſit citare, apud vtranque eccleſiam, vt de ſepulturis. c. cùm quis. ſufficeret tamen citare apud alteram tantum, quia ſufficit quòd præſumatur ad ipſum citationem perueniſſe, aliâs ſequeretur, quòd ſi in diuerſis, & remotis habitaret, idem fieri deberet quod eſſet abſurdum.
1 ¶ Primo nota † ibi vel per procuratorem, quòd licet hoc eſſet cauſa ſtat⁹, tamen bene interuenit procurator non ſolũ pro parte agentis, vt. liiij. diſt. frequens. ſed etiam pro parte defendentis ſi eſt in poſſeſsione libertatis, qui vendicatur in ſeruum, vt. C. de aſſertione tollenda. l. j. in princ. ſed ſi eſſet in poſſeſsione ſeruitutis legitima & ſic proclamaretur in libertatem non daret procuratorem, vt ibi. & . ij. q. ij. ſi quando nec obſtat huic diſtinctioni. ff. de procura. l. non ſolùm. §. ſed ſi ſtatus. vbi dicitur quòd interuenire poteſt procurator ſiue de ſeruitute proclametur in libertatem, ſiue econtra quia illud de procuratore domini, ſeruus autem ad peculiaria negotia poteſt procuratorem conſtituere. vt. ff. de procura. l. ſeruum quoque. in princi. ſecundum Goff. Iſta autem cauſa licet poſsit dici cauſa ſtatus, ſecundum conſiderationem de qua hic agitur, tamen non eſt cauſa ſtatus hominis, in qua de libertate, vel ſeruitute, vel libertate hominis propriè agatur. de qua tamen loquuntur dictæ leges. ¶ Secun-
2 do † nota ibi, *& omnia alia peragenda.* Qualiter cautè poſita fuerunt iſta verba: quia citatus ad vnum articulum, & contumax, ad alios, nihilominus eſt citandus. de teſtibus. cùm olim. in fi. de procura. auditis vbi per Nouellam. de elect. eccleſia. ij. vbi per Bernar. in. j. glo. & per Innoc. de accuſat. ad petitionem. niſi receſsiſſet appellans. ſ. eo. c. ij. lib. vj. vbi per Archid. & alios. & per Archid. de confeſ. c. ij. eo. lib. ſecus ſi non eſſet citatus ad aliquem Archid. ſpecialiter, ſed ſimpliciter: tunc enim intelligeretur citatus ad omnia, vt notat Innoc. de offic. deleg. conſuluit. circa finem, & eſt expreſſum de in integrum reſtitu. ex literis. ſecundũ Collectarium. qui idem notauit. in. d. c. ex literis. & hoc intelligendum ſi ille terminus fuit peremptorius: quia aliâs ad diffinitiuam procedi non poſſet. nota. in. c. conſuluit. & in. c. cùm olim. alleg. Curia tamen citat ad ſingulos actus in audientia, nec ſufficeret vna ad totam cauſam, ſecundum collectarium. de quo dicam infra. ſuper hoc tamen omnino videas quæ ſcripſi. ſ. de iudic. c. j. in vltima oppoſitione. ad finem. verſ. iuxta præmiſſa quæro. & præſertim. in verſ. ex quo videtur. & ſequen. & in verſ. ſed nunquid talis citatio. vſque in finem. ¶ Tertio
3 † nota in verbo prouincia, quòd quamuis cauſa prouinciam tangat, ſolus Archiepiſcopus neceſſario citandus eſt, nec oportet alios citare, puta ſuffraganeos, aut ipſius Metropolitani, & ſuffraganeorum capitula, ſed nunquid proceſſus factus contra Archiepiſcopum ſuffraganeis, & capitulis prædictis, ac cæteris prælatis, & alijs clericis prouinciæ præiudicat. Dicunt quidam quòd non. Arg. ff. de libera. cauſa. l. ſi pariter. & . C. res inter alios acta. per totum. & notatur. ſ. de arbitris. cùm tempore. & de maioritate, & obedientia. c. inter. & . c. vltimo. & de dilat. c. expoſuiſti. & de re iudicata. c. cùm ſuper. & c. penultimo. dicit tamen Innoc. quòd hoc non placet ſibi: quia imo prædictis præiudicat talis proceſſus, & eſt ratio extra eum quia quando cauſa principaliter tangit vnum, & alios tangit indirectè, ac minus principaliter, & in modum cuiuſdam, conſequentiæ ſi cauſa, defendatur, per illum quem principaliter tangit, & contra eum pronuncietur, præiudicatur illis quos minus principaliter tangit, lata enim ſententia ſuper hæreditate, contra hæredem præiudicat legatarijs. ff. de inoffi. teſtamen. l. Papinianus. §. vltimo. cum ſimilibus, & faciunt quæ leguntur, & notantur. in. c. cùm ſuper. & . c. penultimo. de re iudicata. alleg. & in. l. ſæpe. ff. eo. ti. Et ex hoc ſequitur, quòd ſententia lata contra Archiepiſcopum, ſuper iſto iure primatiæ etiam prædictis non vocatis, ipſo iure valet, & tenet, & debet executioni mandari. Super quo vide quæ ſcripſi. de maiorita. & obedien. c. in illis in. ij. oppoſitione. & in quinque oppoſitioni-
4 bus ſequentibus. ¶ Quarto † nota qualiter habundans cautela non nocet, licet enim ſufficerent literæ Papales ad Archiepiſcopum immediatè directæ, pro citatione ipſius, tamẽ Papa ex habundanti, mandabit duobus executoribus, quòd citarent, vt hic apparet. Arg. C. de teſtamentis. l. teſtamentum. & potuit mouere ad hoc Papam quod poterat cõtingere, quòd literæ directæ Archiepiſcopo ad Archiepiſcopum peruenire non poſſent, ſecundum Innoc. vel quòd malitioſè occultarentur, ſecundum Hoſti. ideo iſtis executoribus mandat, Papa quòd citent, vt per ipſorum relatio-
5 nem conſtet de citatione. ¶ Quinto † nota ibi, *per ipſos, vel alios,* quòd vt executor deputatus ad citandum per alium, citare poſsit, neceſſe eſt quòd illud habeat ſpecialiter in mãdatis, quia aliter hæc verba per ipſos, vel alios ſuperfluerẽt. Sed reſponderi poteſt per ea quæ ſcripſi. ſ. in notabili proximè præcedenti, vide & ſi hoc non fuiſſet expreſſum, hoc poterant illi ſecundum Gof. & Hoſti. ſed Petr. & Abb. contra, Pro quibus facit, quòd is cui certum miniſterium committitur, ſine iuriſditione non delegat. ſ. de offic. deleg. c. fi. ſed dicunt primi quòd quamuis tales ſubdelegare non poſſint, vt ibi poſſunt, tamen citare per alios, ſit enim citatio per literam edictum, vel nuncium, nec citat litera edictum, vel nuncius, ſed ipſi executores citant, ſed & hic intelliguntur. delega. citare miniſterio nuncij. Arg. ff. de conſti. pecu. l. licet. eadem enim ratione per ſe, & alium exequitur quis ſententiam ſuam ſecundum eos, & pro hac opinione facit ſecundum Nouellam quod de conſeruatore dicitur. de offic. delega. c. fi. lib. vj. reperio autem in quibuſdam ſcriptis Paul. dixiſſe, quòd quanquam non poſſent tales, poteſtatem citãdi committere, nudum tamen miniſterium committere poſſent dominus autem Martinus de Salua, dicit quòd vbi committitur poteſtas citandi, non autem nudum miniſterium,

rium, potest illa potestas alijs committi, per ea quæ leguntur, & notantur. s. de offic. deleg. ex literis. & in cle. vna. eod. ti. & sic procedit opinio Goffr. & Hostien. sed si nudum ministerium esset commissum, procederet opinio Pet. & Abbat. secundum eum.

6 ¶ PRIMO † quæritur in verbo citare, vtrum semel citatus non veniens, debeat contumax reputari, dicit Hosti. quòd sic, quo ad expensas, vt legitur, & notatur. s. de procur. querelam in glos. penultima. Fallit in casu glo. vltimæ videlicet, cum iudex non venit ad diem citationis. vt. ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. ij. §. vltimo. secundum Hugus. & Bartho. Brixien. in quæstione dominicali, quæ incipit quidam

7 citatus fuit. † Quo ad missionem autem, & excommunicationem distinguitur: quia aut respondet se non venturum, vel non obediturum, & tunc proceditur contra ipsum ad prędicta, seu eorum alterum, vt legitur, & notatur. in. c. quoniam frequenter. ad finem cum notoria sit contumacia, ad hoc. de senten. excommu. venerabilibus. lib. vj. ff. de re iudi. l. contumacia. §. fi. Aut nihil respondet, vel dicit quòd deliberabit, vel non reperitur, & tunc non proceditur contra eum, nec censetur contumax, quo ad hoc, nisi præmissis tribus edictis, quando tamen sic citatus non venit, reputatur contumax, præsumptiuè, & proceditur contra ipsum. xxiiij. q. iij. de illicita. & in. d. l. contumacia. & c. ff. de iudic. l. ad peremptorium. & idem si agatur de alia pœna infligenda, vt ibi. & c. s. de constitut. ex literis. & c. j. de vita & honestate clericorum. c. fina. secundum Hosti. & vide omnino ea quæ scripsi circa materiam huius quæstionis. s. de procur. c. querelam. in secunda quæstione.

8 ¶ SECVNDO † quæritur circa gloss. vltimam, vtrum actor, vel reus, non comparens, ad diem coram iudice, qui illa die procedere non potuisset, teneatur ad expensas, Bernar. & Hosti. hic. & Goff. j. tit. j. & c. ij. & Damasce. in. q. iiij. huius tituli, & Bartho. Brixien. in. q. veneriali. xix. & moderniores. j. eo. c. j. lib. vj. tenent quòd non per. l. ij. in fine. ff. si quis in ius vocatus non ierit. quia talis contumax non est. ff. de arbitris. l. arbiter calendis. & facit quod notatur in Speeu. de arbitris. in fi. & de expen. §. postremo. vers. tu autem. & inde distinctionem impositam. in ver. dicunt quidam. quam posuit Innocen. de pœnis. c. calumniam. collectarius autem præmittens trinam citationem necessariam ad contumaciam conuincendam, vt. c. de illicita. referens tamen hoc non esse verum indistinctè maximè in summarijs, secundum Pau. in clemen. sæpe. de verbo. signifi. quod fatetur collectarios, quo ad excommunicationem. vt. c. statuimus. de sententia excommunicationis. lib. vj. Postea subdit quo ad quæstionem prædictam, quòd vbi iudex scit futurum impedimentum, reus ire non tenetur: quia est in dolo iudex, & pars procurans, & ideo submoueri potest, vt in iuribus al-

9 legat. per glossam, † secus si ignoret, tunc enim reus contumax est, quia tunc non veniendo, non facit quod in se est, ad hoc. de appellatio. si duobus. vide Archid. Cardi. & Ioan. Andr. j. eo. c. j. lib. vj. & Ioan. And. de offic. delega. consuluit. per quæ videtur indistinctè standum cum Gof. & Host. non enim debet pars audiri, petens reum condemnari, cum sua non interfuit. argu. s. c. j. in fine. & vide Innoc. j. de dilatione. Præterea in. iij. colum. circa medium ibi, sed si iudex, & remittit collecta. ad notata. s. eod. prout. in prin. placet opinio Hostié. sed pone quòd actor faciens citari reum in termino non comparet, nunquid poterit excommunicari, videtur, quòd non, quia citatus non est, & quia potest procedi contra eum, & sic notant Ioan. & Archid. xv. q. vij. si autem vbi hoc probari videtur, & idem notatur. iiij. q. v. quisquis, &

10 hic per collectarium, † sed quid & reus legitimè citatus venit, sed in die assignato ad declarandum, contumax est, nunquid virtute primæ contumaciæ potest excommunicari, nō videtur Arg. C. de accu. l. iij. illi enim termino videtur satisfecisse quod verum crederet colec. vbi ad certum articulum citatus foret, aliàs secus inducit collecta sua. s. c. proximo, & notata ibi per Hosti. videlicet quòd pro prima contumacia etiam simplici, potest fieri condemnatio expensarum, remittens ad notata, de procu. querelam. non tamen posset absens excommunicari, vel missio contra absentem fieri nisi notoria esset contumacia secundum eum remittit ad collecta sua. de iudic. c. j.

De eo qui mittitur in possessio. causa rei seruandæ. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Tituli situm congruum esse: contumaciam enim sequitur missio.*

S Vperius visum est de contumacia, † verùm quia propter contumaciam sæpe fit missio in possessionem, ideo &c. Goff. Repetitur. in sexto & conuenit ei. de offic. ordinarij. pastoralis. ij. responso & vt lite non contestata. c. tuæ. & c. quoniam. §. in alijs. & de simonia. querelam.

SVMMARIVM.

1 *Voluntatem facto æquiparari. Declaro, vt nu. 3. 4. & 9.*
2 *Pœnitere, contractu perfecto, non licere.*
5 *Deliberatam voluntatem leuissimo delicto iniuri. Limito, secuta pœnitentia. nume. 6.*
7 *Cogitationem perseueratam latiore culpa obstringi: grauius tamen, quæ ad actum ducta sunt puniri. nume. 8.*
10 *Imperfecta delicta, quorum non est accusatio, expianda non esse.*
11 *Cogitationem incœpti delicti, si pœna fisco quæratur puniri: aliud, si parti.*
12 *Cogitationis locum esse pœnæ, si ad proximum actum deuentum sit.*
13 *Pœnitentem incœpti delicti non puniri: si tamen impotentia desierit, punitur. nu. 14.*
15 *Effectum solum in pœnis canonum spectandum esse. Amplio, vt nu. 16. Limito. vt nu. 17. Et pœnam duplicem esse & quid in vtraque obseruandum. nume. 18.*
19 *Infantem, cui delinquendi deest animus, non puniri. Idem iuris in eo, qui casu deliquit. nu. 20. Si culpa casum præcessit. diuersum est. 21.*
22 *Mitti in possess. si interdictum rem actum sit id tamen vocata parte faciendum.*
23 *Vim passo in rebus corporalibus, & incorporalibus quot, quibusque remedijs succurritur, & quando missioni locus sit & interdicto ne vis fiat &c.*
24 *Missionem in possess. quæ præcedunt. Et quo modo procedat, eiusque contraria reuocatio. nume. 25.*
26 *Nomina pignoris caussa in subsidium capi.*
27 *Missionem in res spirit. non fieri, si de re prophana actum sit nec versa vice.*
28 *Decreto secundo in possess. misso opus non esse.*
29 *Primi & secundi decreti concipiendi forma, & formulæ & nu. 30.*
31 *Possessionem caueni restituendam: & is quemadmodum caueat.*

CAP. I.

C Onstitutis. c. actor missus in possessionem post annum, efficitur verus possessor, licet reus infra annū, cautionem præstare voluerit. Et primo narrat factum. Secundo interloquitur ibi ideoq; decernimus. ¶ Expone literam. *Canonico* pro parte vestra, *terminus*, id est nobis constitit Hosti. *possessionem* etiam sine decreto imo, & post annum nihilominus possessores remanserunt. s. vt lite non conte. quoniam. Inno. custodes tamen fuerunt, sed post annum, si perseueraret, partis contumacia veri possessores essent, vt not. in. d. c. quoniam. & probatur. de offi. ordi. pastoralis. §. fi. non præstitit, & sic quod, dicebat vel offerebat de facto non adimpleuit, Hosti. decernimus quasi secundum decretum interponendo, vel fuit quædam decla-

ratio, seu diffinitio, propter rationem quam ponit glo. vlti-
ma. procemio, i. est sigillo: quia ex quo tulerat sententiam,
non egebat alia confirmatione. Tancre. & concordat. ĩ. titu.
j. cùm venisset. vnde dicit Hosti. quòd sententians vel do-
nans confirmat, quando sententia vel donatio præcedit cō-
firmationem, puta si sic dicit donamus, & confirmamus, vt
hic, quia tunc rem à seipso datam confirmat, vt. ff. de iurisd.
omnium iudic. l. & quia. & ĩ. de resti. spolia. cùm venisset. se-
cus enim si confirmatio præcedit donationem, vt si ita di-
cat. confirmamus, & damus. tunc enim, si dicit sibi ipsi con-
tradicerit, & sic non obstat. ĩ. de fide instrumentorum. inter
dilectos. § cæterùm. vers. cùm eadem. & ver. sequenti. ¶ No-
ta quòd vbi opus est facto, voluntas non habetur pro facto.
1 De † hoc autem qualiter voluntas æquiparetur facto, ha-
bes hîc in glos. iij. vers. item est hic argumentum. & de hoc.
xlv. dist. duæ sunt. & vj. q. j. si quis cum. & xxxvj. q. ij. si quis in
Anglicis. & per Hosti. in summa. de pœnis. § quæ quibus seu.
§ illud. & planè per Archi. xvij. q. j. § si ergo. & C. de epis. &
cler. si quis non dicam. vbi planè per Cyn. & de pœni. dist. j.
magna pietas. & c. si quis non dicam. & c. cogitationis. ĩ. de
sponsalib. c. fi. ¶ Et specialiter, de illo membro, scilicet quan
do voluntas versatur circa bona tractat planè Archi. in. d. §
2 si ergo. ¶ Prætereà † qualiter in contractibus post volunta-
tem perfectam vel imperfectam, volens vel contrahens pœ-
nitere vel aliâs quis contra factum suum venire tractatur.
xij. q. j certè. de iure patronatus. cùm laici. de clericis coniu-
gatis. diuersis fallacijs. de filijs præsbyterorum. veniens. de
electione. nosti. ff. de condi. ob causam. l. si pecuniam. de reg.
iur. qui semel. & c. mutare. lib. vj. ¶ Et restringendo muta-
tionem ad factum illicitum. vide planè per Ioan. Calde. ĩ. de
rebus ecclesiæ non alienandis. si quis præsbyterorum. ¶ Et
de iudicibus mutantibus eorum sententias vel processus,
vide plenam distinctionem Ioan. Cald. ĩ. de accusa. c. quali-
ter. j. ¶ Circa delicta autem posuit hic Ioan. Cald. vnam di-
stinctionem satis longuam. ¶ Et circa totum brocardū po-
suit hic Henri. aliam distinctionem longissimam. ¶ Et de
hoc etiam per Nouellam. ĩ. de regu. iur. c. in pœnis. in quæ-
stione mercuriali. ¶ Ego autem hæc volo diuidere per quę-
stiones particulares. Et est prima quæstio ista.
3 ¶ QVALITER † in bonis, & quo ad Deum voluntas
facto non subsecuto reputatur pro facto, & hic dico quòd
siue loquamur de præterito, vt quia vellem fecisse bonum
quod non feci: siue loquamur de futuro vt quia volo in fu-
turum aliquod bonum facere, quod tunc non facio, volun-
tas non habetur pro facto, notatur. de pœni. dist. j. c. iusta. &
c. magna pietas. & idem si de præsenti volo facere bonum
quod facere possum, & non facio: imò videor magis con-
temnere. vt. lxvj. dist. non satis. & ibi tangitur in glos. in. d. c.
magna pietas. in glos. quæ incipit vbi deest tempus operan-
di, & eadem distinc. § j. in glo. quæ incipit vtique sola cordis.
Arg. xiiij. q. vj. si res. de vsur. cùm tu. & hoc tangit Bernard.
hic in glo. non tantum studiolam. vers. vel aliter & c. sed si
voluntas non potest adimpleri, vt quia volo confiteri &
non reperio sacerdotem, vel facere eleemosynam, aut resti-
tuere alienum, & non habeo de quo tunc voluntas & chari-
tas haberetur pro facto opere, quo ad dominū, vt patet in
locis & glo. prædictis. sic de pœni. dist. j. in prin. vsque ad. l. si
quis non dicam. & hic per Bernar. in. d. ver. vel aliter. Argu.
xlvij. dist. quòd ad nos. xxij. q. ij. faciat homo. & c. si res. & c.
cùm tu. alleg. de baptismo. debitum. ver. quamuis. de præsby
tero non baptisato. c. ij. & vltimo. & quod notat. xxviij. q. j.
caue. in glo. habet enim iuxta illud senecæ episto. xxxiiij. ad
Lucillum. magna pars bonitatis est velle fieri bonū pro quo.
xlv. dis. duæ sunt. & contradicit Hier. ad Selent. quantum ad
peccati rationē pertinet nocuit qui nocere disposuit secu-
dum Nouellam: saluo quòd si postea potuerit facere & non
fecerit parum proderit sibi sua prima bona voluntas. Arg. ĩ.
de sent. excom. c. eo. lib. vj & patet ex superiùs allegatis: bona
autem voluntas in alio sæculo, quam non habuisset in præ-
senti sæculo nihil sibi prodesset. xiij. q. ij. in præsenti. no. Ioã.
in. d. c. magna pietas. in glo. hoc tantum ideò bene dicit lex
quòd post mortem non potest quis habere aliud velle. C. de
sacro sanc. ecc. l. j. ideo voluntas ambulatoria est solum vsque
ad vitæ exitum. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. cùm hic sta-
tus. § pœnitentiam. & de adi. lega. l. iij. & l. seq. nam nullus ex-
pectare debet quando peccare non potest. de pœni. di. vij. c.
4 vltimo. † Quod autem dixi bonam voluntatem quæ adim-
pleri nō potest haberi pro facto quo ad Deum intellige quo
ad pœnæ eternæ remissionem, quæ sola contritione induci
tur. de pœni. dis. iij. in prin. xxvj. q. vj. agnouimus. non autem
quoad pœnam exteriorem temporalem, & satisfactoriam:
quia si hic non impletur in purgatorio implebitur. xxiij. q.
v. quid ergo facit quod legitur & nota. ĩ. de baptis. super eo &
de pœni. & remissi. quod autem nisi tanta esset contritio q̃
ad pœnæ vtriusque expiationem sufficeret vt in latrone. de
pœni. di. j. importuna. de conse. di. iiij baptismi lucem. & Lu
cæ. xxiij. c. Item quod dixi quòd voluntas bona sine possibi-
litate satisfaciendi habetur pro facto quo ad Deum, fallit in
baptismo. de conse. di. iiij. sine pœnitentia vbi plus operatur
baptismus quàm contritio. Item in eucharistia. quia delētur
venialia, & non sic sola voluntate. Item in confessione, quia
erubescentia pars est pœnitentiæ. Item in martyrio. Item in
voto confitendi: quia non ita absoluitur à Deo sicut à sacer-
dote. Item in voto virginitatis, quo ad aureolam. vt no. in. c.
magna pietas. in gloss. hoc tantùm ad quam recurras, & ibi
reperies concordantias quæ hic omittuntur.
¶ SECVNDO quæritur, quando quis cogitat delictum
committere, & illud delictum non perficit, nec etiam circa
illud aliquid agit: nūquid tunc voluntas habetur pro facto
respectu ad Deum, vel ad ecclesiam, & hic pono certas con-
5 clusiones secundum Archi. vbi. ĩ. ¶ † Prima conclusio est,
quòd in casu in quo volūtas deliberata stat in finibus solius
cogitationis in delectationē non trāseuntis, solum veniali-
ter peccat: & de hoc punitur quo ad Deū, etiam si ad aliud
non procedat: vt. xxvij. q. j. nec aliqua. & legitur & not. xlvij.
di. c. ij. Arg. in glo. q̃ sola cogitatio. ¶ Secunda conclusio est
6 secundum Hen. † q̃ quando cogitatio huiusmodi est indeli-
berata, & præsertim si contingit homini cogitatio cū displi
centia, & contra voluntatē propriam, nullo modo punibilis
est apud Deum: quia nō culpa, nec peccatū est, sed pœna &
debilitas imaginationis: peccatū enim non est, nisi volunta-
riū, quod dic, vt legitur, & no. xv. q. j. c. j. & ij. xxiij. q. iiij. Na-
buchodonosor. & § item vasis iræ quod no. Laud. & Iessel. in
cle. vna. de sum. trini. super verbo firmiter. & in cle. j. de hæ-
ret. § vis enim fieri corpori, sed nō animo. xxxij. q. v. § j. & c. j.
& ij. & not. hic Inn. & Host. & ĩ. de simo. per tuas. ij. hoc etiã
apparet Host. expressè. in summa. de pœnis. § in quibus. in fi.
vers. quid ergo. de tentante: vbi tractat de ista materia dicēs
q̃ cogitatio tentans in nullo punitur, sed potius meretur,
dum modo resistatur: quia nō coronabitur, nisi qui legitimè
certauerit, & primi motus non sunt in potestate nostra: &
beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos vsq; ad petrā: &
nullus peccat in eo quod euitare nō potest. pro hoc. ĩ. ad Co
rin. x. c. xlix. di. c. ij. de pœ. di. j. cogitationis. j. q. iiij § cōtra do-
minus. & quod no. Io. xxiiij. q. iij. cùm ergo. super verbo Ca-
naan. & de isto arti. not. planè Asten. lib. ij. in qua potētia est
7 peccatū. per totum. ¶ † Tertia conclu. est secundū Arch. vbi
ĩ. q̃ in casu in quo cogitatio nō stat in finibus suis, sed trāsit
delectationē, & perseuerat in ea, tūc veniale efficitur morta
le: vt legitur. xv. dist. § vt autē. de pœo. di. j. cogitationis. vnde
prohibemur sequi concupiscentias nostras. Eccle. xviij. post
concupiscentias tuas non eas & c. vnde prauæ cogitationes
separent à Deo Sapien. x. xj. q. iij. audi. tamen locus est pœ-
nitentiæ, etiam quo ad ecclesiam triumphantem. de pœni-
ten. distinct. j. si agamus. & c. quem pœnitet. & de summa
8 trini. c. j. ad finem. ¶ Quarta conclusio est, † quòd quamuis
cogitatio prædicta cum delectatione sequenti sit pecca-
tum mortale, tamen plus peccat ille qui consensum illum,
seu

seu cogitationẽ illam perduxit ad actũ:nam ille opus adijcit
iniquitati.notatur de pœnitẽ.dist. viij.si cui. Duplex enim
est voluntas mala secũdum Augustinũ super Gen.& Asten.
lib.ij.titulo de bonitate & malitia quantò ad actus exterio-
res ad finẽ.vna dicitur incompleta,siue semiplena quæ non
exit in opus,etiã si habeat facultatẽ loci & temporis: altera
completa siue plena quę exit ad opus si tempus habeat & lo
cum,addens ad primũ opus malũ,& augẽs cõsensum & con
temptũ,opus malũ,quia auget libidinẽ quãtũ ad genus pec-
cati carnaliter, & quãdoque etiã infert tertio nocumentũ,
vt cum cõmittitur in proximũ:& cõtemnit Deũ volũtate
& opere intensiuè & extẽsiuè,maior,est enim libido in exe
cutione iuxta glos.super Psal.super illo,appone iniquitatẽ
super iniquitatẽ:qui opus addit voluntati iniquitatẽ addit
iniquitati.Sed de volũtate secũdo modo intelligit glos.sup
illud psalmi,in corde iniquitatẽ operamini in terra. Si vis
inquit & nõ potes Deus reputat factum. ¶ † Quinta cõclu
sio est q prædicta procedunt respectu habito quoad Deũ,
& quòd si habetur respectus ad ecclesiam,siue ad ius,volun
tas suis terminis cõtẽta nõ habetur pro facto, nec punitur:
quia primi motus nõ sunt in potestate nostra:vt.ff.de fur-
tis.l.j.§.sola cogitatio.& de pœnis.l.cogitationis & de pœni
tẽtia dist.j.cogitationis.vbi de hoc.&.vj.q.j.si quis cum mili
tibus.in glo.nõ punitur & c.in fine fallit in crimine hęresis:
nam quis sola volũtate incidit in hęresim:quia illud crimen
actum exteriorẽ nõ respicit,sed sola mala credulitate perfi-
citur:vt notat in.c.cogitationis.arg.j.de hęreti.ad abolen-
dam.&.c.excõmunicamus.§.credentes.& in crimine lesę ma
iestatis.per.l.quisquis.C.ad.l.Iul.maiestatis.&.vj.q.j.§.verũ.
& in Simonia.j.q.j.c.ij.&.c.qui studet.& vtrobique de hoc,
& de Symonia.c.cõsuluerẽ.secundum quosdam,fortè posset
saluari in prohibitis quia Simoniaca,sed secus in Simonia-
cis quia prohibita.vt.c.finali.de Simonia.Dicit Calderinus
quòd ius nunquã punit solam cogitationẽ,nisi sit peccatũ
quod solo cõsensu perficitur:vt in hęresim.Saluo q cum co
gitatio est peccatũ mortale,ius talem pœnitentẽ in hoc pu
nit:quia impedit eum ne ante pœnitentiã in susceptis ordi
nibus administret,& ad superiores ascendat:de temporib⁹
ordinã.lorũ.quęsitũ.Tu verò dicas q licet ecclesia militans
per cõstitutiones suas positiuas cõstitutiuas, & phibitiuas
cogitationẽ intrinsecam procedentem ad deliberationem
& consensum possit quoad peccatum mortale efficere, vbi
aliàs mortale efficere, & etiam animam vinculo excom-
municationis innodare, ac absolutionem à peccatu & ex-
communicatione certis superioribus reseruare,actusq se-
quentes quoad effectum iuris in se suspendere, vel etiam
irritare:vt patet ex iuribus allegatis,& ex iis quę notãtur in
illis:tamen nũquam ecclesia pœnat huiusmodi declararet,
nec etiam de facto ad executionẽ mãdaret,nisi voluntas illa
patefacta esset per verba,aut per facta,vel signa ipsius cogi
tãtis:vt ecclesiastica beneficia.c.vno.de sentẽ. excõmunica.
à nobis.Si autẽ sufferẽ manifestata esset crederem antequã
pœnitentiã peregisset,posset cõpelli ad pœnitentiã peragẽ-
dam.arg.eorũ quę legũtur & notãtur de iudic.c.nouit.cũm
nõ ab homine,sed postquã pœnitentiã peregisset,nullo mo
do potest casus expressis in iure,de quib⁹ prædictũ est, vi-
detur impiè exagerãdum contra talẽ:& sic possit procedere
conclusio supradicta,& dicta scribentium prædictorum.
¶ TERTIO quęrit quid quãdo qs cogitat delictũ com-
mittere,& ad actũ pcedit,sed tamen ipsum delictũ nõ per-
ficit,vt quia attẽtat corrũpere virginẽ loquẽdo cum ea,vel
ponendo scalam &c. nũquid tunc volũtas habet pro facto,
maximè quoad pœnas tẽporales?& hic etiam pono aliquas
10 quęstiones. ¶ Prima cõclusio est † q si sit tale delictũ quod
nõ possit per viã accusationis puniri,sed solũ per viã cuius-
dam quasi cõpẽsationis,tũc nõ punit ex quo nõ est cõfirma-
tum,& pone exẽplũ per.l.j.in fine.ff.quòd quisq iur.& per
11 l.iij.ff.de his qui notãtur infamia.¶ Secũda cõclusio est q si
sit delictũ quod per viã accusationis puniri potest, & agere
de actione,seu pœna ciuili, tunc si sit applicãda fisco,punit
ac si delictũ esset cõsummatũ:vt.C.si quacũque prędit⁹ po-
testate.l.vna.& in authen.de defen.ciui.§.si qua colla.iij. Sed
si sit applicãda parti nõ punitur,nec datur actio:vt.ff.de fur
tis.l.vulgaris.§.qui furti.&.ff.ne quis eum qui in ius vocatus
fuerit.l.penultima.§.docere.fallit vbi delictũ posset de facili
trahi in exemplum:vt.C.de furtis.l.si quis seruo.&.ff.de ser-
uo corrupt.l.j.§.persuadere.¶ Tertia cõclusio est quòd si agi
tur de pœna criminali,& de puniendo delicto nõ principa
liter cogitato,sed accessoriè cõmisso:vt de fractura portarũ
vel murorũ facta volẽdo monialem capere,vel hominẽ in-
terficere,pœna imponit tanquã ex opere cõsummato:vt.ff.
de extraordina.criminibus.& de effractorib⁹.l.j.&.ff.de fur
tis.l.vulgaris.§.qui furti.¶ Quarta cõclusio est quòd cũ agi-
tur de puniẽdo delicto,quod cogitans facere principaliter
intẽdebat,& processit ille solum ad actũ à principali remo-
tum:vt quia gladio euaginato iuit per viã:tũc secũdum Pe-
trum de Bella pertica nõ habetur pro facto,nec imponitur
pœna debita delicto principaliter cogitato. allegat.l.cogita
12 tionis.† Sed si processit ad actum proximũ delicto principa
liter cogitato: vt quia fregit ostia,posuit scalas ad fenestras
camerę,& solicitauit illam quã volebat capere,& tunc non
punitur adhuc,vt de delicto cõsummato, sed extraordina-
riè:vt.ff.de extraordina.criminib⁹.l.j.ad finẽ.&.ff.ad.l.Iuliã
maiestatis.l.famosi.circa mediũ.Iacobo autẽ de Butriga.nõ
placet distinctio an ad actũ verbi,an ad actum facti sit pro-
cessum:quia etiã si ad actum facti processit,nõ punitur, vt
de consummato.allegat.ff.de serui.fugi.l.iij.ff.de pœnis.l.si
aliquid.§.trãsfugę.& ideo dicit q portãs bladum extra terri
toriũ repertus,in territorio nõ punitur statuto imponenti
pœnã illi qui portauerit bladum extra territoriũ, ideo ipse
stat cum distinctione quęstionis supra proximę. ¶ Quinta
13 cõclusio est † quòd si cogitãt delictum perficere ad actũ fa-
cti principalis processit;sed pœnitens, & ad cor rediẽs ab-
stinuit à perficiẽdo,& se retraxit cũ perficere & ad effectũ
deducere potuisset,si voluisset,nõ habetur pro consumma-
to,nec punitur vt de consummato:vt.ff.ad.l.cor.de fal.l.qui
falsam ad turpil.l.quęsitũ.id est sic vocãs clericũ in foro se-
culari,& pœnitẽs ante litẽ contestatã,non patitur pœnã il-
lorũ capitulorũ.xj.q.j.inolita.&.c.placuit.de foro compe.si
diligenti.& ibi notatur arg.C.de iurisdi.omniũ iudi.l.in cri
minali.Fallit vbi punitur sola criminis consciẽtia, vt in hę-
retico:vt.c.ad abolendam.& ca.excommunicamus.§.creden
tes.allegatur & in reo lesæ maiestatis: vt prædicta.l.quis-
quis.& in consciscente sibi mortẽ.ff.de ijs qui mortem sibi
consciuerunt.l.iij.& in extrahente de ecclesia fugientem ad
illam.C.de ijs qui ad ecclesias confugiunt.l.fi.§.sicubi.& in-
fra de homicidio.humani.libro sexto.vbi Cardina.& No-
14 uella ponunt hos casus. ¶ † Sexta conclusio est,quòd si deli
ctum remansit imperfectum propter impotentiam,vt quia
fecit quod potuit,sed adimplere nequiuit, punitur,per.l.ac
si impleuisset:secundum Archidiaconum,& hoc verum se-
cundum Lambertum,Iacobum de Rauena,Petrum de Bel-
la pertica & Cynum si fuit impeditus impedimento facti:
vt.l.si quis non dicam.de pœnitentia distinctione.j.si quis.
non dicam.cum omnibus sequentibus,vsque ad capitulum
cogitationis.C.de ijs qui ad ecclesias confugiunt.l.præsenti.
de furtis.l.si quis seruo.si qualibet præditus potestate.l.j.ff.
ad l.Pompeiam de parricidijs.l.j.in fine.ad.l.corneliã.de sica
rijs.l.si quis cum telo.infra de diuortijs,cap.j.cum ibi nota-
tis per Bernardum & Hostiẽsem.lj.distinctone.si quis post,
de bigamis nuper.& cap.nobis.sed si impeditur impedi-
mento iuris.non punietur ac si delictum esset consumma-
tum.ff.de furtis.l.inter omnes.§.penultimo & ad.l.corneliã
de falsis.l.impuberem.§.si ei.secundum eos,& vide.Guiliel-
mum de Cugno & Ray.in prædicta.l.si quis non dicam.al-
leg.ff.quòd quisque iuris.l.j.§.finali.&.C.si mancipiũ ita fue
rit alie.ne prosti.l.ea quidẽ.Sed hęc Iacob⁹ de Butrig.ibidẽ
repręhẽdit dicens,quòd impedimentũ iuris & facti,æqui-

parātur:vt.l.j.in fine.ff.quod quisque iuris. Sed arg.cōtra.e.
tit.si quis legatū.primo & secūdo respon.nisi dicat quòd ibi
perfecit iuxta id quod scripsit Henricus.ĩ.de crimine falsi.
c.j.dist.ij.in fine.& facit pro dicto mēbro insti.de oblig.quę
ex delic.nascū.§.placuit.& quod notatur de senten.exco.in
audientia.& hęc opinio benigna est. Attēde secūdum Cal.
videtur verius quòd impedimentū iuris nō obstet, ex quo
processit ad actū exteriorem, & fecit dolosè quod potuit,
quantū in ipso fuit:per cap.nuper.& c.à nobis.de bigamis.
& per prędictā.l.si quis seruo.C.de furtis.licet dicāt ibi qui-
dam speciale ne delictum de facili trahatur ad cōsequentiā:
ad.l.inter omnes.& ad §.placuit? Respondet ꝙ ibi nō quęri-
tur de pœna.Ia.autē de Butrig. dicit ꝙ in.l.inter omnes.§.
rectè nō delinquit:quia furtū requirit dolū,& ibi nō erat do
lus.Item dicit Cal.ꝙ vbi impeditus fuit impedimento facti
adhuc mitius punitur,quàm si perfecisset & extraordinariè
secūdum quosdam:vt.ff.de extraordina. criminib⁹.l.j.& di-
cit ꝙ hęc opinio benigna est & hęc opinio placet Io.de Bu
trig.vt scripsi.s.e.q.ad finē.iiij.quęstionis,& hanc opinionē
tangit & deducit Cynus in prędict.l.si quis.nō dicā rapere.
in septima oppositione. Et in hac opinione etiā videt esse
Guil.de Cugno in prędict.l.si quis non dicā.allegat.l.quisquis.
in fine.C.ad.l.Iul.ma.& prædic.l.in.l.ff.ad.l.cor.de sicca.Sed
hoc casu videtur ibi velle distinguere Io.Fabri inter crimi-
na detestabilia, & crimina leuiora.Ray.autē etiā tenet ibi
quòd licet in casu isto eadem.l.puniatur non tamen eadem
pœna:quia pœnæ sunt arbitrariæ.ff.de pœnis.l.hodie.& al
legat pręd.l.j.in fine.ff.de extraor.cri.&.ff.de pœnis.l.aut fa
cta.§.nonnunquā. vnde dicit Guil.ibi ꝙ per hoc respōdit co
miti Alemanici, ꝙ licet deflorās virginē viripotentē sit ca-
pite puniendus, corrumpēs tamen minorē impotentē non
est puniēdus illa pœna:sed est relegādus:ratio primi est:quia
aufert virginitatē quæ nō potest restitui. C.de rap.virginū.
l.vna.Ratio secūdi est,quia nec deflorauit,nec virginitatem
abstulit obstante impotētia. Ideò debet deportari.arg.ff.de
pœnis.l.si quis aliquid.§.qui nōdum.& ibi casus,secundum
eum:sed quicquid sit secundū Cal.nō posset pro illo delicto
agi ac si esset cōsummatū: vt.ff.de furt.l.vulgaris §.qui furti.
nisi cum delictū posset de facili in exemplū trahi:vt.l.si quis
seruo.& §.persuadere alleg.Itē etiā dicit Cal.ꝙ in casu quin-
tæ quęstionis proximę pręcedentis, videlicet cum pœnitēs
abstinuit &c.licet nō puniatur tanquā pro cōmisso puniri,
tamen debet pro actu exteriori quem gessit vt.l.prędicti.&
cap.pro humani allegatis.
15 ¶ QVARTO quęritur quid quoad pœnas spirituales:cir
ca qd pone cōnclusiones quę sequūtur: Prima conclusio est
ꝙ si pœna imponitur à canone solus cōsiderat effectus,sic ꝙ
effectus seu volūtas ducta ad actū imperfectū nō habet pro
facto,ideò insultās & nō tangēs clericū nō incurrit excōmu
nicationē latā à canone.xvij.q.iiij.si quis suadente notat Io.
de penitētia dist.j.si quis pulsat⁹.& Gof.in summa de sentē.
excom.§.quęrit.ver.pone ꝙ supra caput.& Hosti.in summa
de senten.excom §.qualiter ꝓfertur.seu.§.fin.autē ver.in pri-
mis & Asten.lib.vij.tit.iij.ver.quid si sup caput expressius
Archi.in glos.j.&.C.ĩ.de pœnis.c.fœlicis.in prin.quia ver-
ba canonis si quis suadente intelligūtur cum effectu,de cle-
16 ricis nō residentib⁹ relatū,licet Io.ibi cōtra & malè.† Simi-
liter patet in pœna irregularitatis quæ nō infligitur volenti
homicidium perpetrare actu nō secuto.ĩ.de homicidio.c.si
aliquis.& ad idem.ā.de electione.c.perpetuæ.lib.vj.fallit au
tem secūdum Henricū in pręd ict.c.pro humani.§.nos tāto.
ibi vel etiā madauerit cum ibi notatis per Io. An.super ver
bo mandauerit.&.ĩ.de pœnis.c.fęlicis.in prin.lib.vj.& cle.
si quis suadente in prin.e.tit.& ratio specialitatis ibi patet.
Item fallit secūdum eum vbi voluntas est producta ad opus
perfectum de facto , licet imperfectum de iure:vt.c.nuper.
&.c.à nobis.alleg.& in præcedenti membro potest colloca-
re.q.mercurialem quam posuit Nouella in regula in pœnis.
de reg.iur.lib,vj.& eius decisio quæ habet ꝙ vbicunque pro
delicto pœna à iure infligitur ipso facto necessarium est ꝙ
opus sit perfectum quam ꝓsequere vt ibi habetur , quā de-
cisionem hic posuit Cal. remittens ad locum prædictum.
17 ¶ Secunda † conclusio est ꝙ cum pœna spiritualis imponi-
tur ab homine inspicitur enim consideratio non iuris effe-
ctus:quia mitius agitur cum lege quàm cū ministro legis.ff.
de arbitris.l.celsus.ĩ.de clerico excommunicato ministran-
te cap.si celebrat.vt si excōmunico te si eligis eum te paras
ad hoc,incurris sententiam.notat Inno.de appellationib⁹.
præterea.ij.Quia tales pœnę medicinales sunt:vt.ij.q.j.mul
ti.& de senten.excommunicationis.cum medicinalis.
18 ¶ QVINTO † quęritur quod cum cogitat agit & perfi-
cit? Certè tunc punit tanquā de delicto cōsummato. Quod
verū est , si voluntariè fecerit.arg.ff.de fideius.l.si à reo.§.id
quod uulgò.ad.l.aquil.ita vulneratus. de senten.excōmu.vt
famæ,& hoc verū secūdum Guil.& Ray.in.l.si quis.nō dicā
nisi esset tale factum quod nō afferret nocumentū eo ꝙ de
iure nō sortiretur effectum: vt.ff.qd quisq; iu.l.j.in fine.C.si
mancip.ita fue.ali.ne ma.l.ea quidem. Sed Butrigarius dicit
quòd ibi loquitur in pœna cōuētionali,nos autē in legali:le-
galis vero nō expectat iure effectū : quia nec delictū ex quo
&c.Ideo sufficit factum,secus de cōuentionali igitur &c.&
hoc verū de cōuētionali quę cōmitti.habet ex iurisaffectu:
vt.l.ea quidē.de alia em secus.ff.de ver. oblig.l.stipulatio.§.
eius quoq;.Ideo deliberās debitorē, & ꝓmittēs pœnā si pe
tat petēdo de facto pœnā incurrit,secundū eum.l.j. Nec est
locus pœnitētiæ.ff.de seruis fugitiuis.l.quis sit fugitiuus.&
de senten.excō.vt famæ fallit tamen.C.de crimine stelliona
tus.l.j.ff.de publicanis.l.j.§.j.quod me.causa.l.j.§.satis clemen
ter.Sed si ex necessitate fecit,tunc si illa necessitas est absolu
ta excusat in totum à pœna.vt supra quod metus causa.c.sa
sacris.xlv.dist.de iudæis.l.dist.presbyteros.quia tunc magis
pati quàm agere videtur.vt pręd.c.sacris. vj. di.testamentū.
ff.de bonis libertorū.l.ij.§.Cū minor ma.§.si libert⁹.ĩ.de re-
gu.iur.ex timore vbi de hoc & de hoc etiam notatur.ĩ.de
homicidio.sicut dignū. Sed si fuit conditionalis tunc culpa
nō excusatur in totū.sed atenuatur culpa & peccatū:vt prę-
dicto.c.sacris. &.ij.q.j.imprimis.vbi de hoc & hoc vera in
maiore,in minori autē doli capace,dic vt habes per Henri
cum.ĩ.de delictis puerorū.c.j.Caue tamen,quia in aliquib⁹
casibus quis euitat pœnā etiā post cōsummationē delicti. vt
not.de iure patro.c.cū laici.vt scripsit Ioā.Fabri.in prędict.
l.si quis non dicā Item est vnus casus secundum Butrig.in
authen.nouo iure.C.de pœna iudicis qui malè iudicauit.
19 ¶ SEXTO † quæritur quādo ille qui agit & perficit deli-
ctum nō præcogitauit illud cōmittere,nūquid tunc factum
si de volūtate æquiparatur volūtati & facto:& hic pono se-
cundum Archid.vbi.s.etiā aliquas quæstiones.Prima.q.est
quòd si ille qui nō cogitat sed agit & pficit est infans nō cō-
clusio punit etiā quoad Deū ex quo nō est doli capax,de cō-
secra.dist.v.paruuli.&.c.eos.vbi de hoc.ĩ.de delictis puero.
c.ij quia eius ætas ignorat qd agit.ff.ad.l.cor.de sic.l.infans.
& idē si est furiosus:qa nō habet animū cogitādi,nec delibe
rādi.ff.de offi.pręsid.l.diuus.xvj.q.j.meritò. &.c. illud.&.§.
sed obijcit.&.c.aliquos.&.c.nō est.& pręd.l.infans.nam vo-
lūtas & propositū distingūt maleficia.ff.de furtis. qui iniu-
riæ.de senten.excom.cum voluntate,sed furioso potest im-
poni pœnitētia ad cautelā,vt.e.causa & quęstione.c.si quis
insaniens.& ibi notatus de hoc in glos.c.per Io.& Archid.
Sed,de hoc plenius in cle.si furiosi.de homicidio. ¶ Secun-
20 da † cōclusio est ꝙ si talis qui nō cogitauit sed egit & perfe-
cit id fecit per casum & nō per culpā,neque culpa pręcessit
casum nō punit. vt.ff.de admi rerū ad ciuita pertinen.l.ij.§ si
eo tēpore.& de pœnis.l.respiciēdum. &.C.ad.l.cor.de.sic.l.j.
21 &.C.de tabula.l.generali.lib.x. ¶ Tertia † conclusio est.ꝙ si
per culpā cōmisit qs delictū qd non cogitat cōmittere, vel
cōmittit per casum,& culpa pręcedit casum,tūc punit, licet
mitius quàm si delictū ex ꝓposito cōmisisset.ff.de dā.Isec.l.
fluminū.§.stipulatio.& de act.& ob.l.j.§.is à quo.&de legib⁹.
l.j.&

setur impetratio surreptitia:quia tacita veritate obtēta, vt
hic & dixi supra.Prætereà quia ex sola impetratione quę est
surreptitia & nulla,vt hic dicitur nullum sit præiudiciū ad-
uersario vel liti,seu iuri super quo litigatur.vt.ꝭ.de reg.iur.
cap.nō prestat.lib.vj.& ideo nō est opus reuocatione: nam
iudex ex tenore surreptionē agnoscens ea nō obstante pro-
cedet ac si nō fuisset obtenta.verū si obtenta talis priuilegij
vt puta de cruce portāda in prouincia aliena impetrās pro-
cederet ad crucis deportationē lite pendente & in præiudi-
cium litis propter inmutationē status possessionis putarē
hîc,huiusmodi factū debere reuocari in modum attentati
iuxta casum.c.j.§.eo.Et est ratio huius:quia licet Papa nō at
tentauerit cōtra ius priuilegiū subreptitiū cōcedēdo:atten-
tat tamen impetrās illud,cū sit nullum de facto executioni
mandando:& quia licet impetratio subreptitia executioni
non mādata de per se nulli præiudicet:tamen ipsa executio
facta valde præiudicat,quia aduersario possessionē acquirit
arg.ff.de rei vendi.l.is qui destinauit.institut.de interdic.§.
commodum.ꝭ.de probationibus.ex literis.
16 ¶ QVINTO † quæritur nūquid si iudex de causa cogno
scens aliquid facit in causa pro vna parte in præiudiciū alte
rius,poterit alter petere illud ante omnia,& in modū atten
tati ex puro officio reuocari? Et breuiter dico,ꝙ sic,si extra
iudiciū,& sine causæ cognitione iniustè hoc attentet:& idē
extra metas suæ iurisditionis id faciat,vtputa, si ante causæ
cognitionē mittat clientes ad spoliandum de facto possesso
rem,& eum faciat spoliari:quia tūc censetur facere vt priua-
tus,nō vt iudex.C.de iure fisci.lib.x.l.prohibitū. &.C.de mo
tatis.l.deuotū.cum similibus.Sed si iudicialiter & cum cau-
sæ cognitione,& infra metas suę iurisditionis id faciat,non
potest id peti reuocari in modum attētati:quia si bene fece
rit,expeditum est quod teneri debet,& executioni manda-
ri id, quod petit.ff.de iudicijs.l.si prætor.ff.ne quid in loco
publico fiat.l.vltima,in fine.Si autem iniustè fecit tunc pro-

uident iura de alio remedio, videlicet de remedio appella-
tionis, vnde si negauerit appellare imputet sibi: quia cense-
tur factum iudicis tacitè eunfirmare. j̃. de re iudi. c. quòd ad
consultationẽ. & c. cum inter vos. Si vero appellauerit prose
quatur suam appellationem, quia aliud remedium nõ habe-
bit. j̃. de appellationibus per totũ titulum. Fallit in casu in
quo post & cõtra appellationem legitimam iudex attenta-
ret: quia tunc illud reuocetur in modum attentati secũdum
modum qui traditur. j̃. de appellationibus nõ solum. lib. vj.
17 ¶ SEXTO † quæritur verũ priuilegiũ lite pendente & in
præiudiciũ aduersarij motu proprio à Papa concel. de iure
valeat videt quòd sic: quia motus proprius tollit surreptio-
nem. j̃. de præben. c. si motu. lib. vj. & cle. si pluribus. eo. titu.
¶ Breuiter puto cõtrarium: nam licet motus proprius tol-
lat illam surreptionẽ tamen aliàs surreptionem nõ tollit &
præsertim illas quæ ex iuris cõmunis dispositione propter
præiudiciũ alterius euitãdum ortũ habent: nam & si nõ in
modum surreptionis tamen per viã iuris cõmunis talia op-
poni possunt secũdum quod scripsit Nouella in prędicto. c.
si motu. super verbo liberante, & super fine suæ tertiæ glos.
hæc enim ratio quæ habet de iure præsumẽdum fore Papã
nolle priuilegiũ concedere in prężudicium alterius. vt. l. nec
auus. & l. autoritatẽ. & § merito. & § si quis à principe allega
tis æquè motũ propriũ sicut impetrationem respiciũt, imo
magis licet enim quandoque princeps quasi inuitus per im-
portunitatẽ petentiũ ad cõcedendum nõ cõcedenda, indu-
catur tamen vt cessant importunitas atq; petitio præsumi
tur princeps iustus & sanctus, & nihil velle nisi quod leges
suæ volunt. C. de pe. bo. subla. l. j. & c. ij. lib. x. arg. C. de præci.
impe. offe. l. quoties, & duabus legibus sequẽtibus. & l. rescri
pta. e. tit. & C. si contra ius vel vtilitatẽ publi. l. vltima. Et ex
hoc dico quòd si spoliator violẽtus obtinet à principe etiã
motu proprio priuilegiũ super re in qua amisit spolium nõ
facta de spolio mentione nõ valet huiusmodi priuilegium,
& facit quia lex autoritatẽ. C. vnde vi quæ hoc dicit videli-
cet cum priuilegiũ tendit ad possessionẽ retinendam ad ca-
sum impetrationis se nõ restringit, sed potius loquitur indi
stinctè, & est ratio quia tale priuilegiũ tulleret omnia iura
de restitutione loquẽtia & spoliato iudiciũ possessorium ex
toto auferret & spoliato in suo peccato damnabili confoue
ret quæ non præsumũtur principem saltem motu proprio
velle posse. vt patet ex dictis arg. C. de inoffi. test. l. si quando.
& j̃. de electione capitulo ecclesia.

De sequestratione possessionis & fructuum Rubrica.

❧ SVMMARIVM

1 *Sequestratione innouari posse congrue igitur rub. continuatio.*
2 *Decre. huius tituli quo modo rub. aptandæ sint.*
3 *Sequestratio quid, qua causa fiat, & quo modo finiatur, nu. 4.*

ISta sic continuari potest: quia licet regulariter lite
pendente nihil debeat innouari vt supra tit. pro-
1 ximo in rubro & in nigro, tamen quandoq; † hoc
fallit in modum sequestrationis: vt. j̃. eo. c. ij. & iij. & in cle.
2 vna. eo. tit. Ideo subijcitur hic iste titulus. † Et facit prima
decretalis ad primam partẽ rubricæ. reliquę vero ad secun-
dam, & ad materiã facit. ij. q. vj. quoties. ij. lxxvij. dist. Episco
pus. de rescript. olim. de iudi. examinata. de dolo & cõtuma-
3 cia. c. ij. † Sequestratio autẽ dicitur rei de qua agit depositio.
ff. depositi. l. licet. & l. proprię. ff. de verb. signi. l. sequester. Et
si fit causa possessionis amittẽdæ neuter possidet sed solus se
quester possidet. Si vero fit causa custodiæ penes possidentẽ
remanet possessio: vt iurib⁹ allegatis secũdum Hosti. super
quo omnino vide quæ scripsi de iudi. c. examinata. in prima
oppositione, & quæ legũtur & notãtur. j̃. c. j. In quibus autẽ
casibus fiat sequestratio habes plenè per Hosti. in summa. e.
tit. § & an sit licita. & per Inno. j̃. eo. c. j. in glos. finali. & per
4 Bernar. j̃. eo. dilectus in glos. ij. vbi de hoc dicam. † Finitur
autẽ sequestratio existẽte cõditione restitutionis rei deposi
tæ, seu sequestratæ. ff. de dolo. l. si qs affirmauerit. § si oleũ. vel
deponente sequestrato suũ officiũ iusta de causa, & tunc res
deponenda est in æde sacra. vt. ff. depositi. l. ei apud quẽ. § vl-
timo. secũdum Hosti. Et scias quòd Cardinalis & Nouella
post eum valde dilatarunt materiã sequestrationis in regula
locupletari. de regu. iuris lib. vj.

❧ SMMAIVM.

1 *Sequestrationem nõ permitti nisi quatenus permissa sit.*
2 *Successioni in ecclesia locum esse.*
3 *Causa simpliciter commissa petitorium & possess. commissa censeri. Et hæc connexa esse. nu. 4.*
5 *Papæ factum quod, & quis reuocare possit.*
6 *Sequestrationis multas esse causas.*
7 *Expensarum sententia qualiter ferenda sit. Et an taxationem sibi reseruare possit iudex. nu. 8.*
9 *Reseruata taxa expens. ad quid agendum.*
10 *Causa possess. specialiter delegata ad petitorium nõ extendi: nec versa vice. nu. 11. Limita nisi incidenter. nu. 12. Limita si vnum sine altero tractari non possit. nu. 13.*

¶ CAP. I.

AD hoc vnxit nos Deus.

Casus propter contumaciam rei res ab eo-
dem petita sequestrari nõ debet secuudum
Nouellam vel secũdum Abbatem in realib⁹
nõ est à principio sequestratio facienda. Sed secũdum Colle
ctariũ quia ibi Nouella & Hosti. ponũt casum contrariũ. s̃.
de dolo. c. ij. potest sic poni secundum eum sequestratio se-
mel adiudicata causa custodiæ non est prohibitione iudicis
reuocanda. Et sunt duæ partes principales in prima proces-
sus narratio facta per Abbatẽ quæ cõtinet delegationẽ cau-
sæ diffinitionẽ possessorij inchoationẽ petitorij expectatio
nem missionẽ, deiectionẽ, interpretationẽ Cœlestini. Seque
strationẽ per Cœlestinũ factam: in secũda parte principali
quæ ibi incipit in eum statũ &c. ponitur Papæ pronuncia-
tio, & in illa duo facit. Primo reuocat sequestrationem, &
rem in statum pristinũ reducit. Secũdo iubet expẽ. restitui
& iubet caueri & de facto huius decretalis loquitur. j̃. de fi-
de instrumentorũ. inter dilectos ¶ Expone literã *prædecessor*
rius. loquitur Mediolaneñ. Archiepiscopo, & de hoc nota q̃
sicut successor temporalis succedit prędecessori suo in iudi
cio. ff. de terijs. l. oratione § illud. sic & spiritualis: vt hic & s̃.
tit. j. c. finali. qui etiã tenet satisfacere pro creditis ipsius. de
solu. c. j. Hosti. inter ipsum scilicet prędecessorẽ suũ ex parte
vna & monasteriũ suũ scilicet Abbatis ex parte altera Ho-
stien *agitata* corã alijs iudicib⁹ pe. & Abbas literas absolutè
& indistinctè vnde tam petitorium quàm possessoriũ vide
tur fuisse cõmissum: vt j̃. eo. c. § Cœlestinus. Hosti. *possessorio*
ab vtraque parte intentato. cum vterque intenderet se possi
deret se possidere nec poterat petitoriũ ante possessionem
expediri. ff. vti possi. l. si duo. primo respõso. & § j. & l. j. § in-
ter litigatores. eo. tit. Hosti. *partim* id est super quibusdam re
bus, simile de elect. querelã. & de pręscript. auditis. & de ma.
& obe. his quę Gof. & de religio. domib⁹. c. ij. vel forsan vnus
probabit quòd possidebat ciuiliter alius naturaliter. ff. vti
possi. l. j. § aij. & l. si duo. § cum inquilinus. & § labeo quoq;. &
l. si. Sed prior expositio preualet in hoc casu: vt patet in eo
quod notatur. j̃. eo. super verbo nolente, & nota quòd vbi
2 vterque videtur probasse intentionẽ suã, si vnus probat me
lius alio in hoc interdicto potior est iure. j̃. de proba. li-
cet. § finali. § cognoscentes. & seq. Hosti. *procuratore* & sic vni
uersitas & cõuẽtus procuratorẽ cõstituũt. s. de procur. quia
in causis. & c. petitio. & dic vt notatur in. c. quia in causis
Hosti. *volente* subaudi super rebus in quibus pro Archiepi-
scopo quoad possessoriũ sententia lata erat & ex hoc elici-
tur quòd

tur quòd non super eadem re pronunciatũ fuerat, sed super diuersi, vt notat supra super verbo partim. & accedit quod notatur supra de iudi. examinata Hosti. *expirasse* & malè: & patet ex eo: quia missio in possessionẽ ratã habet vnde condemnatur Episcopus & in expẽ. & in cautione præstanda: vt in fine. c. Item patet ex hoc, quòd reducit nogotiũ in eo statu in quo erat tempore quo facta fuit cõmissio Mutineñ. & Regino episcopis, ex quo etiam sequitur quòd Veroneñ. Episcopus benè ꝓcessit secundum Inno. & Hosti. *officio suo.* quoad pronũciationẽ, nõ quoad executionẽ. de officio delega. significasti. &. c. in literis. &. ĩ. de re iudi. cum aliquibus. Host. &. ĩ. hoc est quòd Archiepiscopus multoties citatus postea noluit cõparere, & ideo sequit, sed iudex &c. Hostiẽ. *iudex* scilicet Episcopus Veroneñ. reputãs Archiepiscopum cõtumacẽ. Hosti. *actorem* scilicet Abbatẽ & monachos. Inno. seu monasteriũ. Hosti. per ipsum scilicet Episcopũ. vt. š. primo respõso propter eiusdẽ scilicet Archiepiscopi *mitti* causa rei seruãdæ. Vincen. *decreuit.* ex primo decreto, quod dic vt notatur. š. de dolo & cõtu. c. j. & fi. Hosti. & bene secundum Inno. *à quo* scilicet possessione violenta, nũquid ergo Abbas potest tanquã spoliatus restitutionẽ petere, de hoc vtrum intra annũ custos tantũ, vel possessor sit, dic vt notatur. š. de dolo. cõtingit. Hosti. *eiecit.* & malè: vt dicto. c. cõtingit. &. ff. de rebus autoritate iudi. possi. l. quãuis. Inno. saluo, ꝗ si exceptione aliqua tutus esset, bene hoc facere potuisset, vt not. Inno. de dilatio. prætereà. Secũdum Collectariũ nũquid ergo à proprietate cecidit? vide quod notat. š. tit. j. ecclesia. j. §. fi. & de dolo & cõtumacia. c. j. Hosti. *interpretatus*, & bene & hoc eius erat. ĩ. de senten. excom. c. inter. & š. de iudi. cum venissent. Nec obstat de postula. prælatorũ. c. j. ver. nec valet. vt ibi soluitur. Hosti. *Rescriptum* in quo cõtinebat quòd causam quæ vertebatur inter Archiepiscopum Mediolaneñ. & Abbatẽ de Stregula audiret & diffiniret Inno. *absolutè & indistinctè* his verbis sæpe vtũtur magistri cũ volũt generalitates textuũ extẽdere, dicũt enim ꝗ quia absolutè & indistinctè textus loquitur, omnia cõpræhendit, & generaliter debet intelligi & eius scilicet casus *Continentia.* Sumit ex l. nulli. C. de iudi. *mutinensis.* corã quib⁹ cautionẽ obtulit Archiepiscopus intra annũ, de iudicio sisti, & ꝗ parat⁹ erat satisfacere de expẽsis & tangit hic. ĩ §. j. ver. ne autẽ. Sed per iudices stetit ꝗ hoc nõ adimpleuit, & per partẽ aduersam, ideo non debuit sibi imputari, vt legitur & notatur. š. de eo qui mittitur in possessionẽ. c. ij. & iij. Hosti. & *proprietatis* hic fiunt, & pro id est. vel loquitur de possessione subtracta monasterio per Archiepiscopũ, vt de illa cognosceret an deberet restitui vel dictũ fuit ex superabũdanti, vel ꝗ sequitur possessionem &c. venit expositiuè hoc dico, ne obstet quia supra dicitur possessoriũ iam per Veroneñ Episcopũ terminatũ Nouellã *possessionem* sequestratã Inno. *resignarent*, id est resignari faceret per illos apud quos erat sequestrata. Nouella & sic erat possessio circa sequestrũ, vt hic notatur, & satis probat supra de dolo. c. ij. cuius cõtrariũ notat glo. de iudi. c. examinata. vbi vide Collec. tamen Inno. hic circa finẽ videtur velle ꝗ sequester nõ possidet quãdo sequestratio succedit loco missionis in possessionẽ, & vide Collec. in prædic. c. pastoralis. nec aliquo modo videre omittas ea, quę scripsi in prędic. c. examinata. in prima oppositione, vbi plenè tractaui illam materiã, videlicet vtrũ in sequestrũ possessio transferat *proprietate.* š. de causa possess. cum dilectus. *triumphum.* nam licet possessio in pronũciatione premutatur in executione tamẽ debet proprietas preualere, vt prędic. c. cum dilectus. &. ĩ. in antiqua erat nos autẽ Abbati supradicto mãdauimus, vel literis illis quas ad Veroneñ. & Serrarieñ. Episcopos super restituẽda sibi possessione cũ fructibus per mendaciũ impetraret omnino careret, & in eum statum &c. Nouella. *in eum statum.* notat hic Vincen. ꝗ si post sequestrationẽ fertur sententia quæ postea retractatur in causa appellationis & pronunciatur ꝗ partes redeant in primũ statũ nõ facta mentione de sequestratione reintegrabitur sequestratio, cuius glos. vide in Specu. ver. sed pone Nouella & not. ꝗ vsque huc durat processus habitus tempore Cœlestini, cui mortuo fuit Inno. substitutus vt in decisa. Vnde hîc incipit processus Innocentij Hosti. Reducimus eo ꝗ Cœlestinus malè reuocauerit & iniustè possessionẽ datã per Episcopũ Veroneñ. secũdum Inno. vel dic vt infra notatur. Hosti. in quo fuerat sic ergo causa rei seruãdæ monasteriũ possidebit, licet enim eiectum esset nihilominus intelligit possidere, de dolo & contumacia *contingit mandato sequestrationis.* hoc ideo fecit quia cũ res deponitur apud sequestrũ neuter litigantiũ possidet. ff. depositi. l. licet. §. j nisi dictũ sit, ꝗ tantũ causa custodiæ. ff. de acquiren. possess. l. interesse. & notatur de iudi. c. examinata.

1 † Erat ergo sequestratio, præiudicialis Abbati: cũ per ipsam amisisset possessionẽ quã habebat, & ideo quia sequestratio prohibita est, nisi in casibus quorũ nullus est hîc reuocatus, nec enim negãdum est romanæ sedis sententiã posse in melius cõmutari. de restitutione in integrum. cum in literis. §. j. ver. prẽsertim. xxxv. q. ix. sentẽtiã. vnde ipse Papa se corrigit legitur & notatur. š. tit. j. c. j. Hosti. penit⁹ tamẽ secũdũ Collec. videtur ꝗ fuit iustè facta. arg. š. de dolo. c. ij. & est verũ secũdum eum quòd ab initio fieri potuit: sed ex quo primo facta fuit missio nõ debuit postea procedi ad sequestrationẽ: & sic nota qualiter ex quo iudex elegit vnã viam, nõ debet dimittere, nec aliam nouã assumere, & sic nota variationẽ in iudicibus esse damnatam: vt cle. ij. de renun. secundum eum *Reuocato* quia generaliter prohibetur, nisi in casibus quorũ nullus hic secũdum Inno. & dixi supra cuius occasione notat hic Inno. quinque casus, de quibus per Bernar. in. c. sequẽti in glo. ij. vbi etiã de hoc per Hostiẽ. in glos. nota ꝗ possessor vnde cum missio in possessionẽ fuisset hic secundũ legẽ facta nõ debuit auferri, sed ablata missio restitui nõ domino, nisi paratus esset cauere de stando iuri & de expeñ. secũdum Inno. & Hosti. *moderatas* expeñ. sic supra de eo qui mittitur in possessionẽ. c. iij. in fine & de dolo. cũ dilecti. ad finẽ & ca. finẽ vbi plenè scripsi de materia expeñ. *satisfactionis.* oblatæ corã Regino & Mutineñ. Episcopis corã quibus Archiepiscopus quãuis eiecisset monasteriũ de possessione nihilominus tamen obtulit intra annũ cautionẽ & satisfactionẽ vt dictũ est supra. Hosti. propter hoc, & intelligo ꝗ præcessit taxatio. Inno. Tu vero intelligas sicut litera iacet & sicut est hic expressum ꝗ in expeñ. potest dari sentẽtia generalis & incerta, nedum quoad tempus preteritũ sed etiã quoad futurũ vt hic &. š. de dolo. cum dilecti. ad finẽ. & de procur. auditis. § certũ. ver. cõdemnandum quod dic vt ibi notatur & in prędicto. c. finẽ. Hosti. *sufficientem* scilicet pignoratitiã vel fideiussoriã & nõ nudam. ff. mandati. l. si mandato. § fi. & sic possessionẽ recuperabit seu potius autoritate iudiciaria retinebit purgata cõtumacia vt prædic. c. cõtingit. &. š. vt lite nõ contest. quoniã. § in alijs Hosti.

2 ¶ Nota † primo ꝗ cum de causa ecclesiæ agitur, locus est succelsioni, vt scripsi in verbo prædecessor tuus. vnde hoc, quod ibi scripsi generaliter, videlicet, ꝗ successor succedit prędecessori in statu litis. Intelligit hîc Collectarius de eo, qui succedit iure proprio, & de successore vniuersali: nam si quis cõmisit crimen, & propter hoc cõfiscantur ipsius bona: fiscus nõ succedit in lite. ff. solu. matri. l. si cõstante. § finali. & idẽ si accusator moritur lite pendente. ij. q. viij. libellorũ. & remittit ad notata de cõstitutionibus. cum. M. ¶ Secũdo nota; ꝗ cõuentus procuratorẽ cõstituit, vt scripsi in verbo ꝓcuratore. Sed hic nõ probatur: quia Abbas debet cõstituere cũ cõuentu, vt colligitur ex lectis & notatis. de rescript. edoceri. de iudicijs. causam quæ. & in cle. procuratorem. de procuratoribus. ¶ Tertio nota, ꝗ eius est interpretari, cuius est condere: & ꝗ solus princeps interpretatur factum suũ. C. de legibus. l. vltima. ff. de verbo. signifi. l. Neratius. ĩ. de offi. ordina. c. ordinarij. lib. vj. & dixi super verbo interpretat⁹.

3 ¶ Quarto nota † quòd vbi simpliciter cõmittitur, puta, super tali re inter tales censetur cõmitti possessoriũ & petitoriũ de causa possessionis. c. j. & c. ij. & c. pastoralis. & c. cũ dilectus. & de testibus. signifi.

carũt.arg.C.de rei vendi.l.ordinarij.licet secus si tantũ pos-
sessor eum cõmisisset vel ecõtra.C.si à nõ compe.iudi.l.si de
4 proprietate. ¶ Quinto † nota petitoriũ & possessoriũ esse
connexa.& ideo nõ esse corã diuersis iudicib⁹ agitãda:quia
sic videretur diuidi cõtinentia causæ:vt præ.hic.l.nulli simi
le de causa proprietatis vsufructus.arg.ff.de liberali.cau.l.si
pariter.de quibus rebus ad eundem iudicem eatur.l.j & .ij.
nam hodie super diuersis rebus quæ sub vno iudice cõmo-
dè tractari possunt nõ sunt diuersi iudices impetrandi:vt le
gitur & notatur de rescript.c.si.& eo.tit.c.dispendia.lib.vj.
5 ¶ Sexto † nota φ nec etiã Papa quãquã solutus legib⁹ debet
ex suo arbitrio cõtra iustitiã in alterius preiudiciũ iudicare
seu facere vel ordinare,& quòd si hoc fecerit illud successor
reuocare debet.arg.C.de legibus.l.digna vox.&.c.sententiã.
&.c.cũ ex literis allegatis quod vtinã hodie & semper pon-
deraretur per principes qui nõ habent superiores correcto-
res sed timere debent ne Deus in alio seculo suppleat & gra
uius forsitam vlciscatur.Dicit tamen.Hosti.φ Inno.hic par
cere potuit Cœlestino cõsiderata simplicitate Iudicũ iuxta
6 lecta & notata sua.s̃.de dolo c.ij.† Nam & multi sunt casus
in quibus iudex etiã ex officio mandat rem sequestrari.ff.de
de offi.pręsid.l.senatus.ff.de dolo.l.si oleũ. qui satisdare co-
gãtur.l.fideiussor.§.fin.solu.matri.l.si cum dotẽ.§.dotis.in au
then.de æqualitate.§.illud quoq.col.vij.ff.de appel.l.Impe-
ratores.in fine.C.quo.ap.nõ recipi.l.ab executore.C.de asser
tione tol.l.vna.C.de agrico.& censi.l.si.lib.xj.s̃.de resti.spo.
ex transmissa.&.c.literas.§.finali.& de dolo & cõtumacia.c.
ex literis.secundũ Inno.Quid enim si serui vel ascripititij.&
potissimè liberi homines cõquęrantur de tyrannide domi-
ni & probabiliter timeat ne dominos occasione ista sęuiat
in eosdem,nũquid bonus iudex ipsos sufficienter assecurari
faciet si potest?Certè sic imo lite pendẽte ipsos homines fa
ciet sequestrari argumẽto iuriũ prædictorũ &.ff.de officio
prefec.vrbis.l.j.§.quod autẽ dictũ est.insti.de his qui sunt sui
vel ali.iure.§.dominorũ &.§.sequẽti.ff.de adul.l.si postulaue
rit.§.ratio.ff.de quæstionibus.l.j.§.penultimo.ff.de his quib⁹
vt indignis.l.si inimicitiæ.j̃.de probat.c.penul.de spõia.ca.
cum locũ.supra vt lite nõ cõtest.c.finali.§.si.secũdum Hosti.
¶ Septimo nota in fine ibi vsque ad tẽpus satisfactionis ob.
7 late.† Qualiter valet sentẽtia generalis,& incerta super ex-
pensis tam pro preterito quàm etiã pro futuro vt scripsi in
verbo satisfactionis & de hoc in Specu.de except.§.viso ver
su.φ si reus & ibi videas quomodo hodie nõ præcedit taxa-
tio ne propaletur pronũciatio,sed sic cõdemnatio taxatio-
ne seruata & de hoc etiã in Speculo de expeñ.§.postremo.in
pgincipio.& ver.Item scias & per Inno.in predicto ca.finẽ.
qui ibi tenet hoc dicẽs quòd necesse est sic intelligi.l.termi-
nato.C.de fru.& li.expeñ.nec potest stare quod quidam di-
cunt φ ibi iudex nõ cõdemnauit sed reseruauit parti pote-
statẽ agendi de expeñ.quod sic probatur:nam aut peterẽtur
expeñ. officio iudicis & illud cessat finito negotio insti.de
officio iudicis.§.præterea.aut iure actionis,& hoc nõ: quia
actio nõ cõpetit ad illas,nisi facta sit cõdemnatio,& tũc da-
tur actio in factũ ex re iudicata,& sic necessario sequitur φ
l.illa intelligitur quando iudex cõdemnauit sed ad incertas
reseruãdo enim petitionẽ illarũ nil ageret, dicit tamẽ quos-
dam tenere φ valet reseruatio,& φ tunc petitur cõdi.ex il
8 la.l.terminato.quod sibi nõ placet.Sed nunquid † reseruare
potest sibi iudex cõdemnationẽ expensarũ quæ veniunt ex
eius officio sicut reseruat taxationẽ. ¶ Guilielmus videtur
velle quòd sic in Specu.de except.§.viso.ver.φ si reus.quod
videtur ex identitate rationis sicut de taxatione est dictũ.
arg.ff.de solut.l.Modestinus.qui enim protestatur aliquid se
facturũ videtur illud facere cum protestatur de appellatio-
nibus.c.si.ff.de hęred.insti.l.asse manumis. testa.l.j.& videt
expressum.ff.familię ercis.l.item labeo.§.ij.ver.Sed si parè te
nendo quod ibi dicitur in glos.Sed Nouella hic cõtra arg.ff.
de re iudi.l.Paulus.j̃.de appellationibus. c.appellationibus.
lib.vj.,& prędicta.l.terminato. & dictũ Guilielmũ intelligit

in interlocutorijs in quibus vsque ad diffinitiuã posset fieri
cõdemnationis reseruatio,de quo vide plenè per Nouellam
de appellationibus.c.sæpe contingit super verbo expen.nec
obstat quod de protestatione dicitur cũ iste nõ sit actus,qui
pendeat ex volũtate iudicis cum finito principali nõ duret
circa hoc iudicis officiũ,& lex, asse.facit pro sic inducta si-
cut cõdemnatio expeñ.debet fieri cum principali,sic hære-
dis institutio in testamentu.C.de iure codicillorũ.l.ij.& de
his quibus vt indignus.l.hæreditas.Sed si testator dicit hæ-
redem instituo,quẽ codicil.declarabo, declaratus postea in
codicil.videtur institutus in testamẽto:vt ibi.& de cõdi.in-
stitut.l.illa.Sic condemnatur reseruata declaratione videtur
in sententia condemnatis:sed secus si reseruaretur condem-
natio vltra diem per iura prędicta secũdum Nouellam.Sed
caue quia Nouella omnia prædicta recepit ab his quæ scri-
psit Cynus post Petrũ de bella pertica in prędicta.l.termina
to.in tertia quæstione,licet illos non nominet & ita in hoc
9 cõmisit furtũ scribentium consuetum.Sed eo casu † quo re-
seruatur taxatio ad quid agetur,& corã quo taxatione nõ fa
cta.dicit Nouella φ corã executore peti posset declaratio se
cundum Accursium qui hoc notat in prędicta.l.terminato.
quod nõ videtur placere Guil.in prędicto ver.φ si reus.Su-
per quo vide quod scripsi de eo qui mittitur in possessionẽ.
cum venissent. ¶ Primo opponit Ioannes de lignano con-
tra id quod habetur hic in § Cœlestinus ibi.vt de causa pos.
& ꝓprietatis:quia causa possessorij iam erat terminata per
sententiã à qua non fuerat appellatũ & quæ sic transierat in
rem iudicatã,igitur nõ debuit vltra cõmitti,cuius expositio
ois metu quidam exponunt hic & pro id est:vt scripsi super
verbo & proprietatis vel aliter solue vt ibi dixi,vel dic φ si-
cut Cœlestinus ex arbitrio suo malè sequestrauit ita etiam
malè cõmisit. ¶ Secundo opponitur cõtra illud quòd habe
tur in prædic.§ Cœlestinus.in principio:quia rescripta ad li
tes sunt stricti iuris supra de rescript.c.ad hoc.&.c.significã-
te.&.c.Rodulphus.Igitur cõmissio facta super re nõ se exten
dit ad possessionem rei:quia ista nil cõmune habent:vt.ff.de
acquirẽ.posses.l.naturaliter.§.nihil cõmune.& est text.C.si à
non cõpetente iudice.l.si de proprietate.super quo vide hic
Bernar.in glos.iij.cui cõcordant Inno. Hosti.& Nouella.vn
de secũdum Henri.sequẽdo dicta doctorũ & glos.circa hoc
sic distinguere habes:quia aut causa est cõmissa specialiter &
expresse vtroque:& hic certũ est quod de vtroque cognosce
re potest videlicet primò de possessorio, secũdò de proprie
tate.s̃.de causa posses.c.j.& vt notat ibi Bernar.in.c.pastora
lis.in glos.ij.vel etiã simul casibus quib⁹ simul intentari pos-
sunt,de quo ibi scripsi,& in.c.dilectus.aut est cõmissa causa
simpliciter:& tunc dic idem per omnia,quod in mẽbro pre
cedenti,vt patet hic in textu & in glos,& in dicto.c.pastora
10 lis vbi hoc notat Bernar.& hic Inno.& Hosti.Aut † est cõ-
missa causa super altero tantũ:& tunc aut causa possessionis
tantũmodo est cõmissa:& tunc delegatus nõ potest de pro-
prietate cognoscere,vt dicit glos.& in hoc cõcordant Inno.
& Hosti.vnde si impetrãs expressisset tantũ possessoriũ vio
lentus nõ posset cõueniri super petitorio inuitus de ordine
cognitionũ.c.finali.& ideo dico,inuitus,quia quoad tẽpus,
& res iurisditio delegati de cõsensu partiũ prorogatur:& de
11 hoc de officio delegati.P.&.G.Aut † causa proprietatis tan-
tummodo est cõmissa:& hic sunt cõtrariæ opinones: nam
Bernardus & Hosti.in dicto.c.pastoralis. tenent φ delegat⁹
talis etiã de causa possessionis cognoscere potest:quia prius
scire debet quis sit possessor:vt prędicta.l.ordinarij.& hanc
sequũtur hic Io.& Vincen.arg.prędictæ.l.si de proprietate.
& facit quod notatur in prædicto.c.cum dilectus.& in pre-
dicto.c.pastoralis.glos.ij.Sed Inno.& Hosti.hic tenent con-
trarium dicentes quòd si alterum tãtummodo sit commis-
sum non poterit de nõ commisso cognoscere delegatus,nisi
reus super non commisso vellet reconuenire actorem,& sic
procedit oppositio:hæc enim opinio secundum Henricum
est fauorabilis attentis viribus rescriptorum, quæ sunt re-
stringendę

stringendæ secũdum Hosti.vt dixi nec extenduntur ad expressa allegat etiam de rescript. nõnulli.&.c.si.de offi.deleg. P.&.G.&.c.cũ olim.idem tenet glos.in prędi.c.pastoralis.in
12 glo.ergo si in fine Accur.in prędicta.l.si de proprietate.† Saluo ꝙ si quæstio possessionis est incidens iudex proprietatis de illa cognoscet. C.de iudi.l.nulli.&.l.quoties. verum circa istud membrũ sic distinguere potes:quia aut delegans causam proprietatis expressè inhibet delegato ne de possessione cognoscat, & tunc nõ potest cognoscere de possessione: quia hoc esset contra formã mandati expressè.arg.s.de rescript.cum dilecta. & de officio delega. venerabili. in fine. Aut nõ inhibet expressè,& tunc aut in cõmissione est verbum restrictiuum,seu limitatiuum : vt duntaxat vel tantũmodo,& tunc idem,quia apparet apertè de intentione quæ seruari debet.de officio delega.c.ex parte.ij. &.c.super quæ-
13 stionum.§.intẽtionis.† Aut nõ est ibi verbũ restrictiuũ &c. & tunc aut potest cõmodè expediri petitorium sine possessorio,& tunc nõ potest de causa possessionis cognoscere:vt in contrario.Aut nõ potest cõmodè petitorium sine possessorio expediri,& tunc potest esse vera opinio, videlicet ꝙ cognoscere possit de possessorio.Et probat sic:nam mandata iurisditionis & procurationis æquiparantur.ff.de iurisdi. omniũ iudi.l.& quia.& tamen lex dicit ꝙ procurator datus ad causam proprietatis potest agere ad exhibẽdum & interdicto quorũ bonorũ:vt.ff.de procur.l.ad rem.&.l.ad legatũ. Sed fortè dici posset quòd istud membrum procederet in modum quæstionis incidentis,quo casu nullus dubitaret:vt l.nulli.&.l.quoties.allegatis.& notatur per Cynum in prędicta.l.si de proprietate.vbi reperies proximam distinctionẽ: saluo,quòd Cynus post Iacobũ de Rauenna & Petrũ de bella pertica prædictum vltimum membrũ collocat sub quæstione incidenti & hoc vt credo verius. Caue tamen quia quanquã delegatus cui est cõmissa causa proprietatis & possessionis,aut simpliciter finita lite super possessione possit cognoscere de petitorio tamen cõuersus casus nõ potest habere locũ:quia si petitoriũ primo finitur non est amplius de proprietate quærendum vt prędicto.c.cum dilectus secundum Inno.& adde quod ibi post eum scripsi.& prædicto.c. pastoralis vbi de hoc per Nouellam super glos.antepenulti. hoc autem certum est quòd dum commissa causa super proprietate potest ratione connexitatis agi super possessione per modum incidentiæ,vel recõuentionis cum protestatione pręmissa,iuxta authenticam & cõsequẽter.C.de senten. & interlocu.omniũ iudi.aut aliâs secundum vnã opinionẽ finito iudicio super cõmisso nõ potest inchoare pars super non cõmisso eo ꝙ de illo non agitur nisi ratione connexitatis vel accessorij : sed si principale iam effugit cognitionem eius per sententiam ergo cõnexum vel accessorium secundum eundem Inno.& facit quod notatur infra de rescript. cap.j.lib.vj.in glo.ij.per Ioã.An.& est ratio secũdum Hosti. quia ex quo iudex diffiniuit commissum functus est officio suo vt in prima glos. & adde textum rotundum in.l.iudex posteaquã.ff.de re iudicata. Quod tamen intelligendum est de iudice delegato.l.si vt ꝓponis.j.C.quomodo & qñ iudex.

SVMMARIVM.

1 *Proprietatis iudicio agi in specie. cap.dilectus de sequestra.possess. nusquam tamen possessorem esse.nu.2.*
3 *Sequestrationem prohibitam non nisi certis causis concedi. Et quæ sint causæ. nu.5.*
4 *Appellari ab executore an possit.Et quis appellationis effectus.*
6 *Assecurandos quos curare debeat iudex,& qua de causa.*
7 *Petitorij & possessorij delegata causa illoq; suspenso, de hoc tantum pronuncietur, an sententia appellationis super vtroque lata valeat.*
8 *Petitorium itáne positionibus suspendatur, vt solo possessorio procedatur.Et quid in hoc sit repetendum*
9 *Possessorium retinendæ,& recuperandæ diuersa esse.*

¶ CAP. II.



Dilectus filius. Casus,si missus i possessionẽ causa custodiæ rei contentiosę fructus dissipat, dissipati reuocantur & alij sequestrantur.Et primo ponit quærelam rei passi missionem.Secundo dat ei iudices,ibi quocirca.¶ Expone literã *ipsius ecclesiæ* licet quidam dicant quòd agebatur de ecclesia,vt de beneficio,& ideo missus non faciebat fructus suos,& quòd nõ agebatur de proprietate ecclesiæ sed de præbenda:& ideo non
1 erat verus possessor.† Melius tamen videtur secũdum Inno. quòd de proprietate tantum agebatur : sed non fuit verus possessor:quia nõ erat lapsus annus,& ideo nec faciebat fructus suos,imò & si iu rem ageretur fructus suos non faceret missus:vt notatur supra vt lite non contestata.quoniam.secundum Inno.qui scilicet Abbas & conuentus si est ita scilicet quòd sunt missi solum causa custodiæ , & quòd fructus dissipent reuocetis sequestrationem vna cum alijs &c.
2 ¶ Nota primo † quòd missus in reali nec possessor est , nec lucratur fructus intra annum.Super quo vide hic Bernardũ in prima glos.Secundo nota quòd si missus huiusmodi fructus dissipet locus est sequestrationi de quo hic per Bernardum in glossa secunda.
3 ¶ PRIMO † primo in quibus casibus locus est sequestrationi.Inno.supra cap.proximo præmittens pro fundamento sequestrationem regulariter esse prohibitam , enumerat quinque casus in quibus eam dicit esse permissam Bernardus autem in glos.ij.hic enumerat casus.xj.Hosti verò enumerat casus decem & septem,dicta vtriusque comprehendens,& cum eis concordat dicens, quòd regula prohibitoria sequestrationis fallit:primò si partes cõsentiunt.ff.de solutio.l.si soluturus.ff.depositi.l.licet.ff.de verborum significatio.l.sequester.& iste est primus casus quem ponit Inno. quem non curauit enumerare Bernardus,nec etiam Cynus C.de prohibita sequestratione.l.vna. qui ibi enumerat decem casus eo fortè,quòd dubio caret : quia conuentio partium legem communem facit. ff. depositi.l.j.§.si conuenerit.de regu.iur.c.scienti.lib.vj.Secundo in re dotali ex iusta causa puta marito furioso facto:vt.ff.solu.matri.l.si cum dotem.§.si vero dotis.& hoc non tangunt alij tres prędicti : vt marito ad inopiam vergente, & hunc casum taugunt Bernardus & Cynus.facit.j.de dona.inter virum & vxorẽ. cap. per vestras. Tertio fauore religionis.s.de dolo.cap.ij.quod tamen ibi expressum probatur secundum eum,licet Bernardus hunc casum tãgat de quo dic vt ibi scripsi.Quarto quãdo res mobilis petitur à suspecto de fuga,& hunc casum ponunt Bernardus & Cynus & Innocentius.ff.de officio prędidis.l.senatus §.finali . quod intelligit dum nec cauere potest:vt.ff.qui satisdare coguntur.l.si fideiussor.§.finali.quia & tunc debitorem fugientem licitũ est retinere.ff.de hijs quæ in frau.cre.l.ait pretor.§.si debitorem. Quinto quando aliquis de familia iudicis petit à me rem quam dicit sibi subtractam fit sequestratio vsque ad euẽtum successoris:vt prędicta.l.senatus.& hunc casum ponit etiam Cynus. Sexto quando seruus proclamat in libertatem &c.& hunc casum ponunt Bernardus & Cynus.Septimo quando maritus petit virginem in vxorem,& ipsa negat contractum,vel opponit consanguinitatem.de spon.cum locum.vel cum mulieri trepidanti non potest mederi per aliquam cautionem,iuxta lecta & notata de restitutio.spolia.ex transmissa.& cap.literas.§.fin.ꝙ hunc tangũt Bernardus & Cynus.Octauo quando appellatur ab executore & hunc ponunt Bernardus & Cynus facit.xj.quæstio.j.quia res.Nono in colono negante pensionem,& hunc etiam ponunt Bernardus,& Cynus.C. de agricolis & censitis.l.litibus. &.l.finali,quæ incipit cum scimus.lib.xj.Decimo quando agitur de possessione.& non potest constare quis possideat.ff.de acquirenda possessione. l.in sequestro.& hunc non ponunt alij. Vndecimo quando timetur ne propter contentionem veniant partes ad arma.

arg. ff. de vsufru. §. l. æquissimum & notatur. ī. de probatio. in præsentia. primo responso. & hunc etiam non ponunt alij. Duodecimo quãdo appellans fructus incipit dissipare, & hunc ponunt omnes arg. ij. quæstio. vj. quoties. ff. de appellatio. l. Imperatores. Ex quibus sumitur quod hic dicitur, & hoc semper potest locum habere secundum eum vbicunque persona à qua res petitur pauper est & suspecta. xj. quæstio. j. cap. finali. ff. soluto matrimonio. l. si cum dotem. §. sin autẽ. iij. quæstio. ij. quia ea. & faciunt notata supra cap proximo. & j. cap. sequenti. Decimotertio propter scandalum euitandum: vt prædicto cap. per literas. secundum vnum intellectum, & de iure patronatus cap. j. & ij. & hunc ponunt Cynus & Bernardus. Decimoquarto propter impotẽtiam vel contumaciam nolentis cauere, & hunc tangunt Cynus & Innocen. argu. ff. de collatione bonorũ. l. j. §. si frater. ī. de dolo & contumacia. c. ij. per quod capitulũ dicit Innocẽ. idem esse quando contumax est in parendo vel in sistẽdo in iudicio: vt ibi notatur non tamen aufertur possessori possessio. ff. de acquiren. possess. l. interesse. aliàs secus. ff. depositi. l. licet §. j. Ideo autem in cap. supra proximo fuit reuocata sequestratio: quia commissio in possessionem quæ ibi fuisset legitimè facta, nec auferri nec sequestrari debebat, nec restitui debuit misso, sed domino vbi dominus paratus esset cauere de stando iuri & soluere expensas secundum Innocen. Decimoquinto ne impediatur vendendi commoditas. ff. de dolo. l. si oleum. secundum Gof. vel ne oriatur scandalum: vt ibi. & supra cap. proximo. secundum Bernardum. Decimosexto quando iacet hæreditas & timetur probabiliter ne partes ad arma veniant. Super quo vide quod notatur de probationibus. in præsentia. in fine primi responsi. sed videtur iste cum vndecimo concurrere. Decimoseptimo in iudicibus capitaneis, iudices enim capitanei rem de qua agitur coram eis, potissimè vt ipsam ad manus suas teneant, pro suo arbitrio continuò faciunt sequestrari. ī. cap. proximo §. Cœlestinus. de rescript. c. olim. adeo quòd regulariter obtinet iste casus, & si nõ fiat sequestratio, casuale est apud ipsos, non tamen quod fit, sed quod fieri debet est spectandum. ff. de officio præsidis. l. sed licet. de electio. cum causam §. primo. Cætera suppleas per ea quæ infra addam in supple. glos. secundæ. Et adde casum nouum. eodem titu. cap. j. in cle. Et notata Cardinalis. ī. de regulis iuris. locupletari. ¶ Supple glossas. in glos. secunda ibi *lege vna* vbi de hoc: sed plenius dicebat autem Vincentius quòd edictum de sequestratione non est prohibitorum scilicet certorũ casuum, & ibi *appella-*

4 *tur* † ab executore quod fieri potest secũdum ea quæ notantur. ī. de re iudi. quod ad consultationem. in vltima glos. & ibi possessionis, & est ratio secundum Gof. in summa eo. tit. in fine, & secundum Hosti. ī. cap. proximo: quia cum appellatur ab executore præsumitur hoc fieri causa impediendæ vtilitatis sententiæ quæ iam transiuerat in rem iudicatam: sed quando appellatur à sententia, appellatio suspẽdit pronunciatum: vnde non fit sequestratio nisi fructus dissipet, & ibi §. vltimo. Et vide quod ibi notatur in verbo officium:

5 † quia vel non possidebat immobilia, vel quia pauca, vel quia mali mores &c. vel quia prius malè administrauit, talia enim personam possidentis suspectam reddunt: vt ibi notatur, & vide etiam quæ ibi notantur in glos. sequenti, & ibi res eius ne dominus illas dissipet. Philip. & ibi deserere debet si colonus negat emptionem in cuius solutione diu cessauit secundum Hosti. Et quid tum iuris sit si colonus in solutione pensionis, vel canonis vltra tempus à lege præfinitum cessauerit: vel possessionem interuerterit, iuraque dominicalia negauerit, eleganter à sacratissimo Imperatore rescriptum est. l. litibus. de agricolis & censitis. lib. xj. C. Et an tunc prædia colonaria in cõmissum cadere dici possint: vide ibidem textum apertũ, & ibi Bart. & Lucam de penna. Quantum verò temporis cessare oporteat ad hoc, vt quis à colonario prædio deijci possit, textus est in simili. in. l. ij. & ibi Bart. & cæteri scribentes. C. de iure emphiteutico. Emphiteuta verò triennio in solutione canonis emphiteutici cessante, prædium emphiteuticum in commissum cadere, & ita emphyteutam à prædio illo deijci debere manifestissimi iuris est ex textu formali. d. l. ij. & ibi. l. vltima. voluit allegare l. litibus eo. titu. quia lex vltima ad propositum nihil facit & ibi §. si autem. vel ex alia iusta causa, puta eo furioso facto: vt §. sequenti. & ibi §. illud quoque. & ī. de dote post diuortium restituenda. c. per vestras. Tolle simile pulchrum ex elegantiore iureconsulti Vlpiani responso. l. si cum dotem. §. si maritus. ff. soluto matrimonio. vbi dicit iureconsultus si maritus, vel vxor furere cœperit an matrimonium soluatur, & ita repetitioni dotis locus fit, & respondet iureconsultus eleganter, quod ibi videas & ibi de sæuitia. Dicebat Hosti. ī. c.

6 proximo quòd si serui, vel adscriptitij † maximè liberi homines conquærantur de tyrannide domini, & probabiliter timeatur, ne dominus hac occasione sæuiat in illos, faciet bonus iudex illos sufficienter assecurari si potest aliâs pendente lite, illos faciet sequestrari. argu. de his qui sunt sui vel alieni iuris §. sed & maior. &. ff. de offi. præfec. vrbis. l. j. §. quod autem. ff. de adulterijs & stupro. l. si postulauerit §. ratio. & ff. de quæstionibus. l. j. § penultimo. & ī. de probationibus. cap. penultimo. & de ista assecuratione & qua actione hi qui vim sibi illaturam timent, vide textum in. l. metũ. iij. ff. quod metus causa. & ibi de familia iudicis: quia sequestratur res in tempus vsque successoris, & ibi ex *literis* non probat hoc quia ibi de viribus sequestrationis non quæritur vt ibi dixi, & contrarium probatur secundum Nouellam. ī. c. proximo. Adde casum constitutionis ad concupiscendas. eo. tit. in cle. Item cum de voluntate partium res litigiosa sequestratur, & lite finita victori detur: vt prædicta. l. interesse puto. Item propter contumaciam vel impotentiam non cauentis de bonorum colla. fienda. ff. de colla. l. j. §. si frater. Item ne perdatur vendendi commoditas: vt prædicta. l. si oleum. secundum Gof. Item cum timetur scandalum vt ne ad arma partes prosiliãt: vt prædicta. l. æquissimum. de iure patronatus. cap. j. & ij. & ī. c. j. vel quia iacentẽ hæreditatẽ vterque vult occupare, vel quia vterque dicens se possidere fructus vult colligere. de quo in *Spec.* eo. tit. in principio. & ver. sed numquid. Redeundo ad materiam capituli primi. ī. eodem. hîc subijcio duas quæstiones de tempore domini Bernardi de bosqueto motas in consilijs Rotæ.

7 ¶ PRIMO quæritur pone, acto in partibus super ecclesia petitorio & possessorio, & tandem in causa suspenso petitorio, & in solo possessorio lata sententia, & à sententia appellato & appellationi delato in virtute appellationis, causa appellationis ipsius committitur in curia auditori & procedunt partes corã eo in petitorio & possessorio simul, & fertur sententia in vtroque quæritur vtrũ valeat in petitorio? quidã auditores dixerunt quòd nõ: quia solum possessoriũ videtur fuisse cõmissum: nam nõ erat appellatũ nisi à sententia lata in possessorio, nec erat commissa, nisi causa appellationis: sed alij contrarium tenuerunt: quia totum videlicet tam possessorium quàm petitorium fuit per prædictam appellationem ad curiam deuolutam & originaliter fuerat super toto processum. Et quia causæ continentia non debet diuidi, ex hoc enim inferebant quòd cõmissa causa illius appellationis censebatur cõmissum totũ negotium eo modo quo erat in partib' apud primũ iudicẽ, & per cõsequẽs cum coram primo potuisset procedi, etiã in petitorio poterit & corã isto. arg. huius. c. arg. eius quod scripsi supra in secunda oppositione. Refert tamẽ præfat' Bernar. quòd plures erãt pro prima parte. eo quòd sub possessorio nõ venit petitorium nec possessoriũ trahit ad se petitorium: licet secus ecõtra. arg. l. si de proprietate. & § nihil. alleg. nec valet illa ratio quòd appellatio totũ negotium deuoluat: quia illud est verum de negotio causæ possessorij, non autem de negotio causæ petitorij. Cum istæ causæ adeò diuersæ sint quòd nil inter se commune habẽt, nec obstat quòd causæ nõ debẽt diuidi: vt prædic. l. nulli. quia hoc verum est vterque currẽte modo durante

possessorio

possessorio petitorium non debet currere. de causa posses. pastoralis Et si simul currât in culpa est spoliatus qui sic tacitè renunciat iuri suo, & etiam in causa est virtus appellationis vnum ab alio ex iuris necessitate segregantis, licet etiam posset dici quòd contra volentem causas diuidere de hoc posset excipi & à Papa obtineri eidem vtrunque committi, & quia iurisditio auditorum strictè semper interpretari consueuit, & quia facilè est remedium imputetur parti, quæ remedium non præmittit, vt in regu. damnum. de reg. iur. lib. vj. per quæ videtur mihi prima pars probabilior.

8 ¶ SECVNDO quæritur, pone per possessorem libello dato, super beneficio in petitorio, videlicet cõtra impedientem, & se opponentem seque ius habere, in beneficio prætendentem, spoliatus possessor per aduersarium, ipseq; spoliatus datis per eum articulis in petitorio, in fine articulorũ suspendit petitorium, protestans quod in solo possessorio vult procedere, quæritur vtrum necesse habeat repetere in iudicio possessorio, omnes terminos præcedentes, videtur quòd sic: quia non erat processum nisi in petitorio, nõ enim erat datus libellus nisi in petitorio, & maximè quia dans libellum possidebat, nec de spoliatione cõquæri poterat, cum nondum facta foret, & ideò nec super possessorio lis contestata erat, tamen auditores tenuerunt contrarium, quia in beneficialibus etiam si solo possessorio procedatur, non est necesse dare libellum seu litem contestari: nam in beneficialibus etiã super possessorio proceditur summariè, & de plano habet enim locum cle. dispẽdiosam. etiam in possessorio solo, vt ibi notatur. Item etiã quia docto de petitorio satis videtur deduci possessorium, quoad sui materiam, licet non formaliter ad finẽ possessionis restituendæ, sed tunc potius tuẽdæ. Igitur sufficere videtur. ar. ff. de excep. rei iud. l. si quis cum totum. §. j. ver. ibi si quis fundum. cum versibus sequentibus præsertim quia possessorium restituendę possessionis, est multum fauorabile pro spoliato, & celeritatẽ desiderat, maximè in odium spoliantis, vt si dicamus q; possessorium retinẽdæ quod in libello petitorij fuit deductum, mutetur nunc in possessorium restituendæ, sicut petitio possessionis secundum tabulas mutatur in cõtratabulas. vt. ff. de bo. poss. secundum tabu. l. ij. §. si sub conditione. sed ad veritatem ego sum dubius: nam non capio, qualiter quod nõ est, nec in re, nec in intentione, nec in effectu, nec in causa, potest videri

9 deductũ in iudicio. arg. ff. de iud. l. non potest videri † modò ita est de possessorio recuperandæ antequam causa ipsius, id est spoliatio prodita sit in rerum natura, Præterea possessorium tuendæ seu defendendæ, & possessorium reperandæ, sunt duo diuersa iudicia, quasi contraria, & prorsus inuicem separata, igitur deductum in vno, non censetur deductũ in alio, arg. ff. de excep. rei iud. l. singulis cõtrouersijs. & l. si à te. & l. & an eadem. cum simi. Aliud enim est possessione quam teneo me defendi aliud est possessionem quam teneo mihi restitui facit quia incongrua actio ab initio intentata in cõgruam mutari non potest, propter diuersitatem actionum. ã. de iudic. c. examinata.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrandi ius quis habeat.*
2 *Sequestrationem fieri si ab executione appelletur, in appella. à definitiua non item & quæ sit differentiæ ratio.*
3 *Fructus sequestrari dissipationis caussa.*
4 *Sequestratio quid, & quotuplex.*
5 *Sequestrationem duplici modo fieri.*
6 *Sequestrationis contentiosa definitio.*
7 *Sequestrari rem officio nobili iudicem posse. Idem in mercenario dicimus. nu. 8. Ampliabis, vt nu. 9.*
10 *Proclamantis in libertatem res quando sequestrandæ sint.*
11 *Probantem clarius in possessione tuendum esse.*
12 *Sequestrationem suspicionis, fructuum, abususque caussa induci.*
13 *Sequestrationi tunc in ea caussa locum esse cum mitti quis in possessionem non potest, aliâs secus. nu. 14.*
15 *Religionis fauore sequestrari, quàm in posses. mittere expeditius esse.*
16 *Sequestrari in caussis appella. quibus casibus prohibitum sit. Et quid si ante definitiuam appelletur. nu. 17.*
18 *Sequestrari in executione sententiæ an possit.*

CAP. III.



Beo. Breue est, & ideo non summatur nec diuiditur, sed aptum est vt repetatur. Expone literam dissipentur, id est dissipari dicuntur, si eos in suos vsus cõuertat, vel etiam si distrahat. ã. c. prox. nisi essent fructus qui non possunt seruari, quia tũc liceret distrahere. arg. ff. de peti. hære. l. diuus. secundum Inn. arg. ã. c. proxi. lite id est appellatione qua pendente nihil regulariter innouatur. j. de appella. dilectis. Hosti. sequestrari præsumitur enim contra eum. sicut contra illum qui mota sibi quæstione hæreditatis, sine causa, soluit legata. ff. ad leg. Falci. l. dolo. Gof.

1 ¶ PRIMO † quæritur per quem fit hæc sequestratio, respondet Hosti. quòd per iudicem à quo appellatum est, videlicet priusquàm appellatio superiori fuerit præsentata, & ab illo recepta. nam posteà recurreretur ad eum, vt. C. quor. app. non reci. l. ab executore. & C. de iureiur. l. generaliter. §. sin autem. & ij. q. vj. quoties. ad hoc. ã. de offi. dele. pastoralis. §. præterea. j. de appel. l. Romana. §. cùm autem. & §. sin autem. lib. vj. sed primum nõ placet domino Martino de Salua, pro eo quòd hîc loquimur in casu in quo appellatur à diffinitiua, in quo casu statim suspenditur iurisditio illius à quo appellatur. ff. ad Turpil. l. j. in fi. & quod legitur, & notatur. j. de appel. non solum. lib. vj. & etiam contrarium videtur placere Bart. ff. de appel. l. Imperatores. §. idem rescripserunt. per. l. ei, cuius. §. sed & si quid. ff. de appel. recipiendis. & hoc magis placet. Præterea nec videtur procedere cum appellatur ante sententiam, quia tunc non esset locus sequestrationi, per hanc decretalem, & cle. vnicam. j. eod. à contrario iuncta l. vna. C. de prohi. sequestra. aut enim appellaretur iniustè, & tunc non esset æquum, fructus propter hoc sequestrari, aut iustè, & tunc facta fide reuocaretur hoc in modum attentati. vt. d. c. non solum.

2 ¶ SECVNDO † quæritur vtrum hæc decretalis ponat ius nouum? Vinc. videtur velle quòd sic scripsit enim hic, q; hoc non erat lege expressum, nisi quando ab executore appellatur, vt. d. l. ab executione. sed Hosti. dicit quòd imo erat expressum. ff. de appel. l. Imperatores. §. fi. vnde sumitur hæc decretalis, tamen inter casus istos, est hæc differentia, nam cum appellatur ab executore qui modum excedit etiam si non dissipentur fructus, fit sequestratio. vt. d. l. ab executione. sed cum appellatur à sententia, non fit sequestratio, nisi dissipentur, vt hîc, & in. d. l. Imperatores. & est ratio diuersitatis, quia in primo casu transit iam sententia in rem iudicatam, licet executor dicatur modum executionis excessisse, propter quod appellatur. de offi. ord. irrefragabili. §. j. de offi. dele. super quæstionũ. §. j. & §. verum. & ideo propter authoritatem sententiæ timetur, nec appellatio malitiosè fiat, vt vtilitas sententiæ impediatur, ideo fructus auferuntur ab appellante, & in deposito collocantur. arg. ã. de in integ. resti. c. suscitata. §. ne vero. sed in casu secundo sententia non transit in rem iudicatam, imò per appellationem extinguitur, siue suspenditur. ff. ad Turpil. l. j. in fi. de offi. deleg. pastoralis. vbi de hoc ita vt interim nihil debeat innouari. ff. vt nihil innouetur appellatione pendente. l. vna & ij. q. vj. c. appellationes. & c. quoties. merito igitur non sequestrantur fructus ab appellante, nisi oriatur præsumptio cõtra ipsum, puta quia fructus incipit depopulari siue dissipare, vt hic, & d. l. Imperatores. ex hoc enim præsumitur contra ipsum, sicut in casu. d. l. dolo. secundum Hosti. vnde quicquid dicat hic Bern. sola obligatio restitutionis fructuum, non est causa seu ratio huius, quia secundum hoc sequestrarẽtur, etiam in principali, post litẽ conte. imo secundum Nouel. est ratio vna, cum prædicta obligatione præsumptio faciens pro actore, quæ insurgit ex sententia iam lata, pro ipso, & con-

tra reum, ex eo quòd diſsipat, ante ſententiam autem cum
appellatur ab interlocutoria, non fit ſequeſtrario, niſi eſſet
manifeſta ſuſpicio, vt notat Archid.ij.q.vj.quoties.& Card.
de reg. iur. imputari.in fi.& hic Collectarius.

3 ¶ TERTIO † quæritur quid ſi ante ſententiam ſpolia-
to reo per actorem pro reo ſpoliato petente reuocari iſtud
innonatum, ex priuilegio litis ſententiæ abſque libello, & ex
puro officio lata eſt ſententia interlocutoria reſtitutoria, à
qua appellato per aduerſarium appellans, diſsipar fructus,
quos habet cum poſſeſsione reſtituere ſi interlocutoria con
firmetur, petit autem ſpoliatus, fructus ſequeſtrari, quæri-
tur nunquid bene? videtur quòd non. per ea quæ ſcripſi ad
finem quæſtionis. ſ.proximæ.&.ſ.q.j.verſic.ſed primo non
placet. Item facit quia generaliter ſequeſtratio eſt prohibi-
ta.C.de prohibita ſequeſtratione. l.vna.igitur caſus permiſ-
ſiuos loquens dum à diffinitiua appellatur, cum ſit exorbi-
tans, non debet extendi ad caſum in quo ab interlocutoria
appellatur.de reg.iur.quæ à iure.lib.vj.etiamſi ſit eadem ra-
tio.de regularibus.non ſolum.&.c.conſtitutionem.eod.lib.
In contrarium facit, quia ſi ſententia diffinitiua pro huiuſ-
modi ſpoliato lata fuiſſet in poſſeſſorio, & appellans fru-
ctus diſsiparet, locus eſſet ſequeſtrationi, vt hìc probatur
pro eo quòd textus generaliter loquitur, & indiſtinctè, &
pro eo quòd ratio textus generalis eſt.argumen.ſ.de coniu-
gio leproſorum. c.ij. ſed idem eſt effectus, eademque ratio
dum fertur interlocutoria in caſu noſtræ quæſtionis ergo,
eadem mens, & ſic per conſequens & idem ius.ff.de verbo.
oblig.l.à Titio.in fi.& quod ſcripſit Cyno.C.de ſacroſanc.ec-
cle.l.illud.& Dyn.de reg.ior.in argum.lib.vj.& Ioan. Andr.
de tempo.ordi.c.j.in glo.& in Nouella.eod.lib. Attende, hìc
ſunt duæ difficultates. Prima, an habeat locum hæc decreta-
lis dum appellatur à diffinitiua lata in poſſeſſorio reſtituen
dæ. Secunda eſt dum appellatur ante ſententiam ab interlo-
cutoria quæ habet vim diffinitiuæ latæ ſuper poſſeſſorio
reſtituendæ, ſed de ijs intendo dicere in clemen.vna. ſ.eod.
in.xiiij.xv.&.xxxj.quæſtio.

4 ¶ QVARTO † quæritur quotuplex eſt ſequeſtratio, &
quæ eſt eius diffinitio per hoc enim res efficietur lucidior.
ff.de doli excep.l.j.pro quo ſciendum eſt quòd ſequeſtratio-
num, alia fit partium conuentione, alia iudicis poteſtate, ſe-
queſtratio autem quæ fit partium voluntate, dicitur rei quę
in controuerſia deducitur conſenſus concordantium apud
tertium depoſitio, vt.ff.depo.l.licet.&.l.ei apud.in princ.&
§.fi.& iſte tertius ſequeſter vocatur à ſequendo, quia vterq;
de contendentibus fidem ipſius ſequitur, vt dictis iuribus.
&.ff.de verbo.ſignific.l.ſequeſtrum. Eſt enim omnis ſeque-
ſter depoſitarius, non econtra: nam licet plures & vnus poſ-
ſent deponere, tamen apud ſequeſtrum non niſi plures de-
ponere poſſunt verum nihilominus quilibet deponit inſo-
lidum, vt.l.licet.&.l.ei alleg.& habet talis de poteſtate quan
tum conuentio partium ſibi tribuit, vt.l.ei.§.fi.nec mirum.
nam iſte contractus ex conuentione legem accipit.ff.depo.
l.j.§.ſi conuenerit. Eſt tamen differentia, quia in alijs depo-
ſitarius non poſsidet, ſed hic poſsidet, ſi hoc ſit actum, &
tunc neutra partium poteſt ſe iuuare poſſeſsione, contra
alios, quoad effectum vſucapionis, cum ſit iam interrupta,
ſed ſi nihil actum ſit expreſſe, poſſeſsio proderit victori, con
tra alios, ſed vnus contra alterum de illa poſſeſsione non po
tuit ſe iuuare, & hoc caſu poſſeſsio, dicitur eſſe penes ſeque-
ſtrum cum ipſis deponentibus ſit inutilis inter ſe, licet quo
ad alios proficiat victori, & eſt ratio, quia certantes de re, &
eam deponentes penes ſequeſtrum fidem eius ſequuntur:
vnde hoc pendente, vnus contra alium de poſſeſsione ſe iu-
uare nequit, ſed contra alios benè, quoad alios enim victor
liberas habet ædes. ff.ſi ſeruitus vendi.l.loci corpus.§.com-
petit.ſic intellige.l.intereſſe puto.&.d.l.licet.ff.de acqui.poſ-
ſeſ.ſecundum Card.in rubri.locupletari.ſ.de reg.ior.lib.vj.
ſed de hoc videlicet an ſequeſter poſsideat plenè, ſcripſi in
d.c.examinata.in.j.oppoſitione, & iſto caſu ſequeſtratio non
eſt prohibita, ſed à iure approbata, ſicut quiuis alius con-
tractus legitimus, & eſt voluntaria à principio, ſicut cæteri
approbati contractus, ſed ex quo conuentum eſt, recedere
non licet, nec quoad partes contrahentes, nec quo ad ter-
tium ſequeſtrum recipientem, niſi ex cauſa.C.de acti.& obl.
l.ſicut.&.d.l.ei.§.ſi velit.& qua actione agatur, hoc caſu no-
tatur.in.d.l.licet. Viſo de ſequeſtratione quæ fit ex partium
concertantium conuentione, videamus de ſequeſtratione,
quæ fit ex iudicis poteſtate.

¶ QVINTO igitur quæro, quot modis & qualiter fit ſe-
5 queſtratio ex iudicis poteſtate, † & reſpondeo quòd dupli-
citer, quia aut fit de re contentioſa, aut de re non contentio
ſa, ſi autem fit de re non contentioſa hoc dupliciter, quia
aut fit ad iuris ſui obſeruationem, aut ad oneris euitationẽ,
exemplum de primo vtputa plures ſunt hæredes, quorum
quilibet alterum recognoſcit hæredem vult tamen quilibet
ius ſuum in poſterum reſeruare, ſicut in tabulis teſtamenti,
& cautionibus, ſeu alijs ipſis hæredibus communibus tunc
enim ſi ius iſtos non concordat, ſeu ſi prædicti conueniri
non poſſunt, fit ſequeſtratio.ff.fami.erciſ.l.cæteræ.§.fin.&.l.
ſeq.ff.de fide inſtru.l.ſi.exemplum de ſecundo.C.de vſur.l.ac-
ceptam.ff.de vſuris.l.debitor.& iſtis caſibus ſequeſtratio eſt
rei liquidæ ſui iuris tuendi, ſeu oneris euitandi gratia depo-
ſitio ſecundum Cardina.

6 ¶ SEXTO † quęritur de ſequeſtratione, quæ fit de re cõ-
tentioſa ex iudicis poteſtate, qualiter diffinitur, & dic quòd
hoc modo: quia talis ſequeſtratio eſt rei detentæ ſeu poſſeſ-
ſæ aut fructuum eius quæ in controuerſiam vertitur, à poſ-
ſeſſore ſeu detinente iudicis officio ex cauſa ſeparatio, & pe
nes alium depoſitio, & hoc caſo ſequeſtratio dicitur à ſeque-
ſtrare quod eſt idẽ in vna ſignificatione, quod ſeparare præ-
ſertim certantes ſeu pacificare, quia ex ipſo ſequeſtro ſequi-
tur pacificatio, & ſi non ſimpliciter, ſaltem ad tempus, ſeu
quoad aliquid, & dictus omnibus modis ſequeſter eſt qui
inter certantes medius interuenit ſecundum Iſid. Primo ca-
ſu ex partium conuentione. Secundo caſu ex iudicis autho-
ritate, & primum magis approbatur cum non ſit neceſſaria
iudicis authoritas, vbi partes concordant.ff.de ope.no.nun-
cia.l.j.§.& poſt operis.ſecundum eum.

¶ SEPTIMO quæritur quot modis iudicis officio fit
ſequeſtratio, & dic quòd quadrupliciter. Aut enim fit ex
mero officio præſidentis, aut ex eius officio mercenario,
aut ad petitionem ſequeſtri, aut ad petitionem alterius par-
7 tis. † Exemplum de primo vt ſi præſes videt aliquos ad ar-
ma, & rixas venire, eos poteſt ſua iuriſdictione compeſcere,
vt.ff.de vſufructu.l.æquiſsimum.debet enim tunc dicere ſu-
perior, tunc enim vt in aliquibus locis fit, debet dicere ſu-
perior, recipio hanc contentionem in manu mea, & rem
cuſtodiri faciam, & veniatis coram me, ius veſtrum proſe-
cuturi, & hoc fit in Normania in iudicio reſtitutorio, in
quo iudex fundum de cuius reſtitutione agitur, mandato
ſuo facit coli, & reſtitui fructus obtinenti, ne iſti contendẽ-
tes, ad arma proſiliant, quod ſæpe fit in iſtis ſpoliationibus,
& ſic ſequeſtratio mero officio iudicis incumbit, iudici cũ
ipſe ſubditos videt ad arma paratos neutra partium curan-
8 te componere, ſeu iudicem adire. † Secundo modo fit ſeque
ſtratio iudicis officio mercenario, ſeu deſeruienti, vt ſi offi-
cium eſt debitũ propter illud, poteſt fieri ſequeſtratio verbi
gratia, aliquis beneficiatus non valet ſeruire beneficio, præ-
ſidens ſic habet curare beneficium, quòd eius officium non
negligatur, & tunc quantuncunque appellet beneficiatus,
fructus poterunt ſequeſtrari, ſaltem quoad hoc vt benefi-
cium officietur de appellationibus.peruenit. Et etiam exem
plum poteſt poni. C.quibus ad libertatem proclamare non
licet.l.tertia.C.de aſſertione tollenda.l.prima.§.ſuper pecu-
lio.quibus iuribus videtur quòd ſi duo contendunt de be-
beneficio, quorum nullus ſuit poſſeſſor pacificus, fructus
poterunt ſequeſtrari, cum dictum beneficium non duos
miniſtros, ſed vnum debeat obtinere, ſaltem quouſque con-
tentio

tentio sopiatur, argu.ſ.de rescriptis.cùm contingat.argu.ff.
9 depositi.l.j.§.apud Iulianum.nec mirum † nam iudex videns quòd duo dicunt se habere dignitatem de qua agitur insolidum, in qua ius non potest causari ex possessione, sed ex canonica institutione.ff.de decur.l.Hærennius.ſ.de reg.iur. cap.j.lib.vj. nec ista dignitas duos sponsos habere debeat, nec etiam debeat inofficiata remanere, cum ad officium faciendum, quàm ad obseruandum ipsos fructus, ei qui obtinebit, suo officio fructus ipsos poterit sequestrare, argumẽ. iurium prædictorum.& ff.de tabu.exhiben.l.fi.ff.vt legato. nomi.caueatur.l.postquàm.§.j.& est ratio ad præmissa, quia quandocunque iudex aspicit imminere onus alicui, & illud non facit, ille cui incumbit & decet, præses debet vocare illum cui dictum onus incumbit, & si illud ipse non fecerit, debet fieri rei sequestratio, vt est casus.ff.soluto matrimonio.l.si cum dotem §.finautem.&.ſ.de dote, post diuortium restituenda.c.per nostras.& hæc est ratio. d.decretalis.peruenit.secundum Cardi.& hoc credit indubitatum in beneficiali causa, vbi ante possessionem alterius pacificam, apparet controuersia in lumine prouisionis fiendæ, vel factæ simile.ſ.de iure patronatus.c.ij.&.iij. & sic etiam videretur dicendum in contractu, & sic intelligit.xj.q.j.c.quia res.ibi enim habet prouidere præses, & propter quietem partium, & vt onera rei expleantur, & vt res rectè gubernetur. Ex quibus colligit quòd iudicis officium mercenarium deseruit sequestrationi faciendæ, aut propter onus rei incumbens, quod non expletur, vt dictum est, aut propter rei concessæ abusum, & sic loquitur.c.peruenit.&.l.si cum dotem.
10 §.finautem. allegatis. &.ſ.c.proximo. Aut † deseruit istud officium sequestrationi, ex qualitate personarum concertantium, & quando qualitas personarum est talis, quòd facti natura inducit impossibilitatem, tunc enim iudex debet partibus per cautionem, id est, per cautelam sequestrationis, vt dicit glossa prouidere, verbi gratia, Petr.est liber, est tamen alter in possessione seruitutis ipsius. P. proclamat ipse.P. in libertatem multæ res sunt apud ipsum.P. quarum aliquas confitetur idem. P.acquisitas ex re possessoris: aut ex opera ipsius. P. istæ debent statim restitui possessori alia autem quæ ex donatione, vel ex legato perueniunt ipsi Petro, detecta libertate ipsius, debent assignari ipsi Petro.Sed interim cum dubitatur de aliquibus rebus, an sic vel sic sint acquisitæ, tunc cautela sequestrationis est adhibenda.Sic loquitur.C.quibus ad libertatem proclamare non licet. l.iij.& de assertione tollenda l.j.§.super peculio. nam in dictis iuribus impossibilitas facti ad personas relata, sequestrationem necessario inducit, & in dictis casibus sequestratio necessaria est, secundum Card.quod intelligit vbi possessor cauere non poterat.C.de ordine cognitionum.l.fi.Sed cum qualitas vnius personæ hoc induceret, & tunc peteretur fieri ab alia parte per iudicem tunc esset causalis, seu specialis, & contra regulam, vt statim dicam. Cum autem contenditur super iudicio vniuersali, quod est triplex, vel quasi, sicut est vbi contenditur de beneficio, vt notatur.ſ.de libelli oblatione. c.j.citius inducitur sequestratio, quàm in iudicio singulari, quo peto meum vel mihi debitum, vt assero agendo, vnde iura dicentia sequestrationem faciendam, loquuntur multum in iudicio vniuersali, vel quasi.vt.ff.de tabu.exhiben.l. fi.ff.de collatio.bono.l.j.§.super.C.de ordine cognitionum.l. fi.C.de assertio.tollenda.l.j.§.super peculio.C.qui ad liberta. proclama.non licet.l.iij.Et est ratio, quia vbi ago contra Petrum, ad certam rem ibi contenditur de eo, quod alter tenet, vel de quo est præsumptio reum ad hoc non ligatum, nisi aliud probetur, vt.ſ.dicam. sed vbi contenditur super vniuersitate, vel quasi ibi non est præsumptio pro detinente, tam efficax sicut est. in.d.c.cùm possidens. vniuersa singula non possideat. ff.de acquirenda possessione. l.qui vniuersas.in princi.
11 ¶ Item ex æquitate dictorum iurium † potest dici, quòd si duo contenderent, de vno beneficio, & potiora iura apparerent pro vno quàm pro alio, ille qui offert iura potiora, esset in possessione tuendus, vel mittendus.argu.C.de edicto diui Adria.tollen.l.fi.quo casu si iste peteret sequestrationem fieri, deberet audiri, cum enim sit admittendus ad plus, vt ad possessionem magis ad sequestrationem.Tertio modo fit sequestratio ad petitionem sequestri, de quo dic vt.ff.depositi.l.ei apud quem.§.si velit.Quarto modo fit sequestratio, per iudicem ad petitionem partis, & hinc pẽdent leges, & prophetæ, & hic distinguitur, quia aut petitur sequestratio pendente principali negotio, aut petitur sequestratio, pendente negotio appellationis, ante executionem interiectę. Aut petitur sequestratio pendente negotio appellationis ab executore seu ab executione interiectæ. Primo casu dupliciter, quia aut proceditur à parte contra partem præsentem, aut à parte in partis contumaciam. Primo casu etiam dupliciter, quia aut contenditur super re de qua magis est præsumptio, pro reo, vt si peto rem ex aliquo contractu, ius præsumit illum non ligatum nisi probetur ligatus, & tunc sequestrationis necessitas conquiescit, & ideo isto casu est inhibita, nam primo debet debitor conuinci, & tunc demum absolutionem constringi.C.de prohibita sequestratione.l.vna.de actio.& obligationib. l.negantes.& de iure fisci.l.fi.lib.x.idem dico si res est talis cuius possessio indifferenter cadat, inter eos qui contendunt, verbi gratia habere fundum ita cadit in me, sicut in Petro, & ecõtra ago contra Petr. ad fundum, eo quòd plus habet quàm ego. ſ.possessionem. instit.de interdictis.§.commodum. C. de rei vendicatione.l.alienas.nunquam principali pendente negotio debet fieri sequestratio, & sic loquitur.c.j.ſ.eo.&.ff. de rei vendicatione.l.vtique. verum vbi dicta præsumptio vinceretur aliqua æquitate, vt.ſ.de sponsa.cùm locum.& de resti.spolia.literas.&.ff.de offic.præsi.l.senatus.& tunc iudicis officio esset sequestratio permissa, si iudici æquitate suadente videretur, vt est expressum in dictis iuribus, vt.ff.qui satisdare cogantur.l.si fideiussor.§.fi. Et † ij sunt casus specia-
12 les contra regulam, ibi enim suspicio quæ habetur contra reum, vt prouideatur parti agenti, inducit sequestrationem, quia enim interest iudicis, ne iudicium fit delusorium. ff.ne quid in loco publico.l.fin.habet iudex prouidere, vt tam in principali, quàm in fructibus cautela conueniens, præstetur in re mobili, vt.d.l.si fideiussor. Et pari æquitate idem est in fructibus rei immobilis, vnde si reus non possit cauere vt iudici æquum videbitur fiet sequestratio: nam cum aliquid incumbit in iudicis, & iudex non potest facere, vt ius præcipit, debet prouidere vt potest.C.de assertio.tollenda.l.j.§.si vero reuera.&.ff.de collat.bono.l.j.§.si frater.& de offi.dele. c.statutum.lib.vj.& hoc casu sequestratio est subsidiaria, & sic loquitur.C.de agri.& censi.l.litibus. lib.xj. Est ergo regulare quòd quando aliquid incumbit alicui, & ille onus annexum non implet sed abutitur, iudex ex officio habet prouidere, verbigratia Petrus est missus in possessioné rei petitæ, causa rei seruandæ, iste non facit fructus suos, sed ne illos consumat iudex habet prouidere super hoc vt sequestrentur, vt.c.ſ.proxi.&.c.per nostras.&.§.finautem.allegatis.& hoc fieri debet cum causæ cognitione: nam cum nedum possessor, sed & in possessione existens non sit à possessione siue à detentatione sine causæ cognitione amouendus.vt.ſ. de simo.querela.&.C.si per vim vel alio modo. l.fi.in prædictis versatur causæ cognitio, & est expressum.ſ.c.proximo. secundum Cardina. ¶ Sinautem procedatur in contumaciam partis absentis, hoc potest fieri dupliciter, nam aut est causa, in qua potest procedi ad missionem in possessionem,
13 † aut non est talis causa, in qua possit fieri missio, vt quia agitur de beneficio vt de beneficio. ſ.de eo qui mittitur in possessionem.c.actor.Sed melius.in.c.eum qui.eod.ti.lib.vj. & in hoc secundo casu potest fieri sequestratio, & de hoc est decretalis expressa.ſ.de rescriptis. cap.olim. nam cum missio in hoc casu cesset, id quod est illi similius seu vicinius fieri debet, vnde quod glos.ibi dicit quòd malè fuit ibi facta sequestratio malè dicit, nam illa decretalis prosequitur fi-

ctum sequestrationis, quod non faceret si indebitè facta
fuisset, vt apparet ex textu dictæ decretalis. ¶ Sed Nouella.
in.d.regula, imputari.dicit quod hoc sibi non apparet: si ve
14 rò est † causa in qua possit procedi ad missionem in posses-
sionem, tunc regulariter est obseruanda, cum via de mit-
tendo in possessionem sit ordinaria.vt.C.vbi in rem actio.
l.ij.in fin.intuitu tamen religionis dicunt aliqui iudicem ad
sequestrationem posse procedere, vel etiam ex alia iusta
causa. & sic intelligunt.s.de dolo & contumacia.c.ij. ¶ Sed
hoc casu dicit Cardina.quòd cum reus est contumax de iu-
re, sua contumacia est punienda, & hoc est necessarium: aut
in re da qua contenditur, aut in persona vbi in rem non po-
test. s.vt lite non contestata.c.tuæ. in re dupliciter vt præ-
missum est, nam vbi missio non est possibilis, tunc excom-
municatio aut sequestratio est necessaria, nec aliqua puni-
tio contumaciæ in re est vicinior missioni in possessionem,
ipsa sequestratione quæ se habet ad missionem in posses-
sionem, vt excedens & excessum: nam contumaci est magis
luctuosum quàm aduersarius sit in possessione, & ipsum
contumacem tedio afficiat, quàm si apud bonum virum res
esset ad custodiendum deposita per iudicem. Argumen.C.
de bonis quæ liberis.l.cùm oportet. plus tamen receditur
à re per sequestrationem factam propter contumaciam,
quàm per missionem in possessionem, & secundum hos ef-
fectus, vel alios dici potest quandoque plus, quandoque mi-
nus, missio in possessionem respectu sequestrationis. ¶ Su-
per quo remittit Nouella ad notata sua.in.c.ij.s.de dolo. al-
legato.super verbo religionis, & super.iij.glo.& propter re-
15 spectum aliquem dictum est. in.d.c.ij. † factam sequestra-
tionem intuitu religionis, nam magis competit religioso
litiganti, quòd fiat sequestratio, quàm in possessionem mis-
sio, quæ est ad afficiendum tedio contumacem quod non
cadit hoc est non habet cadere, in religiosum, & isto casu
etiam vbi fieri posset missio in possessionem, posset fieri
de iure sequestratio, regularius tamen hoc casu fit punitio
per missionem, cum hoc sit ordinarium.s.vt lite non con-
testata. quoniam.§.in alijs. iudex tamen cuius officium est
latissimum.ff.de iurisditione omnium iudicum.l.j.debet at
tendere qua via reus contumax magis adstringi valeat, vt
suam contumaciam agnoscat, & illam purget, & tunc illam
viam exequatur siue de excommunicando, siue de mitten-
do in possessionem, siue de sequestrando: cum enim contu-
macia, quandoque damno litis coërceatur. ff.de re indic.l.
contumacia.C.de ingenuis manumis.l.diffamari.j.de proba
tionibus.c.licet.circa principium multomagis iudex punire
poterit contumacem sequestratione, iudex enim pœnali iu-
dicio iurisditionem suam potest defendere.ff.si quis ius di-
centi non obtemperauerit.l.j.inter quæ pœnalia iudicia
sequestrationis. pœna continetur, plus dicit Cardina.vt.s.
quòd sequestratio pœna mitior est, missione in possessio-
nem: vt.d.c.ij.s.de dolo & contumacia. & sic illud legit In-
noc.Sed contra quia in.d.decretali.ij.s.de dolo & contuma-
cia. vt ibi dicit textus expressè poterat fieri missio in pos-
sessionem. ¶ Si ergo facta est, ibi sequestratio fauore religio-
nis, & est minus sequestratio quàm in possessionem mitte-
re, ergo non est fauor, sed potius grauatur ecclesia. ¶ Solutio
tam missio, quàm sequestratio fit, vt reus tedio affectus, co-
gatur iudicio stare, vt.d.decretali.ij.hæc tamen pœna pro-
prius cadit in missione, quàm in sequestratione, vnde cum
religiosi tedium non habeant querere, nec pœnam aduersa-
rijs. Argumen.j.de pœnis.c.suam.licet ius suum prosequi
possint.j.de operis noui nunciatio.c.ij.mitius est in tuendo
religionem sequestrare, quàm in possessionem mittere &
ideo signanter dicit textus intuitu religionis, non fauore,
nam in missione in possessionem, fit tedium per actorem,
& iudicem authorizantem, sed in sequestratione tantum
16 per iudicem licet ad partis instantiam. ¶ Si † verò proceda
tur in negotio appellationis ante executionem, hoc potest
fieri dupliciter: quia aut appellatio interponitur à diffiniti-
tiua, super principali interponitur appellatio & petitur se-
questratio tunc aut à petitore appellante, aut à possessore.
¶ Primo casu est impossibilis cum nihil possit sequestrari
hoc est separari ab eo qui nihil habet, & sic loquitur.ij.q.vj.
quoties.ij.secundo responso. ¶ Si autem à possessore peta-
tur fieri qui appellat, & prosequitur negotium regulariter
non debet fieri, cum appellantis status appellatione pen-
dente, sit integer.ff.nil nouari appellatione pēdente.l.j.imo
hoc casu attentatum regulariter reuocari deberet, etiam il-
lud quod esset attentatum ante dicendum.j.de appellatio-
nibus.non solum.lib.vj ¶ Sed hoc fallit, quando dictus pos-
sessor fructus dilapidat, aut aliàs suspectus est. vt.d.c.quo-
ties.in princip.& in fi.&.d.l.Imperatores.in fi.& hic, & vbi-
cunque, in principali procederem ad sequestrationem, mul
to magis in causa appellationis, vbi possessor victus appel-
lat: cum iam diffinitiua sit contra eum, & ob hoc facilius
est contra eum procedendum, vt fiat sequestratio, quàm in
17 principali. ¶ Si † autem appellatio interponatur ante diffi-
nitiuam, cum appellans de iniquitate iudicantis principali-
ter conquæratur.s.de appellationibus. interposita.§.fin.hoc
articulo pendente iudicis officium circa sequestrationem
rei, aut fructuum eius, super quibus non agitur, prorsus con
quiescit, cum nec in principali iudex appellationis talis co-
gnitionem habeat, nisi in euentum in quo apparebit, ap-
pellationem ante diffinitiuam emissam fore legitimam. vt
18 j.de appellationibus. vt debitus. ¶ Cum autem † procedi-
tur in negotio appellationis ab executione interiectæ: aut
res est mobilis, & tunc res sequestratur: aut immobilia, &
tunc sequestrantur fructus rei restituendi illi, qui obtinue-
runt non distincto, vtrum possessor sit suspectus necne &
tunc sequestratio est præcepta. vt.C.quor.appella.non reci.
l.ab executore. nec est mirum quia ex quo à sententia non
est appellatum. ¶ Sed ab executione magna est præsumptio
contra appellantem, & propterea iura statuunt rem à possi-
dente separandam, & apud aliud deponendam, quousque
querela sopiatur. ¶ Ex quibus colligitur quando seque-
stratio non est possibilis, quando prohibita, quando per-
missa, & quando præcepta.secundum Cardi.vbi.s.adde ta-
men quæ scripsi. in.d.c.ij. s.de dolo & contumacia.in duo-
bus primis notabilibus, & in expositione super verbo con-
tumaciter, & super verbo restitui & per illa ista verificata.

De confessis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Situm tituli congruum esse quibusque decretalibus conuenisti.nu.2.*

CONtinua sic quoniam quan-
doque à iudice, quandoq; à parte in iudicio fiunt
interrogationes.de electio.dudum.ij.de litis con-
testatione.c.vno.de fide instrumen.cum Ioan.super quibus
pars respondens confitetur vel negat, & si negat pars po-
1 nens, probare habet, † ideò prius. de confessis. & deinde.de
probationibus.videamus.vel quia sæpè contingit quòd li-
bello oblato propter contumaciam rei suspenditur proces-
sus, & causæ examinatio circa quod multipliciter est proui-
sum. ¶ Sed quia reus veniens sæpe id quod verum est iuxta
conscientiam confitetur, vel quia sæpe fit positio.de electio.
dudum.ij. de litis contestatione. cap.vno. & interrogantur
partes, de dolo.prout.de appellationibus. cùm causam.& à
iudice. de fide instrumentorum. cùm Ioannes. quibus con-
fessatus altera pars releuatur ab onere probandi. secundum
Hostien.& Pau.vel aliàs vt scripsi.j.eod. in rubrica.lib.vj.&
omnino hìc coniunge summam quam per remissiones ibi
dedi, & quod in fi.ibi secundum Paul.subiunxi, & habetur
materia. xv.q.iij.q.vj.q.viij. & per totum. &.ij. q.j. cap.j.&
2 ij.&.v. &.vj. & repetitur in.vj. Et † coadaptatur rubricæ
de elect.

de electione.c.scriptum.versi.quamuis. &.c.dudum.ij.versi. sed cum.& de renuncia.in præsentia.& de ætate,& qualitate.c.fina.de offic.deleg.prudentiam.§.sexta.de iudic.at si clerici.de iuramento calumniæ. c.fina.de re iudicata.c.consanguinei.de eo qui ducit in matrimonium.c.super eo.de accusationib.cùm dilecti. de in integrum restitutio.c.ij.lib.vj.& de accusat.c.j.eod.lib.& in clemen.constitutionem. in fi.de electione.secundum Nouellam.& per Gof.& Hosti.in summa.eo.titu.& in Specu.parte secunda,& parte quarta. eo.ti.

SVMMARIVM.

1 *Infames purgari oportere.*
2 *Interrogatio,cuius meminit.c.j.de confess quò pertineat.*
3 *Confessos de alijs interrogari posse. & numero.4. Falle, vt numero.5.&.10.*
4 *Inquisitione generali facta, postulante aliquo, quem interrogari non debere. Limita, vt numero.7. & quid in speciali inquisitione.numero.8.*
9 *Inquiri contra certam personam etiam non notatam in delicto priuilegiato posse: & quæ sint delicta priuilegiata.*
11 *Confessum criminis de eo in alios interrogandum non esse.*
12 *Confesso alterum opē fecisse dicenti danda an sit fides.*
13 *Confessione vnius alterum torquendum non esse. Et qualis debeat esse interrogatio.nume.14.*
15 *Testem deliquisse se respondere cogi non debere.*

CAP. I.

CVm monasterium. casus. Ei qui crimen proprium confitetur non creditur,contra eos quos dicit criminis fuisse suggestores, & erat olim sub titulo de homicidio, & diuiditur in duas:quia primo instruit iudicem, absoluendo non infamatos, & reddit causam ibi, *quia secundum*. ¶ Secundo instruit,in purgando infamatos,ibi si causam. ¶ Expone literam *suggestione* hoc dicit, quia consilio & suggestione, committitur homicidium.l.distinct.si quis vidua. de homicidio.sicut dignum.de clericis pugnantibus.in duello.Henr. & etiam ratihabitione.j.q.iiij.prælatus.Gosfr.& Hostien. *consimus* hic incipe contructum *penè*, nisi quia fortè indiceretur purgatio si magna oriretur infamia, vt hìc notatur, &.ĩ.de electio.per inquisitionem. Innocen.vtriusque iuris canonici,& ciuilis,& in glos.sunt concordantiæ *crimine læsæ maiestatis excepto*. Idem videtur in crimine simoniæ. Argu. lxxviij.distinc.si quis Papa.&.ĩ.eod.sanè.sed Arg.contra.j̃. de testibus.veniens.Ex quo capitulo dicunt quidam, quòd in crimine simoniæ non admittitur socius, nisi sit crimen læsæ maiestatis,& sic loquitur.d.c.si quis Papa.Innoc. ¶ Sed contrarium est verum. vt.j̃.de testib.c.j.lib.vj. quod dic vt ibi legitur, & notatur. ¶ Quid autem de crimine hæresis, dic idem vt legitur,& notatur.j̃.de hæretic.in fidei.eod.lib. ¶ Alios autem casus.vide in Specu.de accusatore.§.j.versic. item repellitur.qui fuit *confitentis* sine interrogatione, vt sic diuersificetur à præcedenti casu.ĩ.in fine primi responsi. Hostien. *quenlibet* de hoc.lxxix.distin.c.ij.admittenda quantum ad aliorum condemnationem, sed ad præsumptionem tantum Hostien. *eos* scilicet contra quos præsbyter est confessus *infamia*, scilicet homicidij, & aliunde orta, quàm ex dicto huius præsbyteri. Argumen.xj.q.j.Christianus. & de
a accusationib.qualiter.ij.vel dic† quòd qualitercunque infamati sint erit purgatio eis indicenda, quod dic vt legitur, & notatur.j̃.de accusationibus.veniens. in fine.de simonia. insinuatum.de purgatione canonica. cùm P. &.c.cùm dilectus.&.c.cùm in iuuentute.§.finali. Hostien. ¶ Dicit autem dominus Martinus, quòd licet quidam dicant de infamia inquisitionem præcedente, quòd non sufficit, nisi à bonis discretis, & non suspectis ortum habuerit, tamen in illa quæ purgationem inducit, communiter omnes concordant, quòd vndecunque insurgat, sufficit propter scandalum. de quo notatur. de purgatione canonica. cap.penultimo.in glos.penultima.& aliquid.de accusatione. cap.qualiter.dicitque etiam,quòd de numero testium necessariorum ad purgationem communiter tenetur quòd hoc est hodie arbitrarium, *cognoueris*. ¶ Subaudi potest quæri etiam à confitente contra se: sed si per alios probari non potest singulis eis, &c.Hostien.tribus socijs hoc arbitrium est vt legitur, & notatur.j̃.de purgatione canonica.quoties.& cap. ex tuarum.&.d.cap.insinuatum.Hostien. ¶ Et caue de votis hic in vltima glos.videlicet quòd deficiens in purgatione punitur tanquam conuictus, hoc enim intellige secundum modum, secundum quem actum est, & aliter non.& ad hoc semper solet Goffred.allegare.c.accedens.de accusationibus. vbi de hoc. secundum Martinum. ¶ Opponitur de.l.prouinciarum. vt in glo.ij.vbi videre solutionem. Cyn.vero.C. de accusationibus.l.fi.in secunda oppositione dicit, quòd in contrario fallit,& in alijs casibus notatis.per Accur.in.l.fin. allegata ¶ Sed dici potest quòd reuera ibi fallit, cum videlicet de proditione, id est de reuelatione consiliorum virorum scceleratorum, quæ aduersus principem vel rem publicam iniuntur, & idem crederem si iurentur ad aliquod malum personæ priuatæ inferendum, quia expedit reipublicæ prouidere, ne vnus alium lædat iniustè. ff.de ijs qui
a sunt sui vel alieni iuris. l.ij.§.dominorum.† vnde clarius dicas quòd hic loquitur de interrogatione quæ tendit ad detegendum, & conuincendum crimen iam commissum, ibi verò loquitur de interrogatione quæ tendit ad detegendum consilium virorum scceleratorum initum,super crimine committendo, non principaliter vt puniatur, quia nondum commissum dicitur. Sed principaliter vt prouideatur,ne committi possit, & ex consequenti vt inquiratur de statu huiusmodi scceleratorum, & vt reperta veritate purgetur de talibus prouincia.ff.de officio præsidis.l.congruit. ¶ Secundo opponitur. de cap.quoniam. j̃.de testibus.ibi, *seu mulieres, cum quibus peregisse dicitur*.&.ff.de quæstionibus.l.prima.§.cùm quis latrones.&.§.si quis vltro. ¶ Soluunt quidam quòd delati antequàm crimen confessi sint, de alijs interrogandi sunt, & eis creditur. vt hìc in fine. ¶ Sed dicit Hostien.hanc solutionem reprobari per prius. ff.ad Sylleianum. vbi dicitur quòd prius de se familia torquenda est, & si fateatur, tunc interrogetur, quo mandante flagitium
3 admissum sit. ¶ Soluit ergo Hosti.† dicens quòd interrogati possunt ad instructionem, sed non creditur eis, nisi quantùm ad præsumptionem. Argumen.ff.de custodia reorum.l.diuus.vt in glos.nec absque tormentis.C.ad legem Iuliam maiestatis. l.iij. &.iiij. quæstio. iij.§.item in criminali. versicu.item si ea. nec obstat quod hìc sequitur interrogari non debent &c. ¶ Quia subaudiendum est quantùm ad hoc, vt per confessionem ipsorum alij condemnentur, nisi & aliter conuincantur, vel ita demum interrogari debent, si ij de quibus interrogantur, fuerint infamati, iuxta id quod scripsi,in expositione super verbo infamia, de occultis enim non sunt interrogandi,vt hìc Argumen.j̃.de accu-
4 sationibus. cap.inquisitionis. secundum eum. ¶ † Generalius tamen circa hoc, sic distinguere potes: quia aut quæris, vtrum possit in genere de ijs participibus, seu alijs malefactoribus,& dic quòd sic. ¶ Sic intellige notata hic in glossa secunda,ibi.Item auditur,& ibi allegata.& dicta.l.prius. ¶ Aut vtrum possint interrogari specialiter,& vt testes. Et tunc procedit iudex ex officio ad pœnam seu multam extraordinariam indicendam, dic quòd sic, quia tunc leuiores probationes sufficiunt, secundum Hostien.in summa.eodem titulo.§.qualiter.versi.per participes.& de accusationibus. sub rubrica. de criminibus extraordinarijs pu-
5 niendum. ¶ Sed si† procedit ad pœnam ordinariam imponendam,in modum accusationis, non debet interrogari de complicibus eiusdem criminis, vt hìc, & faciunt notata in

Specu.de teste.§.j.verf.quid fi quatuor,siue iam fint confefsi, fiue ante.quicquid dicat Hoft.j̃.de teftib.veniens.j.&c.c.fuper eo.j.fecundum Henri.¶ Sed fi non dicantur complices eiufdem criminis,bene creditur eis,quo ad fufpicionem,feu præfumptionem tantùm,fecundum Bernar.Inno.& Hofti. Arg.d.l.prouinciarum.& maximè contra infamatos, vt notat Hoftien.in.d.§.qualiter.verf.occultorum.¶ Sed fi quæris quoad probationem veram,& ille contra quem producuntur,vult eos repellere obiectus criminis, poteft etiam in ciuili,vt.d.c.fuper eo.&.c.ex parte.eo.tit.¶ Si vero nil obijcit contra eos, & nondum funt confefsi, valet eorum teftimonium, nifi poftea confiteantur crimen eorum præcedens notans infamia iuxta.l.j.& per totum.ff.de ijs qui notan.infa.notorium tempore fuæ depofitionis. de ordi.cognitio. cùm dilectus.in fi.de teftib.licet ex quadam. & c.fi.xxij.q.v. præceptum.¶ Secus fortè fi occultum. C.de teftamen.l.j.ff. de offi.præto.l.Barbarius.iij.q.vij.§.tria.vel fi folum per fententiam infamaret,nifi fortè eorum iam effet opinio aggrauata. Argu.d.l.prouinciarum.&.C.de falfa moneta.l.j ¶ Sic intelligit Henri.hic Bernard.& Hoftien. Poftquàm autem confefsi effent,eis non crederetur,vt hic ibi quia fecundum. j̃.de teftibus.veniens.j.xv.q.iij.nemini.iij.q.xj.neganda vbi de hoc.C.de accufationib.l.fin.ratio,quia infames funt.ff.de ijs qui notan.infa.l.athletas.§.fin.cum.l.feq.fallit in criminibus exceptis læfæ maieftatis, vt hic fimoniæ.de teftibus.veniens.j.&.c.j.lib.vj.confpirationis.de teftibus cogendis.c.vltimo. quod dic vt notatur ibi.in.d.c.j. verf.item repellitur. qui fuit, & qualiter participes debent deponere vide modernos.in.d.c.j.& in hærefi.ex.d.c.in fidei. & hoc fi accufatus eft malæ famæ, aliâs non.xv.q.iij.nemini.&.c.fanè.ij.q.j. imprimis.de fimonia.per tuas.notant Bernar.& Inno.j̃.tit. ij.veniens.j. & hoc verum quando proceditur per viam accufationis, fi vero per viam denunciationis vel exceptionis, vide.j̃.titu.ij.quoniam. fecundum Henri.& adde quæ fcripfit ipfe Henri.in.d.cap.veniens. caue tamen quia non omnia prædicta omnino mihi placent, fed dicam in locis fuperfluis.

¶ PRIMO quæritur, ecce, hîc dicitur, quòd non debet aliquis interrogari,de crimine alterius,nunquid hoc fit femper verum videtur iftud expeditum per ea, quæ proximè dixi.Cyn.autem fuper hoc fe expedit in.d.l.fi.C.de accufat. in fecunda oppofitione, dicens hoc regulare, fed fallere in cafibus notatis ibi per gloff. Et videtur ifta refponfio probari per textum iftum ibi, quia fecundum &c. Alij diftinguunt dicentes quòd de infamatis interrogari poffunt de alijs non,vt tetigi fupra.poft Hoftien.alij diftinguunt.vt in glo.videlicet quòd ad effectum fufpicionis,feu præfumptionis, & non probationis interrogari poffunt, cui concordat Hofti.fed non multum placet,quia de illo effectu non quærimus, & quia tendere ad diffamandum non diffamatum, non videtur effe honeftum,nec amicabile iuri.Quid dicendum? Breuiter fic videtur mihi poffe diftingui: quia aut quæritur de interrogatione quæ fit in modum cuiufdam inquifitionis, ab illo qui non eft in teftem productus. Aut quæritur de interrogatione, quæ fit in modum cuiufdam
6 examinationis, ab illo qui eft in teftem productus.† Primo cafu,aut quæritur de interrogatione, quæ fit in modum inquifitionis generalis hoc eft de incerta, & innominata perfona in genere, & ad inftructionem ipfius iudicis, & tunc aut proceditur in viam accufationis, & ad inftantiam partis, & tunc ad inftantiam partis non eft interrogandus, de alijs non accufatis: quia nil ad accufatorem de illis cum eos
7 non accufet. vt.d.l.fi.C.de accufationib.fed fi † fama in genere pulfet animum iudicantis, maximè fi fit ordinarius, & præfertim, fi timet de fimilibus vel maioribus malis committendis per fceleratos, de quibus inquirit qui fuerunt participes, aut mandatum vel auxilium, aut confilium in committendo facinore præftiterunt, & tunc poterit ex officio fuo ab accufato in genere inquirere de prædictis, & fic loquitur lex prouinciarum.allegata. Aut proceditur per viam inquifitionis, & tunc fto cum Henri.quòd poterit facere huiufmodi interrogationem generalem, & effet illud clarum, fi inquifitio effet generalis contra perfonam incer-
8 tam,fama in genere deferente peccatum, † fed cum inquifitio eft fpecialis contra certam perfonam, adhuc idem placet, eo modo quo dictum eft, cum proceditur per viam accufationis ex identitate imò ex maioritate rationis. Aut quæritur de interrogatione, quæ fit in modum inquifitionis fpecialis, hoc eft de certa & nominata perfona, & tunc aut illa eft de huiufmodi crimine diffamata, aut non, fi fic interrogetur de illa,fi non tunc fecus.Et in hoc fequor quod fcripfi poft Hoftien.in oppofitione proximè præcedenti, proxime an dicta.Henri.& eft ratio quia contra non infamatum inquiri non debet,vt patet, ex ijs quæ leguntur,& notantur.j̃.de accufationibus.c.qualiter.j.& ij. &.c.inquifitionis.&.c.cùm oporteat.eod.titu.& de fimonia.c.licet.Hely.& de purgatione canonica. c.cùm in iuuentute. & quod fcripfi. s̃.eod.in expofitione fuper verbo infamia, nec mirum:quia ratio quare fuperior non procedit in modum inquifitionis, contra fubditum non infamatum, in hoc cafu vendicat fibi locum, videlicet quia non eft inquietandus, ftatus fubditorum fine caufa, & quia nulla poteft inquifitio fieri contra perfonam certam de crimine, quin faltem de facto nocet, & aggrauet famam fuam quod fuperior optare non debet. vt.j̃.de accufationibus. c.qualiter.ij.fed quæres. nunquid ergo quoad præmiffa eft aliqua fpecialitas in ali-
9 quibus criminibus exceptis.Breuiter non video † nifi quantum ad hoc quòd in criminibus priuilegiatis,& exceptis,ex leuiori fufpicione,& ex minori infamia,contra certam perfonam,ac ex leuiori, & minori caufa, contra incertam fortè inquiritur, non enim reperio crimen læfæ maieftatis, vel hærefis in hoc priuilegiatum,quòd pofsit procedi fuper eo, ex officio, & in modum inquifitionis fpecialis, contra certam perfonam non diffamatam, nec fufpectam, cum tamen textus fupra per me allegati illud prohibeant indiftinctè,& per confequens ftabo illis textibus, cum eos non reperiam effe mutatos.C.de appellationibus.l.præcipimus.in fi. &.C. de teftamen.l.fancimus.nec obftat ifte textus.in verf.quia fecundum. quia aliter intelligitur, vt dicam in fequenti cafu, caue tamen quòd ad faluandum iftum textum,fecurius poteft loqui cum domino Martino de Salua, dicendo videlicet quòd illa regula quæ habet quòd de fe confefsi non debent de aliorum criminibus in modum inquifitionis inter-
10 rogari † fallit in crimine læfæ maieftatis, vt hic: hoc enim videtur probabilius dictum,quia fi principium, loqueretur de interrogatione, facta in modum inquifitionis, & ifte verfus, quia fecundum loquæretur de interrogatione facta tefti,in modum examinationis, non effet bona conuenientia inter dictum pofitum in principio & rationem dicti pofitam. in verfic.quia fecundum. quia aliter dicendo ifta ad diuerfos cafus referri oporteret, quod videretur fatis extraneum: nec obftant iura excipientia crimen hærefis, & alia crimina, quia non excipiunt à regula, fupra proxima. fed excipiunt ab illa regula, quia cauetur focios criminis non admitti in teftes, ideo dicit Martinus, quòd confeffus hærefim, de alijs in fpecie fuper hoc crimine interrogari non debet, vt hîc licet iudicio contra focium inftituto admitteretur contra eum.vt teftis. & de hoc remittit ad notata fua.de teftibus.veniens. Sed fortè non effet, magnum peccatum quoad hoc æquiparare crimen hærefis crimini læfæ maieftatis: cum plus fit diuinam, quàm humanam lædere maieftatem.j̃.de hæreticis.vergentis.cum concordantijs ibi fignatis.in glof.antepenultima. & prædictum intellectum tene menti, quia pulcher, & fingularis eft.& notabi.
11 ¶ In fecundo † cafu principali, videlicet dum quæritur de interrogatione quæ fit in modum cuiufdam examinationis, ab illo qui eft in teftem productus, & hic diftinguo:quia aut interrogandus iam eft cõfeffus, proprium crimen,&

men,& tunc non debet interrogari, vt testis: quia nec debet in testem admitti contra alium super eodem crimine, nec etiam super alijs criminibus, fallit tamen in exceptis criminibus, & sic rectè procedit iste text. in versi. quia secundum est dictum Cy. de quo. s. & rationem ponit. l. fi. C. de accusationib. quia propter speciem vel impunitatis, vel dilationis inferendæ pœnæ, facilis esset confessus de proprio crimine, ad deponendum contra alium. Sed est & alia ratio, quia per propriam confessionem notatus est infamia iuris, & etiam in magna personæ vilitate constitutus, & ideo à modo in testem admitti non debet. ff. de testibus. l. ij. §. lex Iulia. & licet Henri. circa hoc aliter distinguat, distinctio tamen eius dubia est, & magis starem in dubio isti textui. Aut non dum est confessus proprium crimen, & tunc dic vt scripsi post Henr. in proxima oppositione. versi. si vero nil obijcit. nec si obiectus criminis, aut alia inhabilitas eum non repellit, vt testis deponere potest, vt hic à contrario. Quod autem dicit Henr. de eo qui postea confitetur crimen notorium tempore depositionis, non multum curo, quia non sequens confessio, sed præcedens criminis notorietas impedit effectum testimonij, & quia respectu illius attenditur conditio testis, vt in iuribus per eum allegatis.

12 ¶ SECVNDO † quæritur vtrum cum cõfessus crimen proprium proponit crimen alterius, vt se fecisse crimen illius mandato, vel suggestione, aut illo opem, fauorem vel consilium exhibente, seu illum crimen aliud cõmisisse nunquid sit ei fides adhibenda de iure? distingue, quia aut deponit de her non interrogatus, & tunc quoad probationem, fidem non facit, & sic rectè loquitur principium illius decretalis, sed bene operatur aliqualem suspicionem, vt hic notatur. in fine. ij. glo. Aut deponit interrogatus, & tunc aut fuit interrogatus in casu, in quo de iure interrogari non debuit, & tunc dic vt in casu. s. proxi. Aut fuit interrogatus in casu in quo interrogari debuit, & tunc aut est testis, & tunc valet ad probationem, dum modo legitimè productus extiterit, & receptus, & aliud canonicum non obsistat, vt. j. de testib. c. ij. per totum. Aut fuit interrogatus non vt testis, sed in modum generalis vel specialis inquisitionis. & tunc non facit plenam probationem: quia nec ad istum finem, nec cum testis solemnitate recipitur, sed valet ad finem ad quem interrogatur, quia facit præsumptionem, & parat viam formatæ inquisitioni, & sic intelligo hic notata per glo. & Hostien. per me in secunda oppositione recitata.

13 ¶ TERTIO † quæritur, pone præsbyter delatus de crimine proponit se crimen Petri suggestione commisisse, nunquid hoc sufficit, ad quæstionandum ipsum Petrum, respondet Collect. quòd non, eo quòd dicit textus generaliter nulli pœnæ, & hoc verum nisi subessent alij modi probandi, dicit tamen quòd si subessent aliæ probationes, licet non sufficientes, illud quinad hoc, satis sufficeret, probat, quia litera ibi, nisi alijs modis non adijcit verbum legitimis vnde cum hoc sufficeret vnus testis: quia vnus testis facit semiplenam probationem, vt notatur. C. de rebus creditis. l. in bonæ fidei. & semiplena probatio sufficit ad quæstionem, vt notatur. C. ad legem Iuliam maiestatis. l. ij. super verbo conuictus, sed iste casus modicum habet de dubio: nam si sufficit vnus solus testis ad quæstionem, quanto magis cum confessione delati, sed contra. de. l. qui vltimo in fine. ff. de quæstionibus. vbi dicitur, quod rei sæpe seruari solent post damnationem, vt ex ijs in alios quæstio habeatur, respondet Collect. dicens quòd ideo interrogantur damnati, vt eorum confessio faciat præsumptionem, vt. d. l. notatur. in glo. fin. sed breuiter illa glo. hoc non dicit, sed respondeos. ad. l. fi. de accusat. dicit quòd illa lex finalis loquitur in confesso. & l. qui vltimo in conuicto, vel illa in non damnato, & alia in iam damnato Cyn. autem post Petr. in. d. l. fi. in vltima quæstione, quærens an confessio facta de criminibus aliorum illi noceat, ad propositum, sic respondet secundum quosdam, quia aut debuit interrogari, aut nun, si debuit quia est de casibus specialibus, tunc non præiudicat plenè, sed facit aliquam præsumptionem, ita quòd locus est quæstioni per tormenta, si non debuit interrogari, tunc non facit talem præsumptionem, ita quòd locus est quæstioni per tormenta, sed Petr. videtur intelligere indistinctè quòd talis confessio, talem præsumptionem facit, quòd quæstio tormentorum vendicat sibi locum, sed Cyn. ibi dicit quòd præcedens aliorum opinio. videtur rationabilior, & ideo magis placet Collect. & Martino de Salua, & etiam mihi. Et dubito quòd propter opinionem Petri, torti fuerunt indebitè multi innocentes præmissa enim, videlicet dicta Petri, videntur contra hanc literam, vnde tutius est literæ adhærere, nisi aliæ præsumptiones adessent, secundum eum † subdit alia duo primum est quòd interrogationes tales debent fieri in genere, non in specie. vt. ff. de quæstionibus. l. j. secundum est quòd testes non facientes nisi præsumptionem, possunt produci, etiam attestationibus publicatis vt notat Innocen. de accusa. c. in dilecti.

14 (marginal, at "re, nisi aliæ præsumptiones")

15 ¶ QVARTO † quæritur secundum Collect. an nunquid testis tenetur respondere de crimine quod commisit. refert Archid. l. distin. ex pœnitentibus. dixisse, quòd non tenetur iurare nec dicere criminis veritatem, tamen bene debet dicere an sit infamatus vel condemnatus, & de ijs, quæ impedirunt executionem officij. Imò etiam principalis in causa non teneretur respondere, sed ad aliam pœnam, quàm spiritualem agitur, vt plenè per compo. de electi. dudum. vnde prout notat ibidem, si fiat positio contra me, quòd sum excommunicatus à canone, non teneor respondere, quia terminus est, quia sententia canonis non potest esse nisi iusta secus si ponatur quòd sum excommunicatus ab homine, quia ista potest esse iniusta, & habes in Spec. titu. de positionibus. ver. si pono. & sic potest intelligi, quod not. Ioan. And. j. eo. c. lib. vj. & ad iura contraria. de elect. per inquisitionem. & c. dudum. & hic. & j. c. proxi. de tempo. ordi. dilectus. de accus. inquisitionis. Dici potest quòd in illis voluntariè fuit responsum, vnde si Episcopus quærat debet ei dici, domine non debetis quærere, nec ego teneor respondere, quia occulta criminis & c. xxvij. q. j. erubescant. vide in Spe. de posit. §. vij. dominus vero Marti. de Salua, dicit aut quæris de inquisito, vel accusato, an teneatur de crimine de quo defertur respondere, & de hoc dic vt not. per Inno. j. c. proxi. aut de teste, & de hoc dic vt not per Inn. de accus. inquisitionis. & per gl. & alios. de testi. cùm causam. Aut quæris de electo, vel confirmato, & de hoc, dic vt not. per Inno. s. de elec. dudum. ij. remittit etiam ipse dominus Mart. de hoc, & de materia interrogationum ad nota. Inno. de elect. c. bone. & Accurs. ff. de quæstionibus. l. j. §. si quis vltro.

SVMMARIVM.

1 *Respondere thesis, qua quis in crimine deprahensus dicitur, debere. Hoc tamen præcisè non adigi. nu. 2.*

3 *Respondere de crimine eum non cogi, qui eius infamulatus non fuit.*

4 *Interrogari quem in alium de eo crimine non debere, quo aduersùs eum excipi possit.*

5 *Testem respondere non cogi, an sit irregularis, aut vitiato corpore. Et quis sensus cùm super electione. de confess. nu. 6.*

7 *Criminis confessum de gradu deijci.*

8 *Confessum etiam non accusatum puniri. Limito, vt nu. 9. Et quo modo hoc accipiendum sit. nu. 11.*

10 *Probatum simoniacum alterius confessione, nisi accusetur, non puniri.*

11 *Confessum ante quemcunque iudicem etiam sine accusatore puniri. Et quæ ad iudicis delegati notionem pertineant. nu. 13.*

14 *Extraiudicialem delicti confessionem non plenè probare: ea tamen confessum suspendi.*

¶ CAP. II.



Cum super electione. c. qui in iure confessus est symoniacum, ab officio, & beneficio deponitur. Et præmittit depositionis causam, & secundum depositionem ibi, nos

quoniam.¶ Expone literam.&c.j̃.hîc cõtinetur quod eſt.ſ̃.de
cauſa poſſeſsi.cùm ſuper. *volumus* inititur interdum rigori
voluntas Papæ, vt hîc, & interdum miſericordiæ.de dolo &
contu.cùm olim.ver.volentes.Hoſt.intelligit propriè, & ad
literã.¶ Opponitur primo: quia hic videtur diei quòd vbi
canonicus fuit interrogatus, an ſimoniam de qua infama-
tus erat commiſiſſet, & quòd reſpondendo confeſſus fuit ſe
ſimoniam huiuſmodi commiſiſſe, videtur enim quòd non
debuit ſic interrogari nec compelli, huic interrogationi, re-
ſpondere per.c.ſi peccauerit.ij.q.j.vbi dicitur. *non tibi dico vt
te perdas in publicum*. Aduerte hîc habes duas glo.Inno.in qui-
bus ſtat pondus materiæ huius decretalis, quarum prima
pars tractat materiam huius oppoſitionis, & hanc primam
glo.volo ſummare per concluſiones, per quas apparebit ſo-
lutio huius oppoſitionis.¶ Prima ergo concluſio principa-
1 lis huius glo.eſt iſta, † quòd vbicunque in poſitione poni-
tur, quòd ille, contra quem ſuper crimine ponitur, publicè
fuit in huiuſmodi crimine depræhẽſus, vel etiam ſi certum
eſt quòd infamatus eſt, etiamſi aliâs in poſitione non pona-
tur, quòd publicè &c.poterit interrogari, & reſpondere de-
bet Arg.pro primo.de coha.cler.& mulierum.c.veſtra.item
ſubdit Inno.quòd etiam tenetur quis reſpondere de crimi-
ne ſibi impoſito, vbi agitur contra eum accuſando, vel inqui
rendo, & etiam vbi agitur excipiendo, contra ordinandum,
vel conſecrandum, vt ab ordine vel cõſecratione repellatur,
ſecundum Inno.vt.j̃.de accuſa.c.ſuper ijs.remittit Nouella
ad notata ſua. de elect.dudum.ij.§.tandem.in glo.ſuper pro-
ceſſu, & idem etiam qualitercũque alio modo agatur crimi-
naliter, vel ciuiliter, contra eum.ſecundum Hoſti.quod pro-
bat Inno.ſic, nam poteſt ei indici purgatio per iuramentum
ſuum, & purgatorium ſacramẽtum vbi oportet eum negare
ſe crimen commiſiſſe.ij.q.v.præſbyter.&.c.omnibus.ſecun-
dum Inno.&.ſ̃.c.proximo.in fi.ſecundum Hoſt.modo mul-
to fortius antequam indicatur ei purgatio, poteſt ab eo ſolo
quæri, an crimen commiſerit, ſecundum Inno.quia hoc mi-
nus, & facilius, eſt ei videlicet quòd ab eo ſolo, veritas ha-
beatur. Arg.in eo quod legitur & notatur.j̃.de deci.ex par-
te.iij.&.j̃.qui filij ſint legi.c.per venerabilem.primo reſpon
2 ſo ſecundum Hoſti.† dicit tamen Inn.quòd licet ſit interro-
gatus, reſpondere teneatur, tamen non præcisè cogeret eum
reſpondere, ſicut nec præcisè cogeret eum ſe purgare, ſed
cauſatiuè tantum vt videlicet, ſi reſpõdere renuerit, ſicut &
ſi ſe purgare non voluerit, punietur tanquam conuictus, vel
ſuſpendetur, vel aliâs cõtra ipſum ſecundum quòd requiret
negotij qualitas, de quo agitur procedetur, ſecundum Inno.
& Hoſti.alleg.Hoſt.ff.de interro.acti.l.de ætate.§.qui tacuit.
& quod legitur, & not.ſ̃.de iuramen.calum.§.ſi.c.pœna.ſatis
enim videtur delicatus, ſiue malicioſus ille qui ſe purgare
debet, etiam cum multis iuratis, ſi ſolo verbo proprio re-
nuit ſe purgare, ſecundum eos & in ijs conſiſtit prima cõclu
ſio huius glo.¶ Secunda concluſio principalis huius primæ
3 glo.Inno.eſt iſta † quòd ſi ille cui crimen imponitur, de illo
non ſit diffamatus, nec conuictus, nec confeſſus, vel depræ-
henſus, tunc nõ coget eum iudex reſpõdere, ſecundum Inn.
nec etiam ſi occultus ſit debet eum iudex ſuper hoc interro-
gare, vt patet in eo quod legitur, & notatur.j̃.de accu.quali-
ter.j.in fi.& ſic intelligi debet.de pœni.di.j.§.ijs authoritati-
bus.&.c.non tibi dico.&.d.c.ſi peccauerit.ſecundum Hoſti.
& per hoc ſatiſfactum eſt, oppoſitioni, & eſt ratio quia oc-
culta publicanda non ſunt ſed ſoli Deo relinquenda.vj.q.j.ſi
omnia. &.c.oues.&.c.ex merito.& de ſimo.ſicut nobis.nulla
ergo æquitas poteſt mouere iudicẽ vt reum interroget, de
occultis.æquitate autem deficiente non eſt locus iudiciali
interrogationi, vt colligitur.ff.de interrog.act.l.vbicunque.
& in eo quod legitur, & notatur.j̃.eo.ſtatuimus.lib.vj.ſub-
dit tamen Inn.quòd quantum prima facie videtur vbicun-
que cogitur teſtis reddere teſtimonium, & cauſam ſui teſti-
monij, ſecundum canones.de quo notatur.j̃.de teſtib.c.j.&
c.cùm cauſam quæ.inter Archiepiſcopum primo reſponſo.
verſ.ac eos.ibi iudex interrogabit eum, & videtur placere
4 Hoſti.¶ Tertia † cõcluſio principalis huius gloſſæ eſt, quòd
ſi cõtra illum cui crimen opponitur, non agitur directè, ſed
quia inducitur in teſtem, vel accuſat, excipitur, contra eum
quòd non poteſt accuſare vel contra aduerſarium, quòd nõ
poteſt eum in teſtem inducere, quia criminoſus eſt ille, non
eſt interrogandus, de illo crimine de quo excipitur, contra
ipſum, quamuis etiam dicatur de eo condemnatus vel con-
uictus, vel confeſſus, vel publicè infamatus, ſecundum Inno.
quia nec in hoc caſu ſunt teſtes compellendi, & huius ratio
plenè notatur.j̃.de teſtib.cogen.dilectorum.ſecundum Ho-
ſti.de hoc enim non agitur nec ſuper hoc iurauit.j̃.de teſtib.
nec tenetur ſe prodere.ij.q.j.imprimis. ſecundum Innoc.&
dictum eſt.ſ̃.nec obſtat ſuperius argumentum. in oppoſi-
tione, & circa primã concluſionem factam, quia cõtra hunc
agitur vt repellatur à teſtimonio, vel ab accuſatione, nõ au-
tem vt denuncietur vir boni teſtimonij, pro qua denuncia-
tione, eſt purgatio indicenda. Argu.de purga.cano.c.ex tua-
rum.nec obſtat quòd hîc fuit interrogatus, & reſpõdit, quia
non fuit compulſus, ſed ei placuit reſpondere, & eodem mo
do reſpondetur, ad id quod legitur, & notatur.j̃.de accuſat.
c.inquiſitionis. vel dic quòd vbi agitur de facto proprio,
vt hîc, vbi inquirebatur, de ſimonia.c.cùm eo commiſſa.
bene requiritur ab eo veritas, cùm de eo infamatus eſt, nec
valet dictum eius vt teſtis, ſed præſumptionem facit.vt no-
tatur.j̃.de accu.cùm dilecti.ſecundum Inno.remittit Hoſti.
ad ea quæ ſcripſi poſt eum.ſ̃.eod.c.j.circa principium quin-
tæ oppoſitionis, ſubdit tamen Inno.quòd prius dictum ma-
gis placet, ſubdit etiam Innoc.quòd non placet ſibi dictum
quorundam dicentium quòd bene poſſunt teſtes interro-
gari, an ſint de crimine condemnati, eo quòd condemnatio
5 non eſt crimen, & eſt notorium iuris, † ſubdit etiam quoſ-
dam dicere, quòd teſtis poteſt interrogari, vtrũ ſit irregula-
ris, vel corpore vitiatus, tamen de irregularitate, contrarsũ
credit, cum poſsit eſſe occulta, & ſine peccato tollerari, vt
patet in eo quod legitur, & notatur.ſ̃.de renunc.niſi cum
pridem.§.perſonæ. ſecundum Innocen. Alij autem dicunt,
quòd ſuper talibus non eſt teſtis, interrogandus, & ſi inter-
rogatus reſpondeat, non valet ſuum teſtimonium, cùm de-
ponat, ſuper ijs non iuratus, vt.d.c.de teſtibus. ſed dicit In-
noc.ſe non fateri hanc rationem eſſe iuſtam, ſcilicet q; non
iurauit ſuper ijs dicere veritatem, & quòd qui iurat ſuper
principali, & ſuper omnibus contingentibus, iurare intelli-
gitur.ſ̃.de offic.deleg.prætereà.ff.de iuriſd.omn.iudi.l.ij.ſe-
cundum Innocen.& quod notatur.in.d.c.præterea. ſecun-
dum Hoſti.finaliter Hoſti.circa interrogationem denun-
ciati, vel inquiſiti, remittit ad plenè notata.j̃.de appellatio-
nibus.c.conſtiterit.&.c.qualiter.ij.§.debet. de interrogatio-
ne verò teſtium remittit, ad plenè notata. in.d.c.cùm cau-
6 ſam.† De intellectu verò iſtius decretalis, dicit, tenen-
dum quod notatur in glo.ipſe verò & Innoc.remittunt ad
notata ſua.ſ̃.de electio.per inquiſitionem.& dicunt illa eſſe
hîc repetenda, & etiam Henri.de hoc, videlicet vtrum pro-
batio in vno iudicio facta noceat in alio, & vtrum teſtis ex
confeſsione, quam facit contra ſe, in teſtimonio perhiben-
do, puniri poſsit, remittit ad diſtinctionem quam fecit.in.d.
c.per inquiſitionem.¶ Secundo opponitur, vt hic in prima
glo.Bernar.verſ.ſed nonne.& hæc oppoſitio reſpicit ſecun-
dam gloſſam Innocent. quam etiam expedio per concluſio-
nes per quas etiam apparebit ſolutio oppoſitionu.¶ Prima
7 ergo concluſio principalis, huius gloſſæ eſt iſta, † quòd in
confitentem proprium crimen poteſt iudex pœnam de-
poſitionis imponere, etiam ſi contra eum adhuc non age-
retur, & probat hac ratione: quia in confitentem nullæ ſunt
partes iudicis, niſi vt condemnet.ff.ad legem Aquiliam.l.
perinde.& ad hoc ſoluit ad prædictam oppoſitionem: quia
hîc canonicus confeſſus fuit crimen ſimoniæ, & ideò de-
ponitur, licet contra eum adhuc non ageretur nec valet ar-
gumentum, cum dicitur non agebatur ad hoc, nec agebatur
contra

8 contra. Cum igitur non debebet nocere ei confessio: † quia imò nocet, & maximè vbi crimen quod obijcitur tãgit causam de qua agitur, sicut electio enim de qua hic agitur petebatur cassari propter symoniam cum canonico celebratam. si ergo ipse confitebatur, bene debuit ex eo condemnari: vt ĩ. de exceptionibus. c. deniq; § cæterum. in, fine. & prædicto c. per inquisitionem. & ff. de adulterijs. l. j. § si publico. aliter autem non deponeretur nisi contra ipsum ageretur: vt notatur in prædicto § cęterum. secundum Nouellam. Dicit autem dominus Martinus de salua, quòd ex his insurgit vna conclusio valde mirabilis, videlicet quòd contra testem confessum crimen in iudicio non inttẽato contra eum põt procedi ex confessione ad impositionem ordinariè pœnæ ac si fuisset directè processum, per viam accusationis contra eũ. Sed iunge notabilem restrictionem quam tetigit Inn. & quã firmat Nouella, & confirmat Mar. videlicet dummodo crimen contingat negotium principale, & illud etiam hic tangunt. B. & Host. quod menti tene, & faciunt notata Inn. de accusat. qualiter. ij. ex qua restrictione inferas, quòd si crimẽ super quo testis confiteretur non contingeret negotiũ principale, ex illa confessione in illo iudicio puniri non deberet vt prędicto c. deniq;. vbi de istis omnibus videtur casus. Dico tamen quòd in alio iudicio contra eum posteà intentato faceret fidem sua confessio huiusmodi nisi eam excusaret vel eius probaret errorem: vt notat Inn. in præd. per inquisitionem: voluerunt tamen quidam dicere, quòd hæc decretalis loquatur solùm in crimine symonię, & ad istum intellectum ie videtur retulisse casos summarius Nouellæ, quem supra posui. & facit: quia hæc decretalis pœnalis videtur: sed communiter intelligitur magis laxè, & certè credo quòd bene: quia prędictum c. deniq;. in fine loquitur generaliter.

9 ¶ Secunda conclusio principalis huius glossę, habet † quòd illud quod dicit pręcedens conclusio de confesso non habet locum in conuicto per testes, vel instrumenta: quanquàm aliqui contrarium opinentur. vnde refert Inn. quòd plus videtur quibusdam, sed non placet, quòd etiam si non confiteatur, sed probetur per testes cum crimina sint ita connexa, scilicet quia agebatur de symonia, cum canonico commissa impossibile est autem, quòd dans ex facto sit symoniacus sine accipiente, imò est necesse quòd ambo sint symoniaci, si ergo contra alterum agatur, & alter sciens de symonia secum commissa agi non processerit & defenderit causam suam imputatur ei, & sic videtur loqui pręiudicium. c. deniq; ar. iij. q. v. hoc quippe. secunda quęstione quinta. interrogatum. & c. statuit. lxxxj. dist. tantis. lxxxij. dist. Archid. cum similibus. & est enim indignum, ex quo de vtrusq; crimine constat, quòd vnus puniatur, & alter remaneat impunitus, & maximè ex quo alter sciat de hoc crimine agi, quod ignorare non potest, ex quo de eo interrogatur, vel super eo pro teste producitur, sicut hîc fuit: sed tamen hoc non fatetur Inn. in probatione quę fit per testes, vel instrumenta.

10 Quantuncunq; † enim sic probaretur eum esse symoniacum non imponeretur ei pœna, cum de hoc non sit accusatus: vt paret etiam in connexis. ff. de adul. l. denunciasse nisi fortè ex officio iudicis, extra ordinem ageretur. xxiiij. quęstione. iij. ecce sed in confessione bene fatetur posse pœnam perpetuam imponi: vbi tangit crimen de quo agitur: sed realiter non nisi de nouo agatur: vt notatur in prædicto c. per inquisitionem, nec obstat prędicto c. deniq;. vt ipse ibi notauit, nec obstat. ff. de adulte. l. j. § si publico. quia ibi principaliter fuit maritus accusatus, & est ibi speciale, ꝙ vxor accusata de adulterio potest accusare accusatorem de lenocinio secundum eum. Dicit autem Host. quòd Inn. per hoc in aliquo contradicit in his quæ scripsi post eum in oppositione pręcedenti. & existimo, quòd intelligit de his quæ ibi scripsi in tertia quæstione. sed apparet mihi quòd ibi cessat omnis contrarietas: nam licet ibi dicat talem non esse interrogandum, non tamen ibi negat quòd si sponte confessus fuerit, quin ex sua confessione damnari possit, imò magis sentit, ibi contrarium: vt ibi scripsi, & circa principium dictæ tertiæ conclusionis, versu nec obstat, quòd hic fuit. Item refert Host. dici posse speciale in clerico: vt ex tali cõfessione puniatur sine accusatore, sicut & cleric⁹, qui de peccato publicè gloriatur. ĩ. de excessibus prælatorum. quã sit. & remittit Nouella ad notata sua. ĩ. de fideiussoribus. peruenit. super vltima gl. & vide omninò ibi notata per Innoc. in gl. fi. per quæ modifica prædictam conclusionem primam. Et probatur prędicta conclusio secunda in prædicto. c. cum dilectus. de ordi. cog. quod sic intelligitur: nec obstant prædicta notata Innocen. in prędicto. c. peruenit. vt ibi dicetur. sed non placet dictum vltimum Hostiẽ. quòd speciale sit in clerico &c. quia non apparet ratio diuersitatis, seu specialitatis, nec obstat. c. quàm sit. quia ibi non imponitur ordinaria pœna: quia non deponitur: sed suspenditur: vt ibi notatur per Ber. vel intelligitur habito legitimo processu contra eum: vt ibi notatur per Inn. in gl. ij. noueris tamen quosdam voluisse aliter intelligere hanc decretalem dicentes, quòd hîc speciale est in confessione facta per clericum coram Papa, & idem fatentur de confessione facta per laicum coram imperatore: quia princeps ad solennitatem ordinis iudiciarij non adstringitur ar. C. de testamentis. l. omnium. & C. de dona. inter virum, & vxorem. l. penultima. & hoc videtur hîc sensisse Collect. qui hîc super verbo nos. dicit quòd secus in alio inferiore iudice, & quòd sic intelligenda sunt notata hîc per Inn. remittens etiam ad lecta, & notata de corpore vitiatis. c. exposuisti. Est enim hoc verum secundum eum quòd vbi reus confitetur coram Papa defectum suum etiã de quo in libello contra se dato, nihil tangitur, potest, & cõsueuit Papa sic confitentem priuare suo beneficio, & quòd in alio vltra petita in libello potestatem non habente: secus esset secundum Compo. de rescript. mandatum. & Archid. de iureiur. cum impositionibus: sed non placet: quia prædictum. c. deniq;. in fine pręcedens in tempore hanc decretalem, quia illa à Coelesti. iij. & ista ab Inn. tertio emanarunt, loquitur generaliter, & tamen in suo sensu contrario innuit

11 quod hîc dicitur. † Et ideò Collectarius forsan hoc pręuidens, prælibata dicta sua dicens illa intelligenda, nisi vbi crimen confessum contingeret negotium de quo ageretur: vt prędicto. c. deniq;. in fine. vel quantum ad pœnam extraordinariam: quia ratione confessionis testis bene punietur extraordinaria pœna: vt. c. cum dilectus. & c. deniq;. allegatis. à contrario etiam si esset facta extra iudicium: vt notant Inn. & Compo. in prædicto. c. per inquisitionem. ar. de probat. per tuas. quia hoc non cedit in præiudicium tertij, & ibi secundum Hostiẽ. remittitq; ad notata. l. di. de pœnitentibus. & per Archid. de offic. dele. c. primo. libro sexto. super verbo indaginem. vbi notat indistinctè, quòd propter confessionem extra iudicium factam quis non punitur, & de hoc etiam notatur infra. c. proximo. secundum eum. Sed caue: quia contra talem coniunctum per testes potest iudex sine accusatore ex officio inquirere, & ex eisdem actis, si se legitimè non excuset punire: vt scripsi in c. vt nostrum. infra vt ecclesiastica beneficia in vltima suppletione glossæ tertiæ. in ver. item. adde alium casum, & pleniùs in consilijs meis consilio nonagesimoquarto. in magna addit. circa vigesimum dubium illius additionis, & vtrobiq; omninò videas.

12 Tertia conclusio Inn. est ista † quòd non solum ordinarius: sed etiam delegatus, tunc confitentem potest punire, & eandem quæstionem posuit in prædicto. c. peruenit. Et idem videtur hîc velle Hostien. in eo: quia hoc recitat, & non impugnat: sed dicit dominus Martinus quòd hoc est sibi minus dubium. eo quòd iudex delegatus nullam potestatem nisi in sibi commissis, vel in connexis, sine quibus commissa expedire non potest: vt supra de officio deleg. prudentiam. § sexta. fatetur tamen quòd hoc nunquàm reprobari vidit: sed nihilominus credo prima facie quòd Inn. bene dixit, & est ratio quòd prædicta decretalis deniq;. in fine per quam omnes, & etiam ipse Mar. declarant, & iustificant istam decre-

talem fundat se in contingentia causæ, & ibi notat per Bernardum in vltima gl. vbi etiam per concordantias, hic persuadentes reperies † delegatus autem cognoscit etiam de his
13 quę non sunt sibi commissa, dummodo sint contingētia ad principale negotium specialiter sibi commissum etiamsi, nō necessariò ad illud contingant, si etiam sine illis possunt expediri: vt infra de donatione inter virum, & vxorem. c. de prudentia. cum ibi notatis in secunda gl. vbi reperies etiam concordantias hic probantes. ar. ff. de procuratoribus. l. ad rem. & l. ad legatum. nam non solum ea quæ sunt sub mandato inclusa: sed etiam ea quæ sunt proxima, videntur inclusi sub mandato. arg. ff. mandati. si mandato T. tij. §. fi. & notatur per Inn. de electio. c. in causis. faciunt notata per Bernardum. de officio deleg. præterea. in glo. vltima. & quod ibi
14 scripsi in primus quinq; quęstionibus. Quæritur † iuxta pręmissa vtrum confessio extraiudicialis contra delatum de crimine delictum huiusmodi plenè probet, & videtur quòd non ex his quę scripsi supra post Collectarium, & fuit hoc obtentum semel in Agnania me pręsente, in consilijs rotæ, saltem quoad poenam ordinariam infligendam, & probatur per. c. quàm sit graue. infra de excessibus pręlatorum, vbi præsbyter beneficiatus confessus crimen adulterij se commisisse, non deponitur ab ordine, nec priuatur à beneficio: sed solùm suspenditur: vt ibi notatur per Ber. Inn. & Hosti. quanquàm hoc ad indicendam purgationem sufficeret: vt ibi notatur per Host. ar. supra. c. proximo. & ideò gl. per Bartolū approbata. ff. de adulterijs. l. capite quinto. notat quòd confessio extraiudicialis non probet, nisi ad confitentem torturę subijciendum: in delictis enim probationes luce clariores esse debent. C. de probationibus. l. fi. si tamen ipsa confessio causat crimen eius, probatio crimen probat. quoad poenam pro illo crimine huiusmodi confessionis imponendam etiam sine accusatore si sit notoria: vt legitur, & notatur in præallegato. c. quàm sit graue. Supple glossas in gl. prima. in fine. secundum Io. & quę sit ratio notatur de ordine cognitionum. capitu. secundo. in fine penultimę glossæ. In glossa vltima in fine modus est Venetorum, & est simile de priuilegijs. cum olim. ij. & si ad literam intelligas de sarracenis captiuis, qui vendi poterant, & in pecuniam redigi, idē erit secundum Host.

SVMMARIVM.

1 Errorem post sententiam corrigi speciale esse.
2 Errorem post sententiam nocere dolo aduersarij intelligendum est.
3 Confessionem lite non contestata sciens revocat, limito vt nu. 4.
5 Iuris, aut errore, aut ignorantia confessionem non reuocari.
6 Confessionis factæ errore, aut ignorantia emissa quem pœnitere. Nec errore confessionem factam valere nu. 16.
7 Errorem allegans confessionem reuocat.
8 Confessionem erroneam in integ. restitutione reuocari.
9 Confessio quibus casibus non noceat.
10 Furiosum confessionis vinculo non obstringi.
11 Impuberem confessione non obligari.
12 Confessionem sententiæ æquiparari. Et minoris confessionem non tenere verius est.
13 Coactam confessionem non obligare. Amplio, si fiat in tormentis, & cur inuenta fuit quæstio: nu. 14.
15 Confessionem eiusque qualitates veras esse oportere: nec veritati contrariam obesse. nu. 17.
18 Impossibilitate iuris, aut naturæ confessionem non valere.
19 Interrogatum non clarè respondere cogi posse.
20 Incertitudinem confessioni obesse in actionibus in personam, si in rem actum sit, aliud esse nu. nu. 21. Aliud etiam in confessione contentiosa nu. 22 23. & 25. & 26.
24 Causam certam actioni in personam inferi debere.
27 Confessionem voluntariam, absente parte nullam esse. Limito si in iudicio fiat nu. 28. & 30. Hoc tamen accipiendum. vt nu. 31.
29 Absenti & testimonia, & vltimas voluntates prodesse.
32 Confessionem contentiosam absente parte non probare verius est.
33 Inductis modo non alij fauere non debere.
34 Inducta ad obligandum non probare.
35 Confessionem voluntariam publico instrumento insertam probare.
36 Confessionem alicui nocituram nullius esse momenti. Idemque iuris esse si de re, cuius nullum ius habeat, confessus sit nu. 37.
38 Procuratoris excedentis mandatum confessionem non obesse. & nu. 41. Idem si dolo libere confessus sit nume. 40. 41.
39 Voluntariam, & contentiosam iurisdictionem differre. & nu. 76.
42 Pupillo, authore tutore, agente, illum respondere non cogi.
44 Mandati specialiter delictum ratumue habenti factum procuratoris nocere. Idemque iuris esse in generali mandato factum spectātio nu. 45. & quid in confessione aduocati nu. 93.
46 Contumaciam procuratoris quando domino noceat.
47 Procuratore contumace, dominum appellare non prohiberi: nec debere expensas. & quid hoc accipi debeat nu. 48.
49 Negligente procuratore, sibi imputet, qui eum elegit & nu. 51.
50 Dominum casu, qui procuratori accidit excusari.
52 Confessionis effectum duplicem esse.
53 Confessum extra iudicium non obligari. & an partem adesse oporteat numero. 54.
55 Enunciatiua verba non disponere nisi ex præsumpta mente testatoris.
56 Confessum donationis caussa etiam non vrata obligari. & sensus. l. ex hac scriptura. de donat. ff. nu. 57.
58 Confessionem non disponentis sine causa non tenere. Vltimam tamen voluntatem sine eius adiectione valere. nu. 59.
60 Enunciatiuis verbis liberationem, si id agitur, induci. & probari. & partem adesse oportere, aliàs probationem solum inducunt numero. 61.
61 Confessione etiam sine causa liberationem induci.
63 Liberationem vltima voluntas etiam non disponēs an inducat, an probet solum, & quomodo probandum. nu. 64.
65 Iudiciariam confessionem etiam sine caussa, & etiam enunciatiuam, & liberare, & obligare. Limito vt nu. 79.
66 Renunciationem iuri, & extra, & intra iudicium, & sine caussa absenti prodesse sibiq; obesse.
67 Confessum præcepto, non condemnatione statuto termino cogendum esse.
68 Confessio quam actionem pariat. & an ex ea competat iudicis officium nu 69 & dominij nunquid translatiua sit nu. 70.
71 Erroneam confessionem quandocunque ante sententiam reuocari: limitatur tribus casibus. nu. 72. & error quomodo hic accipiendus. numero 73. 77. & 78.
74 Confessionem, lite non contestata errore etiam non probato reuocari. & quid lis sit contestata nu. 75.
80 Confessionem contra legem factam non censeri.
81 Confessio errore iuris contra se an contrarij probatio sit admittenda.
82 Errore confessum rei veritatem probare satis esse. Amplio vt nume. 83. & quid, & quando probandum. numero 84. 85. & 92. declaratur. nu. 86.
87 Lite sententia, aliouè remedio finita reuocationi locum non esse. Amplio vt nu. 88.
89 Iracundè confessum tunc obligari, cum de re constat. & intellectum ad l. vnde Neratius. nu. 90.
91 Reuocationi quando, vel non locus sit & nu. 94.

CAP. III.

Ex parte Abbatis. ¶ Ista decretalis repetita est per Paulum. Cas. Confessio facta per facti errorem non nocet, si ante finitum negotium de errore docetur prima pars narrat factum: secunda prouidet iudicem instruendo, ibi cum igitur. ¶ Expone literam *Abbatis*. nomen est solicitudinis, notatur de ætate, & qualitate. c. tuam. aliquando tamen ęquiparatur Episcopo de officio deleg. c. vltimo. in principio libro sexto. *Conuentus*. ethymologiam huius vocabuli vide. xv. distin. c. primo. & copulatio Abbatis, & Conuentus facit ad notata

sua do

fua de refcript.edoceri.de procuratoribus.c.primo.& in Speculo de actore ad finem verfu non obijcitur prælato *monaste rij*.ficut etiam appellatur locus canonicorum regularium, de ætate.c.intelleximus.de priuilegijs.cum olim.ij.per Archi. de electio.c.ex eo.libro fexto.tamen aliud eft monafterium, aliud ecclefia.x.quæftione.j.c.j.liiij.dift.§.de feruis.*proponitur*. per querelam inter ipfos monachos &c. videlicet nomine monafterij:quia aliter non poffunt.xij.q.j.non dicatis. not. Inn.de officio ordinarij.quanto,& prædicto.c.edoceri. fic enim debet libellus concipi de probat.ex literis.& intelligitur hoc fine expreſsione:vt hic,& de iuramento calumniæ. cum caufam.*ex parte vna*.videlicet agente,de probat.c.licet. nam fi effent rei,non tractarentur coram feculari de foro competenti.c.fecundo.&.c.cum fit. Hoft. tamen intelligit quòd erant rei,quod poteft effe verum in caufa reconuentionis fecundum opinionem quæ habet,quòd clericus poteft reconueniri coram feculari quæ tamen non placet Pau lo.*vxoris*.cuius nomine agit,etiam fine mandato:vt hic, & fupra de procura.c.conftitutis.præftita cautione de rato.C. de procura.l.maritus.quod intelligit Hoft.in parafernalibus mulieris,non in dote in qua agit ea inuita.C.de rei vendic.l. doce.vel dic:vt tollas omne dubium quod à muliere habebat mandatum Pau.quod profequere:vt notatur in prædicto.c.conftitutis.*œconomus*.ad lites de iuramento calumniæ imperatoris,alij conftituuntur ad feruandum de officio ordi.cum vos.*quedam*.non dicit quę nec eft vis.quia poftquàm petitur iuris definitio debet docere per inftrumenta, vel per teftes.C.fi minor folu.mat.di.l.omnia.&.l.fi.idem fi non doceat dummodo petat reftitui propter confeſsionem.ff.e. l.certum.§.penultimo.infra de in integrum reftitu.fi aduerfus.li.vj.Paulus.fed hoc intellige fanè:vt ibi fcripfi,& infra dicam *nullam*.quoad principale:quia grauamen,labor,& expenfæ vertuntur in probatione erroris: *errorem facti*. talis ignorantia femper excufat ignorantia iurisquandoq; fic,quandoq; non:vt notatur prima quæftione.iiij.§.notandum.& licet non extra iudicium in damno vitando,nocet tamen in iudicio,notatur.ff.eo.l.prima.*in iure*.i. coram iudice in tali caufa,pro tribunali fedente,aliàs cenfetur facta coram priuato.C.de liberali caufa.l.interrogatum,cum gl.fua.& idem fi proteftetur,quòd non intendit confiteri: vt notatur.ſ.de lite conteftata.c.j.& de ordine cognit.c.fecundo.Paulus. *tenemur*.ergo not.quòd confeſsio procuratoris nocet domino de caufa poffeſsio.cum olim.i.vide inter quęftiones meas,quęftione.lxx.& dicam infra poft iudicium graue:quia de modico non curatur,notatur de in integrum refti.c.fecundo.*negotio*.i.caufa.de verb.fignifi.forus.verfu negotio.*generari*.directè,vel indirectè.ſ.de tefti.ex tenore fecundum Nouellam, nec mireris:quia confeſsio fyndici à prælato, & conuentu conftituti in iudicio.& infra fines mandati facta ipfo iure præiudicat,licet fi à folo prælato conftitutus effet,non plus quàm prælati confeſsio præiudicare poffet,vt colligitur ex lectis,& notatis.infra de teftibus præfentium. lib.vj.& fupra de elect.dudum.fecundo.licet fecus fi extra iudicium cõfitetur,maximè fi gratuitè,vel extra mandatum: vt colligitur ex notatis per Inn.de refcriptis.edoceri.de iudic.caufam. vt lite non conteftata.c.primo.argu.de offic.delegati. cum olim.fecundum Mar.*finito*.quibus modis dicatur finiri negotium,patet ex lectis,& notatis.infra de litis conteftat.c.exceptionem.lib.vj.vbi de hoc plenè fcripfi. & dicitur finiri. tranfact.vel fententia,quæ in rem tranfiuit iudicatam, & & tunc etiam finitur reuocatio de re iudicata fuborta vbi de hoc per Hoft.Paulus *nominis*.loquitur ergo nedum in minore:fed etiam in reftitutione quę datur maiori concordat. l.error.C.de iuris,& facti ignorãtia.Paulus noceat qualiter confeſsio clerici fuper crimine facta coram iudice feculari nocet fibi tanquàm extraiudicialis,& quæ differentiæ inter iudicialem,& extraiudicialem fatis fcripfi fupra de iudicijs. ac fi clerici ad finem primæ oppofitionis.Sed opponet de.c. quod femel.infra de regulis iuris.li.vj.fed refpondetur: quia

aut cõftat,quòd errauerit,& habet locum quod hic dicitur, aut conftat quòd non errauerit,& habet locum regula, aut dubitatur,aut præfumitur non erraffe: quia non præfumitur,qui dixiffe,quod mente non geffit.ff.de fupellectili lega.l.labeo.Paulus error eft,qui aliter eft quàm credatur, tamen aliud eft error,aliud ignorantia,aliud turbatio:vt notat Archid.xxxviij.diftinct.quanuis igitur *poterunt*.directè, vel indirectè fecundum Inn.& Hoft.*docere*.vide de reftit.in integrum.c.vltimo.libro fexto.& dicunt quidam tunc neceffe probari errorem quando triduum eft elapfum aliter ĩ triduum fieret reuocatio nudo verbo.C.de errore aduocatorum.l.tertia.remittit Hoft.ad fummam fuam.eo.tit.§.primo.& Nouella ad notata fua infra de cenfibus.olim. Caue tamen quia dicit Collect.quòd error iuris non bene probari poteft,fi deliberatè facta fuit confeſsio:fecus fi calore iracundiæ facta fuiffe probaretur:vt notat Bernardus de diuortijs ex literis.in gl.fed nunquid,& Inn.infra vt ecclefiaftica beneficia.c.vt noftrum.ar.de iureiurando.c.cum in po
t fitionibus.libro fexto.¶ Primò opponitur in verbo † quia imò,& poft fententiam,poteft error corrigi: vt.C.de iuris, & facti ignorantia.l.j.&.ff.ad fenat.confnl.mace.l.tamen fi. &.ff.de re iudicata.l.nefennius.§.fi.&.ff.de fideiufforibus.l. fideiuffor.Solutio illa fpecialia funt,& omninò iungas ea quę fcripfi infra de in integrum reftitutione.c.fi aduerfus.in expofitione literæ fuper verbo finitam,& in tribus quęftionibus,& earũ remiſsionibus,& pleniùs in.c.exceptionis.de
a litis conteftatio.lib.vj.¶ Secundò † opponitur de.l.admonendi.ff.de iureiurando.&.ff.de re iudicata,& eius effectu.l. diuus.& quando actio de peculio eft annalis.l.prima.§.vltimo.&.ff.de inftitoria actione.l. habebat.in quibus etiam poft fententiam non nocet error. Solutio in omnibus illis cafibus interuenerat dolus aduerfarij,& ideò fententia nun præiudicat:vt.ff.de iudic.l.fi prætor.&.ff.quod cum eo.l.fed fi ex parte.§.penultimo.&.C.de procuratoribus.l.licet. vel ibi intolerabiliſsimus fuit error,fecundum Philip.

¶ PRIMO quæritur ibi *error facti*.an hoc locum habeat in confeſsionibus,quæ fiunt ante litem conteftatam. fuper quo remittit Nouella ad notata Bernar.infra titulo primo. quoniam contra in gloffa, & taciturnitas,quę inter ifta videtur differentiam facere,& etiam ad notata. ff. de dolo.l. quidam.& etiam ad notata fua poft Dynum infra de regulis iuris.c.præfumitur ignorantia.libro fexto.vide Iacobum de arena dicebat de eo qui confitetur ante litem conteftatam,
3 aut fcienter,aut ignoranter. † fi fcienter etiam ante litem cõteftatam reuocat.ff.de rei vendicatione. l.is qui.§.cæterum. de noxalibus.l.electio.§.fecundo. Fallit quando cum captione aduerfarij.ff. de interrogatorijs actionibus.l.de ætate.& cum actore à certa perfona nolente rem petere,alius fe obtulit,dicens fe poſsidere.ff.de rei vendicatione.l.fin autem. aliâs licet captio,fic pœnitet:fed tenetur de dolo.ff.de dolo.
4 l.penultima.& de petitione hæreditatis.l.qui fe liti. † fed fi lis conteftata eft non pœnitet,nifi actori obijciatur fua fciẽtia:vt dicta.l.is qui.&.l.fequenti.Nam hoc ipfo captio eft,fi caufæ inftantia appareat,& fic non licet: vt prædicta. l.de ætate.§.celfus.& fibi non placet quod aliqui dicunt locum effe pœnitentiæ nifi res fit vfucapta. Si autem ignoranter ante litem conteftatam,multò fortiùs reuocat, quàm cum fcienter de quo fupra per prædictam.l.is qui.cum concordãtijs poft litem verò conteftatam reuocat fi iuftam habeat ignorantiam,aliâs non:vt prædicta.l.de ætate. ad finem.& ff.ad velleia.l.fi mulier.fi autem poft litem conteftatam facta fuiffet confeſsio,& per fcientem non reuocaret.ff.de donat.l.quidam.ff.de confeſsis.l.is qui.& de interrogatorijs a-
5 ctionibus.l.noluit. † Sed fi per ignorantem,& fuit error,vel ignorantia iuris non reuocat.ff.de confeſsis.l.non fatetur. nifi effet miles.C.de iuris,& facti ignorantia.l.prima.vel fœmina,vel rufticus fortè fi iuris periti copiam habere non potuerunt, vt.ff.de iuris,& facti ignorantia.l.regula.§.fed fi in
6 iure.&.ff.de bonorum poffeſsione.l.in bonorum. Si † fue-

rit error,vel ignorantia facti probabilis,reuocat ante ſentẽ
tiam,facta fide de errore,poſteà non vt hîc,& C.de iuris,&
facti ignorantia.l.error. Si verò error nõ erat probabilis,nõ
reuocat,vt prędicta.l.de ætate.ad finem.& ff.de iuris, & fa-
cti ignorantia.l.nec ſupina.&.l.regula.§.ſecundo.eod titu.ali
qui tamen dicunt indiſtinctè errorem reuocari poſſe arg.ff.
de condictione indebiti.l.ſed & ſi me putem.ſecundum No
nellum. Hoſti.autem infra de fide inſtrumentorum cum Io.
in alia materia laxando videtur dixiſſe,quòd confeſsio iura
ta non poteſt reuocari:quia reuocando,vel dolum,vel teme
ritatem propriam allegaret,quod intelligit dominus Mar.
in iuramento de veritate,non autem in iuramento,de cre-
dulitate,ſuper quo vide Cynum in.l.vna . C.de confeſsis.io
quæſtione vndecima.vbi omninò vide Ia.de Butrigarijs,&
Bartolum.

¶ SECVNDO quæritur onnquid reuocetur error hoc
ipſo quòd confeſſus dicit ſe erraſſe,& rem aliter ſa habere,
videtur quòd ſic:quia pręſumitur ignorans,qui non proba-
tur ſciens.ſ.de regulis iuris.c.pręſumitur libro ſexto . cum
7 concordantijs . † Reſpondet Iacobus de Arena,quòd præ-
ſumitur rem ſic eſſe:vt confeſſus eſt,niſi probet cõtrarium.
ar.C.de errore aduocatorum.l.ſecunda.ſed probato contra-
rio eliſa eſt confeſsio,ſicut & pręſumptio eliditur per pro-
bationem contrarij.infra titulo primo propoſuiſti.&.c. li-
cet.ff.de iure dotium.l.nuptam.de fideicommiſſarijs liber-
tatibus.l.generaliter §.ſi petitam.& ſi aduerſarius replicat de
ſcientia audietur argumen.C.de euictionibus . l.penultima.
&.ff.de adminiſtratione tutorum.l.quidam.vel poteſt dici,
quòd reuocans debet iurare ſe per errorem confeſſum,qd
fateri non debuit,argu.C.de his qui ad eccleſias confugiunt.
ſi.infra de ſententia excommunicationis.Si verò.& hoc in
confeſsione non iurata in palatio apoſtolico communiter
obſeruatur:ſed primum dictum magis.ſ.placet.
8 ¶ TERTIO † quęritur,verum ipſo iure an verò per viam
reſtitutionis admittatur quis contra ſuam confeſsionem. Ia
co.de arena tenet,quòd per viam reſtitutionis in integrum
allegat.ff.de confeſsis.l.cum fideicommiſſum.&.l.certum.§.
minorem.eo.tit.ſed contra.C.de iuris,& facti ignorantia.l.
error.vbi dicitur,quòd negotio non finito non nocet,ſi nõ
nocet,igitur non eſt neceſſaria reſtitutio.C.in quibus cauſis
in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria.l.tertia . ſed ſoluit
Iacobus dicens,quòd non nocet inſpecto exitu,qui per reſti
tutionem in integrum habebitur,facit.c.ij.infra de in inte-
grum reſtitutione.libro ſexto.vide Cynum.in prædicta.l.er
ror.& gl.in.l.de ætate.§.fin.& Azonem in ſumma.eo.titu.&
Dynum infra de regulis,quòd ſemel.libro ſexto.parum an-
te medium,& de modo probandi errorẽ ſiue ignorantiã.vi
de gloſſam.ff.de accuſationibus.l.ſi cui.§.primo.Supple gloſ
ſas in glo.prima.ibi *poſt litem*.& ante:vt notatur.infra eo.tit.
c.primo.in gloſſa prima libro ſexto per Ioãnem Andręam.
Vnde in hoc per omnes repræhenditur iſta gloſſa : quia iſte
titulus habet locum etiam ante litẽ conteſtatam:& ibi prę-
iudicet de tacita confeſsione per productionem priuilegij,
vel inſtrumenti,ao prę iudicet,remittit Nouella ad notata
ſua,infra de exceptionibus.c.cum venerabilis.in gloſſ.veri-
ficari.& in gl.quaſi dicat,& de ſententia excommunicatio-
nis.c.olim.ſuper gloſſa penultima.& ibi plura de hoc notan
tur.ſecunda quæſtione prima.c.ſecundo:&.C.eodem titulo
de confeſsis.l.vnica.& vtrobiq; notatur verſus,Minor ſpon
te ſciens &c.vt in gloſſa finali huius decretalis , & in Specu-
lo de confeſsis.§.ſecundo.& per Hoſti.in ſumma eiuſdem ti
tuli.§.primo.& vtrobiq; plenè de & ibi maior , & cõpos mẽ
9 tis.† Confeſsio enim furioſi non nocet:cum nullum nego-
tium contrahere poſſis infra de ſucceſsionibus ab inteſtato.
c.finali.ff.de regulis iuris.l.in negotijs Item requiritur,quòd
ſit principalis dominus,non procurator,de hoc ſupra vt lite
non conteſtata.c.primo.Hoſt.& ibi confeſsionem,& eccle-
ſia infra de reſtitutione in integrum.c.ſecundo.libro ſexto.
& ibi.§.ſi debitum & §.præcedenti.vbi ſatis de hoc , & in
prædicta.l.vna.C.eodem titu.& per Dynum in regula quod
ſemel placuit,ampliùs diſplicere non poteſt.de regulis iuris.
& pleniùs in Speculo de confeſsis.§.tertio.verſu ſi autem.&
ibi contra ius,vt ſi Chriſtianus confiteatur ſe ſeruum Iudęi
de Iudæis.c.vltimo,vel maritum Iudęæ vigeſimanctaua.qõ.
prima.c.caue.& ibi confeſsione,de hoc pleniùs in Speculo
de confeſsis.§.primo.& ibi non nocet quaſi fauor,ſcilicet li-
bertatis repugnet:ſed propter illud quod ſequitur ,oelitis
exemplificatur de fauore matrimonij.per.c . ſuper eo . & de
eo qui cognouit conſanguineum,& de vtroq; vide in Specu
lo de confeſsis.§.ſecundo.verſu decimo.in gloſſ.vltima . ibi
finito negotio : finito verò negotio à quo appellatum non eſt,
finitur reuocatio erroris.C.de tranſactionibus. ſub præte-
xtu.infra de re iudicata.cum inter.Hoſtien.Si verò appella-
tum eſt,adhuc locus eſt correctioni ſecundum AEgidium,
& Speculatorem,qui in titulo de confeſsis.§.finali.verſu pe-
nultimo.& in fine vbi de hoc.¶ Expeditus de his quæ com
muni lectori poſſunt ſufficere ad tractatum pleniorem ac-
cedamus.quem poſſumus per tres articulos expedire , circa
ſingulos articulos formando ſingulas quæſtiones , Primus
articulus eſt de impedimentis confeſsionis.Secũdus de eius
effectu.Tertius de eius reuocatione.

De impedimentis confeſsionis *Rubrica.*

¶ QVARTO principaliter quæritur quę ſunt illa,quæ
poſſunt impedire ne confeſsio valere poſsit:ad quod reſpõ-
deo quòd ſaluo iure melioris compoti,nouem impedimen-
10 ta notari poſſunt.¶ Primum † impedimentum eſt furor
ipſius confitentis,vt infra de ſucceſsionibus ab inteſtato.c.
finali.Captio enim mentis mentem , & intellectum impe-
diens,impedit omnes effectus.qui à mente,& intellectu ne-
ceſſario procedere habent:vt infra de homicidio.c.ſi furio-
ſus.in clementinis cum concordantijs ibi ſignatis , & facit
quod ſcripſi in quarta ſupplitione primæ gloſſę.ſaluo quòd
ſi non eſſet cõtinuus furioſus,ſed p dilucida interualla,& tẽ
pore confeſsionis,ceſſaret furor ,ceſſaret impedimentum
huiuſmodi à furore procedens:vt. C.de cura furioſi.l.penul
tima.& ſi.quod notatur in prædicta clemen.in gloſſa ſecun
11 da.¶ Secundum impedimentum eſt † defectus ætatis , & ſi
ſit infans,conſtat quòd non valet eius cõfeſsio propter de-
fectum intellectus,eadem ratione,ſicut de furioſo eſt dictũ:
vt prædicta clemen.cum ibi notatis in tertia gloſſa & ſi dor
miens verba confeſsionalia promeret,idem eadem ratione
cenſeretur per prędictam clemen.cum ibi notatis.& gloſſa
quarta.de pupillo autem infante maiore ſi tutore caret , vel
ſi tutorem habet,& eius authoritas non interuenerit,idẽ dã
cimus:vt.ff.de confeſsis.l.certum.§.in pupillo , cum ibi no-
tatis Fallit tamen ſecundum quoſdam in caſibus,in quibus
ſine tutore poteſt eſſe in iudicio:vt in momentanea poſſeſ-
ſione:vt.C.qui legitimam perſonam habent ſtandi in iudi-
cio.l.momentaneæ primo reſponſo.& interdicto de libero
homine exhibendo,vt.ff.de libero homine exhibendo.l.iij.
& in alijs caſibus,qui notantur de reſtitutione ſpoliatorum.
ex parte.& de iudicijs.c.finali.libro ſexto.& in Speculo de
actore col.quarta ne principis authoritate decipiatur , cum
eo litigans.ſed Paulus. poſt Cynum.C.l.vna.in principio.la
tiùs circa hoc diſtinguit ſic:quia aut minor caret tutore,&
curatore , & habet bonorum ſuorum adminiſtrationem,
aut non,ſi ſic,aut confitetur in cauſa,in qua habet legitimã
perſonam ſtandi in iudicio , & tunc valet eius confeſsio . C.
ſi per vim,vel alio modo.l.prima.aut in cauſa in qua nõ ha-
bet.&c.& tunc per viam contentioſę iuriſdictionis , & tunc
non valet eius confeſsio C.qui legitimas perſonas ſtandi in
iudicio habeant , vel non.l.momentaneæ.§.vltimo. Aut cõ-
fitetur voluntariè,& tunc aut eſt pupillus,& non valet eius
confeſsio:vt prędicta.l.certum.§.in pupillo.aut eſt adultus,
& tunc valet confeſsio:vt.ff.de manumiſsis vindicta.§ ſi mi
nor.ſi verò non habeat adminiſtrationem,tunc aut eſt adul

tus,an

tus, aut pupillus. Si est adultus tunc aut confitetur cum au-
thoritate curatoris, & tunc valet eius confessio, sed restitui-
tur: vt prædicta. l. certum. § minoré. & C. si tutor vel. c. inter
uenerit. l. secunda. Aut confitetur siue authoritate curato-
ris, & tunc aut confitetur super his quæ pertinent ad solen-
nizandum iudicium, & tunc non valet, & sic intelligitur. C.
de authoritate tutorum. l. clarum. quia solennitas personæ
tunc requiritur. Aut super his quæ pertinent ad veritatem
perquirendam, & tunc valet cófessio, sed restituitur: vt prę-
dicta l. certum. § minorem. quia tunc de solennitate perso-
næ nõ quæritur: de veritate enim interrogatur, & iurat. in-
ducit notata in prædicto § minorem. Caue tamen, quia qui
dam excipiunt vnum casum, videlicet in spiritualibus per
notata. ff. de minoribus. l. ait prætor. circa principium & su-
pra de restitutione spoliatorum. c. ex parte. & infra de iudi-
cijs. c. si auuum libro sexto. sed illud continetur sub alio mé
bro supra tacto, scilicet de illis in quibus habent legitimam
personam standi in iudicio. si autem est pupillus, aut est ma
11 ior in fante, & tunc valet confessio salua prędicta distinctio
ne facta de adulto, quę necessarió hîc locũ habet, videlicet
cum authoritate tutoris: sed restituitur vt prędicta. l. certũ.
§ in pupillo. Aut est infans, & tunc non valet etiam cum au-
thoritate tutoris: quia nec sic in iudicio esse potest. ff. de ad-
12 ministratione tutorum. l. prima. § in causis. Accursius † tamé
in prędicto § minorem. tenet quòd sententia est nulla, si mi-
nor sine tutore fuit in iudicio per. l. non eo minus. C. de pro-
curatoribus. & Hostien. in summa. eo. tit. § primo. quia in cõ
fessione adest consensus confitentis, nõ in sententia. Petrus
dicit quòd sicut sententia nulla sic confessio. quia vtraq; p-
cedit in inuitum per modum contentiosę iurisdictionis: vt
prædicto § minorem: intelligit quando tutore & curatore
carebat, & hôc verius, quod hîc ampliùs non discutio: quia
alibi de hoc dixi, & de his notatur per Cynum. C de confes
sis. l. vna. circa principium. & in decimaquinta, & in vltima
quęstionibus Lignanus autem simpliciter tenet hîc, quòd
minor læsus ex confessione, restituitur aduersus eam: quia
licet persona eius quantum ad standum in iudicio, in qui-
busdam causis sit habilitata, non propter hoc perdit minor
priuilegium restitutionis, eò quòd exorbitantia non reci-
piunt extensionem facit C. de in integrum restitutione. l. si
curatorem. & quod not. gl. C. si de momentanea possessione.
l. vna. & Archid. xv. quęstione. iij. certis. & Host. in summa
eo. titu. in principio. & c. si aduersus. de in integrum restitu-
tione. libro sexto. iuncto quòd ecclesia æquiparatur minori
13 &c. ¶ Tertium impedimentum est † coactio voluntatis, vi
delicet cum quis non sponte, sed coacté confessus est: vt. ff.
de quæstionibus. l. prima. § diuus. de quo hic in glossa pri-
ma. versu item sponte. nisi in ea cessante metu, vel violen-
tia perseueraret: vt prædicta l. prima. § si quis vltro. & nota-
tur per Cynum. C. de quæstionibus. l. finali. in quinta quæ-
stione: sed contra, quia iura præcipiunt aliquos ex certis cau
sis torqueri. infra de deposito: c. primo. & de regulis iuris. c.
cum in contemplatione. & quinta quæstione quinta. c. illi.
14 vbi de hoc. † Sunt enim inuentæ quæstiones ad veritatem
eliciendam: vt. ff. & C. de quæstionibus. per totum. Respon-
detur quòd hoc verum de confessio. vltronea, vel perseuerá
ti, & non de confessione tantùm, videlicet cum cessat terror
tormentorum, & dum est extra locum tormenti, ita quòd il
la non videat, aliâs semper præsumitur in tormento confi-
teri: vt. ff. de incẽdio, ruina, & naufragio. l. si ex incẽdio. & no
tatur supra quòd metus causa. c. primo. nec obstant notata
Inno. de officio delegatì causam matrimonij. in glo. secunda
in fine: quia ibi loquitur de metu iniurioso partis, hîc loqui-
mur de facto iudicis, qui in dubio non præsumitur iniustè
agere. Et licet coacta cõfessio. xv. quæstione prima. meritò.
15 non tamen spontanea quę sola præiudicat † vnde nõ solùm
requiritur confessio vera: sed etiam eius qualitas, & sic non
obstat quòd qualitates, & accidentia non habent immutare
substantiam: quia non omnis confessio nocet: sed solùm li-
bera, & spontanea secundum Pau. sicut in alia materia dici-
mus, quòd prælati electio non valet nisi sit libera, & spon-
tanea. viij. q. prima dilectissimi. de electione. c. bonæ. cum
similibus. argumen. de sponsalibus. c. cum locum. & hoc est
fundamentum optimum ad probandum quòd electio sum-
mi pontificis, & cuiuslibet alterius prælati à coacta volunta
te procedens, est ipso iure nulla de quo scripsi multum latè
in opere meo nouissimo intitulato de ostentatione verita-
16 tis. libro tertio. ¶ Quartum † impedimentũ est error ipsius
confitentis: vt hîc in gl prima. versu, Item quòd ex certa scié
tia, super quo vide Bartolum. ff. de confessis. l. non fatetur. &
Cynum, & Butrigarium. C. de iuris, & facti ignorantia. l. er-
ror. & Cynus de confessis. l. vna. in vndecima quęstione. qđ
intellige: prout dicam infra circa materiam sexti articuli.
17 ¶ Quintum † impedimentum est manifestatio contrariæ
veritatis, vt. ff. de interrogatorijs actionibus. l. confessioni-
bus. & l. is cuius. & ff. ad legem Aquiliam. l. inde Neratius. §
finali. & quia requiritur manifestatio, & per consequens ꝙ
constet de contraria veritate confitentis, qui de hoc se iuuat
onus probandi incumbit, & sic intelligo quod hîc Bernard.
& Accur. C. eodem. l. vna. dicunt quòd oportet, quòd si res
de qua cum alio sit actio de quo ibi per Cynum circa prin-
cipium & de hoc etiam dicam in sexto articulo. ¶ Sextum
18 † impedimentum est impossibilitas iuris, vel naturæ, aut
fraus, vel fauor, seu incertitudo rei confessatæ. sed aduerte:
quia duo prima, scilicet impossibilitas iuris, vel naturæ, ad
impedimentum proximè præcedens referuntur, ac ipsum
specificant, & declarant, & intelliguntur secundum illud, vi-
delicet solum in casu in quo de impossibilitate huiusmodi
patenter constet, & sic intellige quod hîc notatur in gl. ver-
su. Item requiritur quòd nõ sit contra naturam, & versu, vel
si quis. & versicul. item quòd non sit contra ius, cum supple
tione, quam ibi dedi. Tertium verò de fraude conuenit cum
tertio impedimento, de coactione voluntatis. sed & vltra
patet huius exemplum cùm in fraudem creditorum debi-
tor confitetur: vt. ff. de his qui in fraudem creditorum. l. ter-
tia. & per totum. Et notat Cynus. C. eo. circa principium. &
ante principium primæ quæstionis. Vel si [illegible] de coniugi-
bus in fauorem alterius, & in fraudem legalis prohibitionis
confitetur alteri coniungi magnam summam se debere, aut
prælatus contra prohibitionem iuris rem immobilem alie-
nate cupiens in fraudem dictæ prohibitionis confitetur ne-
cessitatem, vel vtilitatem ecclesiæ hoc exposcere ad quod
infra [illegible]dibo. Quartum verò de fauore exemplificatur. vt si
confiteor me esse seruum tuum, nam tunc fauor libertatis
impedit ne confessio mihi obsit, vt. C. de liber. causa. l. inter
rogata. & l. parentes. Quod intellige, nisi confessio fieret iu-
dicialiter contentiosè: vt. l. iubemus. eo. ti Sic intellige quod
hîc notatur in primæ glossæ, & quod ibi scripsi in vltima
suppletione. Quintum verò de incertitudine rei confessatæ
satis de se patet, & probator. ff. eod. l. certum. in principio. &
hoc verum secundum Paulum si omninò incertum est. Se-
19 cus enim si certificari posset ex alijs. Plus † dicit quòd respõ
dens tenetur claré respondere: vt prædicta l. de ætate. § qui
tacuit. cum. § sequentibus. de pœnitentia, distinctione secun
da. c. secundo. & si non vult respondere claré, habetur pro
confitente, vel negante: prout magis expedit aduersario: vt
prædicto § qui tacuit. vt infra eodem. c. secundo. libro sexto.
remittit Paulus ad specul. de positionibus § nouum in fine
versu, quid si quis contradicit. postea addit Paulus ea quæ
scripsit Cynus C. de litis contestatione. l. vna. in vlma quæ-
20 stione. ¶ Septimum † impedimentum est defectus, seu in-
certitudo legitimę causæ: vt. ff. de probationibus. l. cum de
indebito. § fi. infra de fide instrumentorum. c. si cautio. quod
habet locum in personalibus, & sic procedit quod notat Spe
culator titulo de confessis. § nunc videndum. versu, si autem
non fuit causa, saluo quòd facit probationem semiplenam:
vt ibi notat Speculator, & Accursi⁹. C. de conueniendis fisci
21 debitoribus. l. vltima. libro decimo. Sed † secus in realibus: vt

prædicta.l.certum.§.ſed & ſi fundum.& eſt ratio diuerſita-
tis:quia in vna re non niſi vnicum,& ex cauſa vnica poſſum
habere dominium.ff.de verbo.obligat.l.vbi.§.ſi.inſtituta de
actionibus.§.hc itaq;.ĩ.de fide inſtrumentorum.c.inter.§.cę
terum.in fine.ſed in perſonalibus ad eandem rem, poſſum
ex pluribus cauſis plures habere obligationes.ff.de actioni-
bus empti.l.non eſt nouum.& ſibi in realibus non eſt,neceſ
ſe poteſt aliqua incertitudo in re confeſſata,cum res de cu-
ius dominio agitur eſt certa.argu.infra de teſtibus.licet ex
quadam.ff.ſi certum petatur.l.certum.de liberis poſthumis
& heredibus inſtituendi.l.nominatim.ſed in perſonalibus
eſt incertitudo ſuper re confeſſata, videlicet ſuper debito,
ſeu obligatione ar.ff.de leg.primo.l.cum incertus.Igitur nõ
mirum ſi vna propter incertitudinem vitietur,& non alia
vt prædicta.l.certum.in principio.§.primo.& allegat Petr⁹
in ſimili.ff.de exceptione rei iudicatæ.l.& an eadem.§.actio
nes,per quam legem dicunt Pe.& Cy.C.de probationibus.
l.non epiſtolis.& Henricus hic in realibus cauſam non re-
quiri,& ideò in eis valere confeſsionem ſine cauſa ſic.ff.de
probationibus.l.quidam.&.l.vltima.argumen.infra de re iu
dicata.c.Abbate.libro ſexto.ſed ratio pręcedens videtur mi
hi clarior.Aliam rationem inducebat quidam doctor ſubti
lis,videlicet q non oẽs cauſę.i.obligationes pariũt actiones
vt.ff.de pactis.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.&.§.quinimo.
ſed non procedit hoc de iure canonico.xij.q.ij.c.quicunq;
ſuffragio.&.c.quia Ioannes.& de iureiurand.c.ex reſcripto.
ſupra de pactis.c.primo.vbi de hoc pleniꝰ ſcripſi,& eo.titu.
c.quoties.Caue tamen,quia hoc quod prædixi confeſsionẽ
in perſonalibus,ſine cauſæ expreſsione non obeſſe duplicẽ
22 recipit reſtrictionem.Prima reſtrictio eſt † quia locum ha-
bet,quoad obligationes duntaxat,non autem quoad libera-
tiones:vt.ff.de pactis.l.tale pactum.io principio.& in auth.
de teſtibus.§.licet:collat.vij.quod intellige reſpectu effectus
probandi liberationem:quia de effectu liberationis, aliter
infra dicam.& eſt ratio diuerſitatis,fauor liberationis.ff.de
actionibus & obligationibus.l.Arrianus.& de regulis iuris.
l.fauorabiliores.& quia plus deſtruit negatio,quàm affir-
matio ponat:quia negatio deſtruit,id quod eam ſequitur.ff
de rebus dubijs.l.ſi is cui ducenta.§.vtrum.ideò ſi profiteor
tę non teneri mihi in decem,fateor te oon teneri ad ea, ex
quacunq; cauſa,& ſic nulla incertitudo,ſic ceſſat ratio legis
cum de indebito.§.ſi:& idem fortè in alijs pactis ſuper libe-
ratione factis etiam nec expreſſam,nec tacitam diſpoſitio-
nem habentibus:vt ſi confiteor te ſoluiſſe,& eſt ratio huius
quia multiplicatio obligationum nunquàm præſumitur: vt
prædicta.l.cum de indebito.§.primo.& quia pręſumitur fa-
cta ſuper obligatione grauiori.ff.de ſolutionibus.l.prima.
argumen.§.& licet alleg.licet lex tale pactum.ſecũdum com
munem opinionem loquatur de habente tacitam diſpoſi-
tionem liberatoriam:vt hic notatur per Henricum argumẽ
to prędictę.l.iuregentium.§.pactorum.&.ff.de probationi-
bus l.ſi pactum.quod licet non valeat ad liberationem,dum
ſit in abſentia partis ſecundum eum.Secunda reſtrictio eſt,
23 † quod dixi confeſsionẽ in perſonalibus ſine cauſæ expreſ-
ſione non valerę,ad extraiudicialia dũtaxat reſtringi debet
nam in iudicialibus valet,& nocet confeſsio,ſine cauſæ ex-
preſsione,etiam in perſonalibus obligationibus, & proba-
tur ſic:quia regulam certã habemus,q valet confeſsio io iu
re facta.ff.&.C.eodem titul.l.prima.nec reperimus textum
qui excipiat iſtum caſum.argumento.ff.de interrogatorijs
actionibus.l.prima. &.l. voluit.§.quod ait. & probatur in
prędicta.l.certum.§.& ſi alia.facit quia in iudicijs quaſi con
trahimus.ff.de peculio.l.tertia.§.idem ſcribit.modo obliga-
tio contrahenda cauſam non requirit.Sed confeſsio extra-
iudicialis non parit obligationem.ff.depoſiti.l.publia.in fi-
ne ſecundum Petrum,& Cynum.C.de non numerata pecu
nia.l.generaliter.in tertia quęſtione.ſed & alia reddi poteſt.
Ratio enim quare cõfeſsio de re incerta nõ valere,nõ fuit:
quia res incerta deberi non poteſt:quia imò poteſt:vt.ff.de
legatis primo.l.cum incertus.&.l.legato generaliter.& de iu
re dotium.l.cum poſt.§.gener.ſed & ratio quia confeſsio fa
cta de re incerta non videtur facta bene deliberatè.ideò no
24 fuerunt iura talem vacationem obeſſe. † Item quia agi non
poteſt in perſonalib⁹ niſi certa cauſa expreſſa ſupra de libel
li oblatione.c.finali.infra de cenſibus.peruenit.C.de ędicto
diui Adriani tollendo.l.final.ff.quando di.legati cedit.l.hoc
legatum.facit.ff.de iureiurando.l.duobus.§.colonus.& de in
ſtitoria.l.habebat.& arborum furtim cæſarum.l.prima.&
l.ſi colonus.modò confeſsio regulariter non parit effectum
obligationis:ſed bene probationis:vt præallegata.l.publia.
in fine.Probatio autem non poteſt fieri niſi primò detur li
bellus,ſuper modo agendi,ac lis ſuper eo conteſtetur ſupra
vt lite non conteſtata.per totum.Dari autem non poteſt li
bellus ſuper incerta obligatione:vt probatum eſt,nec ſuper
incerto poteſt ferri ſententia inſtituta de actionibus.§.cura
re.C.de ſententijs quæ ſine certa quantitate proferuntur.l.
hęc ſentẽtia.& per totum progreſſum illius tituli.& poteſt
hoc probari per textum argumento petito à conſequentia,
in.l.ſexta.§.item ſi plures Herotes.ff.de rei vendicatione. vn
decima quæſtione tertia.c.graue.Quod autem ſententia fer
ri certa debeat probatur ratione vrgenti,& inuincibili: ſen
tentia enim debet eſſe conformis libello,textus eſt aureus
in.l.vt fundus.ff. communi diuidundo.atqui libellum cer-
tum eſſe debere reſponſum eſt à iureconſulto in.l.ſi io rem.
ff.de rei vendicatione.ergo & ſententia.Procedit hoc in tan
tum licet ſuper incerto actum ſit,notatur in dicto.§.cura-
re.& per ſcribentes in.l.finali:poſt Accurſium.ff.ſi quis in
25 ius vocatus non ierit.Sed † caue:quia confeſsio facta iudi-
cialiter parte pręſente ſuper incerto bene pręiudicat in effe
ctu:quia iudex captis pignoribus,vel per cenſuram,ſi ſit ec-
cleſiaſticus talem compellere debet, ſuam confeſsionem de
clarare:vt prædicta.l.certum.§.primo.cum ibi ootatis in gl.
vel debet haberi pro confeſſo,ſi non reſpondet certum,vt
infra eo.c.ſecundo.libro ſexto.quod intellige:vt ibi dicam
& vide Cynum.C.de iuramento calumniæ.l.ſecũda.§.quòd
ſi actor,& Bartolum in prædicta.l.certum.§.primo.ſed ſe-
cus in extraiudiciali:quia ibi ceſſat officium, & remedium
de quo ſupra.Si verò detur libellus certa obligatione confeſ
ſio ſequens illam non probat:quia extra confeſsiones artis
malæ poteſt argui ab indefinita ad aliquam ſingularem:vt
colligitur ex notatis Dyni in rubrica de regulis iuris libro
ſexto.& per Ioannem Andręam.de electio.vt circa.in glo.
omnium.non enim ſequitur,debeo tibi decem ergo ex cau-
ſa mutui,nec operatur confeſsio niſi propoſita,& probata
iudicialiter : quia extra iudiciũ nullus poteſt tibi ius dicere
vt.C.de iudæis.l.nullus.ſed prædicta ceſſant in confeſsione
26 iudiciali † quia quæ in præfationibus dicuntur &c.ff.de ver
borum obligationibus.l.titia.§.idem reſpõdit.per quod in-
fertur illam referẽdam,ad cauſam ex qua pręagitur.argu-
mento.C.de ſentẽtijs quę ſine certa quantitate proferun-
tur.l.ſecunda,& tertia.Si autem actuor eſſet generaliter, &
libellus admiſſus,licet admitti non deberet iuxta.l.finalem.
C.de annali exceptione.putarem etiã valere confeſsionem
generalem,pro eo quia parit obligationem,& propter au-
thoritatem iudiciorum,cui illudi non debet.ff.de iudicijs.
l.ſi prætor.non enim eſt veroſimile,quòd quis coram aduer
ſario,vel iudice ſuo loquatur cõtra ſe indeliberatè. argumẽ
to.C.arbitrium tutelę.l.finali.& præmiſsis concordat in ef
fectu hîc Henri.licet per alia verba.Dicit enim,aut confeſ
ſio emiſſa ſine cauſa ad obligandum emittitur,ſuper articu
lo requirente cauſam,vt in perſonalibus,& tunc non valet,
etiam ad probandum,vt in Speculo eodem titulo.§.nunc vi
dendum. Aut ſuper articulo non requirente cauſam,& tũc
valet ſaltem ad probandum:vt io realibus ſecundum Cy-
27 num.in.l.generaliter.allegata.¶ Octauum † impedimẽtum
eſt abſentia partis,ſecundum communem opinionem gloſ
ſarum.argumento.ff.de interrogatorijs actionibus.l.finali.
&.ff.de confeſsis.l.certum.§.ſi quis abſente.& notat Accur.
in prędicta

in prædicta.l.fi.&.C.eodem .l.vna.& de conueniendis fisci
debitorib⁹.l.fi.& prędicta.l.cum de indebito.§ fi.& Bernar.
hic in glossa.prima versu.item quòd aduersarius sit præsens
& idem etiam hic notat Host.Petrus verò,& Cynus in prę
dicta.l.generaliter.in quarta quæstione, & hic Henricus in
prima dist.ad casum vnicum hoc restringunt,videlicet cùm
in contentioso iudicio per modum contentiosæ iurisditio-
nis proceditur,& sic intelligunt.l.fina.ff.de interrogatorijs
actionibus.& prædicto.§.si quis absente.& est ratio:quia ta-
lis confessio hoc casu parit obligationem:vt legibus allega
tis,& in prædicto.§.item scribit.quę absenti non quęritur
insti.de inutilibus stipulationibus.§.alteri ex defectu con-
sensus.ff.de pact.l.prima.de donationibus.l. si absenti.& de
28 prębendis.c.si tibi absenti.libro sexto.secus verò † secundù
eos etiam in iudicio,si fieret confessio per modum volunta-
riæ iurisditionis:quia talis confessio valeret secundum Pe-
trum,& Cynum.C.de Epi.& cle.auth.generaliter.& prædi
cta.l.non nudis.sic intelligunt.ff.rem pupilli saluam fore.l.
non quasi.& de magistratibus conueniendis.l.prima.§.exi
gere.& prędicta authen.generaliter.ratio diuersitatis, quia
cum agitur contentiosè,quęlibet pars pro se prosequitur.ff.
de re iudicata.l.de vno.ideò non oportet quòd iudex sup-
pleat personam partis:sed sibi proceditur voluntariè nō vo
catur pars,& ideò iudex supplere habet. In extraiudiciali-
bus verò dicunt non requiri præsentiam partis, & probat
Pet.primo quia non reperitur iure cautum, quòd requira-
tur argumen.in auth.de triente,& semisse.§.consideremus.
&.C.de collat.l.illud.facit.ij.q.quinta.consuluisti.de transla-
ti.Episco.c.inter corporalia.§.sed neq;. Secundò quia quod
de vno dicitur.&c.ff.de iudicijs.l.si pretor.C.de procurato-
ribus.l.maritus.de pręsumptioni.c.nonne.modo lex finalis,
de interrogatorijs actionibus.&.§.si quis pręsente.loquitur
solùm in iudiciali.Tertiò quia cessante ratione legis &c.ff.
de iure patronatus.l.adigere.§.quanuis.modo ratio iurium
dicentium in confessione iudiciali,requirit partis præsen-
tiam,est quia non potest quæri absenti,vt dictum est, alle-
gat Henri.ff.de verborum obligationibus.l.j.de actio.& obl.
l.consensu.instit.de obl.qui ex contractu nascuntur in prin
cipio.modo ista ratio cessat in extraiudiciali:quia illa non
29 parit obligationem:vt.l.publia.in fi. † Quartò quia in de-
positione testis valida ad probandum non requiritur par-
tis præsentia:vt notatur infra de testibus.c.secundo.Quin-
tò quia in vltimis volutatibus, quæ fiunt in absentia par-
tis.de legatis secundo.l.cum pater.§.sutdo.C.quando dies le
gati cedit.l.finali.valet confestin facta causa expressa,etiam
ad obligandum:vt.ff.de libera.legat.l.legaui.§.vltimo.&.C.
de falsa causa.l.prima.& tamen de illis ad ista bene arguit.ff.
de legatis primo.l.seruum filij.§.cum qui.& de legatis tertio.
l.qui Chirographum. & infra de concessione præbendæ:
quia cunctis. versu:sed extitit,& tamen ex vltima volunta-
te,dispositiua,non autem ex enunciatiua quæritur absenti,
quod intelligit Petrus de confessione non tendente nisi ad
effectum probandi:quia si tenderet ad effectum obligatio-
nem,vel liberationem disponendi:secus esset per præmissa:
vt prędicta.l.tale pactum.&.ff.de donationibus.l.nuda.& de
solutionibus, & liberatio.l.si cum Cornelius.quod intelli-
git Cynus quoad effectum disponendi volens dicere: secus
de effectu probandi etiam in confessione ad dispositionem
tendente,quod facit ad vnum,quod infra dicam.Paulus au
tem primo arguit,quòd in confessione iudiciali non sit ne-
cessaria prę sentia partis,nam non est illa necessaria in extra-
iudiciali,& tamē hic sicut ibi quasi contrahimus: facit quia
etiam extra iudicium solo consensu,etiam inter absentes cō
trahitur obligatio.ff.de actionibus,& obligationibus.l.con
sensu.&.l.obligationum.§.primo.item quia iudex est publi-
ca persona per quam absenti quęritur,atq; subuenitur sub-
30 iectis de vsuris.quanquàm.libro sexto.Posteà subdit † quòd
opinio Petri satis videtur æqua,videlicet quòd non sit ne-
cessaria præsentia partis,vbicunq; in absentia partis iudex
procedit,quia si valent acta absenti,& contra absentem pro
quo allegat.c.primo.de electione.libro sexto.& notata Inn.
de dilationibus.præterea.cur non valeat confessio ratio nō
apparet.de renunciationibus autem extra iudicium facta.di
cit Paulus quòd nocet,& prodest cuilibet absenti,& ei pa-
rit exceptionem,allegat notata Inn.& Host.de renunciatio
ne.c.veniēs.Subdit tamen Lambertum sic distinguere.Aut
fit ad obligandum,& non nocet,nec in iudicio, nec extra:
quia hic non interuenit consensus obligatorius,aut ad pro-
bandum,& illa absenti prodest: vt prædicta.l.publia.§.Ti-
tius.aut ad liberandum,& tunc valet:vt.ff.de liberatione le-
gata.l.Aurelio.§.primo.Henricus autem de confessione in-
diciali.dicit primo quòd si fiat coram iudice proprio, non
tamen pro tribunali sedente,sed in domo,vel in campo exi
stente,perinde est ac si coram priuato fieret:vt.C.de libera-
li causa.l.interrogatam.&.C.de dilationibus.l.à procedente.
31 secundum Host.i.hic. † quod intelligit quando tendit ad li-
tis decisionem:quia tales non possunt fieri,videlicet iudicia
liter,sic vt pro confessionibus iudicialibus habeantur, nisi
iudice pro tribunali sedente:quia in eo casu sententia,& cō
fessio pari passu ambulabant:vt.ff.de iustitia,& iure.l.penul
tima.Præterea talis confessio importat causæ cognitionem,
& ideò non potest de plano fieri.C.de dilationibus.l.à pro-
cedente.ff.de officio proconsulis.l.nec quicquam.§.vbi de-
cretum.sed si fieret,& tenderet solùm ad præparationem iu
dicij,tunc secus:quia quolibet loco fieri posset: vt.ff.de in-
terrogatorijs actionibus.l.voluit.§.vltimo. & idem si fieret
per modum voluntariæ iurisditionis,vt obligationes,& ga-
giamenta,vtendo vulgari laicorum.quia quæ inter volen-
tes fiunt vbiq; fieri possunt:vt.ff.de manumissis vindicta.l.
non omninò.vbi hoc notat gl.& instituta de lib.seru.&.ff.
de officio proconsulis.l.secunda.& in his satis concordant
Petrus,& Cynus.C.eo.l.vna.quicquid hic notet Hostien.se-
cundum ipsum Henricum.Item scias quòd hic tractauit
Paulus qualiter confessio facta coram non suo iudice valet,
vel non valet in alio,de quibus satis scripsi in prędicto.c.
per inquisitionem.& plenius in prædicto.c.at si clerici.Item
tractat de confessione facta coram arbitro,& recitat dicta
Petri,qui simpliciter,quòd non valet: vt iudicialis: sed de
hoc dicam infra titulo primo.c.præsentata.vbi magis pro-
priè cadit.Item tractat de eo,quod tactum est in principio
huius additionis,recitans dicta scribentium,& nihil addit,
& finaliter remittit ad speculum & ad Hostien. in summa.
Item addit Lignanus quòd si fit coram non iudice,ante aliā
prorogationem non operatur vim prorogationis, & con-
fessionis.Secundò quòd si fit coram iudice proprio pro tri
bunali sedente,& confitens protestetur quod non intendit
loqui in iudicio,seu tanquàm coram iudice,adhuc idem: vt
supra de ordine cognitionum.cum dilectus.in principio.ibi
circa litis cōtestationem,secundum Hostien.hic,& ibi.Ter
tiò quòd hoc cessante facta coram iudice proprio pro tribu
nali sedente,& aduersario præsente etiam sine causa,statim
valet secundum Hostien.& Nouellam in.c.si cautio.ac obli
gat,& probat:vt.C.eo.l.vna.&.ff.de interrogatorijs actioni-
bus.l.illa.&.l.si sine.&.l.voluit.§.quod ait prætor.&.l.de æta
te.§.qui interrogatus.&. ff.eodē.l.prima.&.l.certum.seruatis
versibus quos ponit Host.in summa.eodem titulo.§ quali-
ter.etiam si processus iudicis aliâs non valeret argumento
supra de restitutione spoliatorum.pisanis.Quartò quòd fa
cta vt supra parte absente per modum voluntariæ iurisdi-
tionis,prodest absenti,quia talis est intentio iudicis,secun-
dum Petrum:vt dixi supra,vt.l.non quasi.&.§.exigere.& au
then.generaliter.allegatis.Quintò à duobus dictis supra ꝓ-
ximis excipit,primò in mutuo:quia competit exceptio nō
numeratæ pecuniæ.&c.Secundò in dote eodem modo &c.
vt.C.de non numerata pecunia per totum.& de dote cauta
non numerata.l.vltima.& authē.ibi posita,licet secus si per
modum contentiosæ iurisditionis in vtroq; casu,parte ta-
men præsente,eo quòd tunc censeretur confiteri inuitus.ff.

de verborum obligationibus.l.inter stipulãtem.§.stichum.
secundum Petrum,& Cynum.C.de non numerata pecu.l.
in contractibus.quod intellige in obligatorijs,vsq; ad bien
nium,& in liberatorijs quinq; concurrentibus vsq; ad tri-
ginta dies:vt dicta.l. in contractibus.& hoc dum impugna
tur propter non numerationẽ:secus enim si diceretur,nõ ita
gestum,siue factum,quia tunc exceptio esset perpetua : sed
excipiens tunc probaret,& sic statim obesset confessio , sic
procedunt notata Lamberti.C.e.l.vna.& sic non est fauora-
bilior actio,quàm exceptio secundum Butrigarium in.l.ge
neraliter.& in.l.in contractibus.Sextò dicit quòd confessio
emissa per modum contentiosæ iurisditionis in vtroq; ca-
su,parte absente,non valet.ff.de interrogatorijs actionibus.
l.vltima.quia tunc non est intentio iudicis supplere perso-
nam partis:vt ibi & prędicta.l.de vnoquoq;.secundum Pet.
Septimò quòd illud verum olim vbi non solebat quis absen
ti condemnari,vt prędicto.§.si quis absente.sed quia hodie
contractu heremodicio,potest iudex absentem damnare.
C.de iudicijs.l.properandum.§.primo.supra de dolo,& con
tumacia.c.causam.&.c.prout.Etiam hodie prodest absenti
confessio:quia præsentia habetur pro absentia:vt quia sen-
tentia,& confessio ambulant pari passu secundom Pet . &
Cy.in auth.generaliter.&.C.e.l.vna.& Hosti.in prædicto.§.
qualiter.versu verum est autem .de extraiudiciali dicit Hen
ricus primo secundum Accur.& sequaces in.l.si.& in.l.cum
de indebito.§.si.& de conueniendis fisci debitoribus.l.si . &
Bernar.& Host.hic requiri partis præsentiam ,nisi fiat per
nuncium.vel epistolam,& prędicta.l.publia.secundum Iac.
de Rauena.in prędicta.l.certum.licet Io.infra de successio.
ne ab intestato.c.si.super verbo confitentem.&.xv.q.vlti.in
summa.& Hugusio eadem causa,quęstione quinta.presby
ter.teneant quòd nec facta parte pręsente,valet etiam ad ꝓ.
bandum.Secundò dic sequendam communem opinionem
doctorum legum,videlicet talem non inducere obligatio-
nem,licet Ia.antiquus doctor quem speculator sequi vide-
tur teneat contrarium,ratio quia verba enũciatiua non dis-
ponunt.vt .dicta. l.nuda. &.C.de testamento militis . l . ex
his.& quia iste non est de modis obligationem inducendi:
vt.l.patre furioso.&.§.placet.Fatetur tamen quòd probatio
nem facit,& vtrunq; dicit probari.in.l.publia.§.fin.allegata.
nisi dispositionem annexam,vel verbis,vel literis contine-
ret,de qua tunc obligationem pareret.C.de non numerata
pecunia.l.generaliter.& per totum.& instituta de literarum
obligatione.per totum.Tertiò dicit quoad probandum ibi
non requiritur partis præsentia,& ad hoc adducit rationes,
quas tetigi supra post Pe.Fallit secundum eum cum non fit
animo confitẽdi,sed propter aliud.vt.C.de probationibus.
l.non epistolis,&.l.non nudis.& prædicta.l.ex his.& melius
ff.familię erciscundę.l.qui familiæ.&.ff.de testamẽtis.l.neq;
professio.&.C.de falsa causa adiecta.l.prima.vbi de hoc po
nit Cynus post Petrum vnam magnam distinctionem . Se-
cundò fallit super crimine quoad viam triplicem iuxta.c.su
per his.&.c.qualiter.secũdo.de accusationibus.vt.c.at si cle-
rici.de iudicijs.nisi esset notorium,de accusationibus.c.eui-
dentia.& secunda quęstione prima.de manifesta.vel nisi es-
set orta infamia,vel scandalum:quia tunc puniretur,saltem
extraordinariè.ꝫ.e.cum super.& infra de excessibus.c.quàm
sit.remittit ad Innocentium,Ber.& Hostien.& Compo.de
electione,& electi potestate.per inquisitionem.& ad Specu
latorem eodem titulo.§.nunc videndum.versu nunc dicen-
dum restat,& ad Io.decimaquinta quęstione vltima.in sum-
ma.& ad Vgusionem , & Archidiaconum in prędicto.c.
præsbyter.sed de hoc videlicet qualiter inducat dispositio.
nem obligationis,vel liberationis fortè infra dicam.Quid
32 dicendum? † breuiter opinio Pe.Cy.& Hen.quę habet quod cõ
fessio facta corã iudice ꝓprio ꝓ tribunali sedẽte in absentia
partis,dum agitur in modum iurisditionis contentiosę nõ
probat hactenus mihi non placuit,nec etiam placet hodie
etiam si heremodicium cõtractum non fuerit,vtpote,quia
pars sit absens,sed non per contumaciã:quia nõ video quo-
modo melior debeat esse conditio contumacis , quàm non
contumacis.ff.de negotijs gestis.l.siue hæreditaria.de inter-
dictis,& relegat.l.relegatorum.in fine.infra de præbendis.c.
eum qui . in principio.libro sexto.Pręterea quanquàm pre-
dicti probent,quoad obligandum,tamen quoad probandũ
non inferunt,& sic tollitur.l.finalis. ff. de interrogatorijs
actionibus.in fine.ibi & responso suo conuenire non posse
quia de effectu probatur,non loquitur,nec video rationem
quare confessio extraiudicialis facta parte absente ,quæ ꝓ-
bat secundum eos,esset maioris authoritatis,quàm iudicia-
lis facta in absentia partis,nam iudicialis authoritas effectũ
confessionis attenuare non debet,sed potiùs fortificare,ne
ludibrio sit,vt.l.si pretor.allegata.&.ff.ne quid in loco pu-
blico.l.si.in fine.maximè:quia in iudicijs,& præsertim corã
iudice præsumitur quis loqui magis deliberatè . Præterea
33 † quãquã iura velint quòd actus iudiciarij in fauorem par-
tis præsentis,& in pręiudicium partis absentis celebrari nõ
valeant,nisi vocata per cõtumaciam se absentauerit.C.quo-
modo & quando iudex.l.ea quæ.C.si per vim , vel alio mo-
do.l.si.& ita loquitur.l.de vnoquoq; negotio.allega. tamen
non reperio quòd in fauorem partis absentis valere possint
dummodo aliàs non deficiant in substantialibus suis:vt prę
dicta.l.properandum.§.j.ij.&.iij.quod enim in fauorem ab-
sentis introductum est,ne contra eum in eius absentia pro-
cedatur,non debet dum de eius fauore agitur in læsionem
ipsius retorqueri.C.de legibus.l.quod fauore.& eo.ti.ff.l.nul
la.& infra de regulis iuris.quod ob gratiam.libro sexto.Prę-
34 tereà † si non valeret:vt iudicialis,non video cur valere nõ
deberet,saltem:vt extraiudicialis supposita eorum opinio-
ne,quòd habet quòd extraiudicialis valeat ad probandum,
pro quo bene faciunt notata Inn.in prędicto.c.per inquisi-
tionem.in glossa magna.nec obstat.l.certum.§.si quis absen
te.quia loquitur de obligando liberto patrono,pro operis,
& sic de effectu obligandi,& non de effectu probandi.nec
obstat quod ibi dicitur quòd non debet pro iudicato habe-
ri:quia non solet quis absenti condemnari:quia non loqui-
tur de effectu probationis:sed de effectu sententię ad finem
executionis,vel in modum actionis,quę ex re iudicata de-
scendit:vt.C.de rebus creditis.l.actori.vel officij iudicis de
quo.ff.de minoribus.l.minor vigintiquinq; annis cui fidei-
commissum.de rei vendicatione.l.qui restituere . & ne vis
fiat ei.l.tertia.in principio.de quo forsam infra dicam : vt si
concordet dictus.§.cum alijs iuribus.C.de inofficiosis doti-
bus.l.vna.infra de electionibus.cum expediat . libro sexto.
Præterea quis diceret confessionem factam in libello , vel
positione,aut exceptione,vel commissione,seu appellatio-
ne,vel producto parti absenti non prodesse?existimo quòd
nullus etiam secundum Henricum hic,& Bartolum in prę
dicto.§.si quis absente.& Nouellam infra de iureiurando.
cum in positionibus.libro sexto.argumen.C.de liberali cau
sa.l.cum precum. & tamen in his casibus magna ratio spe-
cialitatis non apparet.De extraiudiciali autem confessione
facta in absentia aduersarij,qualiter valeat verè dubius sum
35 † & imprimis dico aliquos casus esse certos in quibus valet
huiusmodi confessio ad probandum primus est cum emit-
titur in libello oblato principi:vt prædicta.l.cum precum.
Secundus est cum emittitur per Epistolam vel nuncium di
rectam, seu directum,per confitentem absenti:vt prædicta
l.poblia.§.finali.cum ibi notatis.Tertius est cum emittitur
in publico instrumento cum deliberatione cõfecto animo
confitendi,seu asserendi dispositiuè , pro vero:vt . C . arbi-
trium tutelæ.l.finali.C.de non numerata pecunia . l.genera-
liter.& authen.contra qui propriam.& infra titulo primo.
per tuas.sed & alium licet mihi aliqualiter dubium addere
possum,videlicet cum quis deliberatè,& ex proposito , &
principaliter animo confitendi,& recognoscendi veritatem
coram aliqua persona ad hoc per eum vocata , vel reddita
attenta,& fortiùs,si plures essent,confitetur,seu dispositiuè
asserit se

asserit se debere aliquid certum per ipsum nominatim ex-
pressum alicui certæ personę, per eum specialiter nomina-
tę, licet absenti, tunc enim satis crederem talem confessio-
nem prodesse absenti, ad probandum, & si procedat opinio
Petri, Cy. & Henr. sed si vel causa truffę, vel causa solatij, aut
indeliberatè, seu ex abrupto ex calore, vel lapsu linguæ, seu
alia intentione, quàm animo confitendi hoc fieret, tunc se-
cus esset, & sic procedit opinio aliorum quam scripsi supra
in versu de extraiudiciali, dicit Hen. in principio & iura al-
legata pro vtraq; opinione ambo dicta probant: sed primú
dictum fallit, vbi confessus vellet in alium casum suam con
fessionem declarare per notata Inn. in c. per inquisitioné. &
in c. at si clerici. & in c. si. de successionibus ab intestato. al-
legatis quod tamen probare haberet: quia verba prima fa-
cie debent recipi in sensu quem sonant. ff. de supellectili le-
gata. l. labeo. ff. de rebus dubijs. l. si quis in ambiguo. si enim
diceret simpliciter se falsum dixisse suam turpitudinem alle
garet, & suam temeritaté, quę puniri deberet vt. ff. de actio-
nibus empti in. l. Iulianus. § primo. &. ff. ad Turpil. l. j. & hãc
communem ponit Ia. de Butrig. C. de iuris, & facti ignoran
tia. l. error. in vltima quęstione argu. C. de non numerata pe
cunia. l. generaliter. vbi etiam videtur poni ista ratio. &. C.
de seruo pignori dato manumisso. l. si creditoribus. &. ff. de
adoptionibus. l. post mortem, & per hoc non omninò pla-
cent nota. Host. de successionibus ab intestato. c. si propter
notata ibidem per Inn. vel sanè procedunt attento modo
agendi, super quo vide ibi Hostié. & vide etiam Dynum in
regula quòd semel placuit in alijs autem sto cum Pet. & cú
36 Henr. saluis quæ prædixi, & quæ infra dicam. Nonum † im-
pedimentum est defectus potestatis ex parte ipsius confi-
tentis, vt si quis confitetur pro se, & contra aduersarium nõ
valet, nec aduersario præiudicat: quia non potest hoc facere
confitens vt. xiiij. q. j. § primo. &. ff. de interrogatorijs actio-
nibus. l. de ætate. in principio. & in hoc omnes concordant.
Si verò quis partim pro se, & partim contra se confiteatur
sibi pręiudicet, vide plenè per Henri. infra de concessione
prębendæ. cum super. in prima distinctione. Item an con-
fessio facta cum determinatione nocet confitenti, nisi pro-
bet determinationem: tractat hîc Paulus: sed dicam de hoc
infra eo. statuimus. libro sexto. Item an negata maiori sum-
ma videatur negari minor, & etiam de eo de quo supra pri-
mo remisi ad notata Henr. in c. cum super. dicam in prædi-
cto. c. statuimus. Patet aliud exemplum, quando quis non cõ
fitetur contra se: sed contra alium, fortè nõ aduersarium: vt
quia interrogatus super obligatione, vel contractu, aut su-
per crimine alterius non pręiudicat alteri quoad plenam
probationem: quod tamen intellige, vt notatur per Cy. C.
de accusationibus, l. vltima. & per me plenius supra. c. proxi-
37 mo. Tertium † exemplum potest poni, vbi quis confitetur
super eo, quod non potest disponere, seu cui non potest re-
nũciare: nam tunc non valet confessio, vt notat Bartolus
ff. de verborum obligationibus. l. sciendum. &. ff. de castrensi
peculio. l. si fortè. argumento. ff. de nouationibus, & delega-
tionibus. l. doli. § diuersum. & quod notatur. C. de in inte-
grum restitutione minorum. l. de tutela. & quod legitur, &
notatur. l. prima, & secunda. de fide instrumẽtorum, & iure
hastę fiscalis. lib. x. C. vbi non præsumitur subhastatio: quia
requirit temporum interualla &c. Sed hoc verum in præiu-
dicium alterius, vtputa ecclesię, vel alterius personæ: & pa-
tet exemplum in prædicta. l. si fortè. quia castrensia donata
pater iure peculij occuparet. ff. de acquirenda, & repudian-
da hæreditate. l. placet. Sed vbi de solius confitentis præiu-
dicio ageretur, secus esset per prędicta, & facit quod scripsi
inter quæstiones meas, quęstione quinquagesima sexta.
38 Quartum † exemplum poni potest in procuratore, qui fines
mãdati excedẽs, cõtra dñm confitet, & in quouis alio admi-
nistratore extra fines suæ administrationis confitente: nam
si talis procurator, vel administrator extra iudicium confi-
tetur, clarum est quòd non præiudicat regulariter textus. de
in integrum restitu. si aduersus. libro. vj. à contrario secun-
dum Ioannem Andreã ibi. Si vero fit in iudicio, tunc si per
prælatum remittit Henri. ad notata per Ioan. & Archidia.
xxij. dist. Cõstantinopolitana. & ad alios. j. tit. j. præsentiũ.
libro. vj. & prædicto. c. si aduersus. Si autem per procurato-
rem non habentem mandatum, certum est quòd nõ nocet
nisi ratum habeat. ff. de interrogato. actio. l. si defensor. j. re-
so. Sed si mandatum habet speciale ad hoc, vel dominus rati
ficat. iuxta. l. fi. C. ad Macedonianũ. omnino sibi præiudicat.
ff. de interrogato. actionibus. l. qui seruum. j. responsio. in fi-
ne. videlicet in eodem iudicio. Sed in alio non licet domino
confitenti, etiam in alio præiudicaret, secũdum Compo. &
Nouellam in cap. per inquisitioné. Sed si solum habet man-
datum generale, siue procurator, tutor, curator, vel alius ad-
ministrator existat, & voluntariè confessioni se offert, non
præiudicat. vt prædicta. l. certum. § sed an & ipsos. Sed si ali-
ter in iudicio confitetur dum contentiosè agitur, & de ca-
lumnia iuratum est, vt ad positiones respondendo, præiudi
cat, sicut sententia. arg. ff. de re iudi. l. iiij. in prin. & § tutor.
ff. de procur. l. nõ solùm. in prin. C. de iuramento calumnię.
l. ij. § quo obseruari. j. de re iudicata. suborta. §. vt lite nó con
testata. c. j. vbi plenius scripsi in tribus primis oppositioni-
bus, & prima quęstione quę hîc iunge nisi reuocet, & con-
trarium probet vt prædicto. c. j. de officio delegati. cũ olim.
in fine, & sic secundum Henricum potest intelligi prędicto
§ sed an & ipsos: vt hic & infra de appellationibus. cum cau
sam. & de censibus. cum olim. secundum Accursium. in præ-
dicto § & Hostien. in summa eodem titu. § secundo. sub § do
minus causæ. & Specula. eodem titu. § sequitur videre. versu
decimoquarto. & § postremo. versu si verè fit. quod potest
etiam indirectè infra de testibus. ex tenore. secundum Host.
39 hîc, & est ratio diuersitatis inter voluntariam, & contentio
sam confessionem: quia talis non potest donare quod face-
ret si se offerret. ff. de pactis. l. pactum curatoris. & de trans-
actionibus. l. præses. sed contentio fertur in inuitum. ff. de
verborum obligationibus. l. inter stipulantem. § primo. &
quia sic euitat periurium, & agnoscit bonam fidem. ff. de ad-
ministratione tutorum. l. sicut. § quoties. super quo vide Cy
num. C. eodem. l. vna. & in prędicto § quod obseruari. & Ho
stien. in summa. eodem titulo. § qualiter. secundum Hostien.
40 hîc. † aduerte primo quia si dolosa esset confessio facta in
iudicio contentioso contra procuratorem, si soluendo esset
daretur recursus, & alioquin etiam maiori aduersus confes
sionem restitutio argumentu prædictę legis properandum.
§ primo. &. ff. de eo per quem factum est. l. fina. probato ta-
men dolo. ff. de probationibus. l. quoties. § qui dolo. Secun-
41 dò † aduerte quia etiam dum contentiosè agitur vltro obla
ta domino non obest: quia ad hoc dominus non tenetur, &
& sic voluntariè, non ex necessitate, & dolosè non ex bona
fide fieri videtur, & hoc videtur sentire Inn. in prædicto. c.
primo. circa medium magnæ glossę: vbi not. quòd si procu
rator scienter, & voluntariè producit falsa instrumenta,
non nocet domino, & iunge quæ scripsi inter conclusio-
nes meas palatij cõclusione cẽtesima vigesima. Eadem tunc
enim est ratio de contentiosa, sicut de voluntaria, & de iu-
42 diciali sicut de extraiudiciali. Tertiò † aduerte ad tutorem:
quia si cum eius authoritate agit pupillus, non tenetur tu-
tor respondere, & ideò non potest nocere pupillo eius cõ-
fessio, & sic intelligitur dicta lex certum. in § sed & an ipsos.
& prædictus § quod obseruari. Sed si ageret tutor, idé quòd
de procuratore dicendum est, saluis notatis Petri, & Cyni.
C. de his quibus vt indignis aufertur hæreditas. l. Polla. de
administratore ecclesiæ vide Cynum. C. hoc titulo. l. vnica.
& de sacrosanctis ecclesijs, rebus, & priuilegijs earum. l. iu-
bemus nullam. & canonistas in. c. præsentium. & c. si aduer
sus. & c. de constantinopolitana. allegato. & de tutore vide
Bartolum. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit. l. vni-
ca. § finali. Reassumit idem Bartolus in prędicta. l. polla. &
de prælato aliquid per Inno. de præscript. cum olim. in fine.

43 Quartò † aduerte de hoc quod in principio tetigi, videlicet dum procurator fines mandati excedit, quia nō prǫiudicat ff. mā. l. si procurator. quod quisq; iuris. l. tertia. §. si procurator. ff. commodati. l. argentum. de operis noui nunciatione. l. de pupillo. §. si plurium. primo responso. de exceptione doli. l. apud celsum. §. si quis non tutor. C. de procuratoribus. l. si procurator. argumen. C. de inofficioso testamento. l. si qs in suo. in fine. vnde vi. l. meminerint. & in regula iuris non debet argumento infra de appellationibus, significante. ff. mandati. l. diligenter. de officio delegati. cum olim. & c. cum
44 dilecta. de restitutiōe spoliatorum. pisanis. Quintò † aduerte ad delicta, quia si dominus mandauit specialiter sibi prǫiudicat, vt prǫdicta. l. qui seruum. ad finem primi responsi. & ff. ad leg. Aquil. l. proinde. §. primo. & ibi gl. & de cōdictione indebiti. l. si procurator. in principio. & si quis ius di. non obtem. l. prima. §. qui vi à me. & §. quoties. & §. deiecisse. C. de dignitatibus. l. quoties. de accusat. l. non ideò. cum ibi notatis. ff. ne vis fiat ei. l. prima. §. si domini. & hoc in eodem iudicio. Idem si cessante mandato speciali sequeretur ratihabitio: vt. C. ad macedonianum. l. finali. quia si culpam alienam facit suam, notatur prima. q. tertia. sic itaq; argumento. ff. de condictione indebiti. l. si procurator. xxxvij. qō. v. si quis se. lxxxiij. dist. quid prodest. de sententia excommunicationis. cum quis. li. vj. de reg. iur. c. rati. & c. ratum. & ratum habens quoad cōmodum, tenetur etiam ratum habere, quoad onus vt. ff. de exceptione doli. l. apud celsum. §. de authoris. & idē si lucrum ad eum peruenisset ex dolo: quia tunc de lucro teneretur: vt prædicta. l. apud celsum. §. illa etiam. & de dolo. l. non debet. §. fi. cum. l. sequenti. & se. ff. de tributoria. l. iij. §. lu-
45 lianus. Sextò † aduerte quòd cessante speciali mandato illi quoad hoc parificatur generale, si sub generali directè cadit factum procuratoris, nec reperitur racitè, vel expressè à iure, vel ab homine, à generalitate exceptum. ff. de administratione tutorum. l. si duo aliter. secus vt in casibus notatis per Cardinalem in regula, in generali. facias tamen differentiā inter causas, & casus iuxta no. gl. in cle. non potest. de procu. & no. in. c. sedes. de rescriptis. & idem dum venit inclusio in modum consequentiǫ maximè necessariǫ: vt. ff. de procur. l.
46 ad rem. & l. ad legatum. Septimò aduerte † quia etiam negligentia contumacia, vel imperitia procuratoris, quoad validationem processus nocet dño, & etiam quoad pœnā grauiorem: vt est excōicatio, vel damnum litis, si sciuerit dñs, & non prorogauerit, aliàs non, vt colligitur ex lectis, & notatis, prǫsertim & per Inn. in d. c. j. vt lite non contest. ff. si quis ius di. non ob. l. vna. §. si procurator. qđ quisq; iuris. l. iij. §. si procurator. de procuratoribus. l. qui proprio. §. adeò. ff. de damno infect. l. si quis missum. de reg. iur. l. neq; interdicto. ff. de procur. l. neq; ignorantis. ff. man. l. si mandato. in princ. de li. causa. l. in seruo. de exceptione doli. l. si procurator. ff. de acqui. pos. l. si. primo responso. nō obstat prǫdicta lex polla. quia ibi pupillus actionem cedendo liberatur, ar. ff. quando ex facto.
47 tu. l. j. & ff. de admi. tu. l. si. † Ideò propter contumaciam procuratori, non perdit dñs beneficium appellandi secundum Barto. notat Inn. in prædicta. c. primo. & scripsi plenè in cle. si ante. de dolo, & contumacia. nec condemnatur in expensis, secundum Bar. licet Inn. contra in prǫdicto. c. j. probatur dictum Bart. ff. si quis ius dicenti. l. prima. in fi. & quia delictum est causa condemnationis expensarum, quod non venit in generali mandato. ff. de his quǫ in fraudem creditorū l. si pater. ff. de condic. inde. l. si procurator. C. de administratione tu. l. non ignotum. vbi est casus secundum Barto. licet repelli possit dñs expensas non refundens, sed potest hoc sal
48 uari † de expensis contumaciæ, in qua solus procurator est culpa, & dictum Inn. in expensis causæ per dñm specialiter procuratori commissǫ, in quibus dominus non excusatur à culpabilis: secus si in vim gnalis mandati dño incōsultò procurator causam prosequeretur, quia tunc solus ipse de culpa notaretur, & sic posset esse locus opinioni Bart. plus dicit Bart. dominum non pati missionem ex secundo decreto propter contumaciam procuratoris: quia nimis est magni prǫiudicij, vt. ff. si ex noxali causa agatur. l. iij. & de damno infecto. l. hoc amplius. in fi. & vsufructuarius quēadmodum caueat. l. prima. in fi. Item pro eo quod dixi si non purgauerit. & c. facit. C. de execu. & transla. mi. anno. l. ij. li. xij. & C. de Sal. interdi. l. ij. & ff. de procuratoribus. l. non solùm. in princip. c. primo. & in speculo titulo de executione sententiæ. §. pri-
49 mo. Si † tamen argueretur propria contumacia domini: vt quia non facit quod facere debet. ff. si quis ius di. l. j. §. si procurator ipse punietur. ff. ma. l. si procuratorem. §. si tutores. de verbo. oblig. l. cum filius. §. in hac. & l. ad diem. ideò si dominus citatur ad causam mittit procuratorem negligentem de illius contumacia ipse tenetur, quia non fecit dominus, quod facere debuit. ideò contumax de iure cēsetur per prædicta iura argumen. ff. de arbitris. l. non distinguemus. §. pe.
50 cum ibi notatis. Tamen † propter casum contingentem in personam procuratoris excusaretur, sicut si contigisset in persona sua: vt. C. qui pe. tu. l. cum à matribus. ꝭ. de pign. c. significantibus. pariter tamen dominus propter contumaciam procuratoris etiam cessante propria culpa missionem ex primo decreto: quia non est tanti præiudicij: vt. C. de digni. l. quoties. imò & damnum litis, si non appellat procurator intra decem dies. vt. ff. quando appellandum sit. l. j. §. si. licet sibi succurratur quandoq; secundum formā. l. & eleganter. §. pe. ff. de dolo. secundum Bart. & prout notatur in §. fin. allegato nocet etiam imperitia procuratoris domino: vt dixi: vt si omisit producere iura. vel dare obiectus in termino aut appellare. vt dixi, aut rem meliorem, seu pro minori precio emere, vel ab emptione non vtili abstinere. ff. de procuratoribus. si defunctus. cum ibi notatis ex quibus causis in possessionē earur. l. secūda. quod cuiusq; vniuersitatis nomine. l. j. §. quòd si nemo. & l. ciuitates. ff. de procur. l. nō solùm. §. primo. cum ibi notatis. quando appellandum sit. l. j. in fine. ij. q. vj. biduum. versu si aduersus. & l. quoties. & c. si aduersus. allegar. & prædicto. c. primo. & C. de eroga. mil. an. l. fina. li. xij. & ff. de ædi. edicto. l. quòd si noluit. §. si mancipium. de verborum obligationibus. l. sed si ex stipulatu. de electione.
51 c. cupientes. §. quòd si per viginti. quia † tunc dominus ex sua culpa pœnam patitur eo quòd procuratorē minùs discretum. aut minùs diligentem elegit, notatur in prædicto c. si compromissarius. probatur. ff. de minoribus vigintiquinq; annis. l. cum mandato. in fine. de instiroria actione. l. sed & si quis. in fine. C. de acquirenda & amittenda possessione. l. fin. ij. responso. ff. de procuratoribus. l. non cogendum. §. fi. cum l. sequen. licet habeat recursum contra procuratorem. C. mādati. l. si à procuratore. & si maior exactio iuxta. l. nam is. ff. de dolo malo. & c. Odoardus. de solutionibus. imputet suæ culpæ. ꝭ. de re. iur. c. damnum. li. vj. ar. ff. de contrahenda emptione, & venditione. l. in huiusmodi. & prædicta. l. apud Celsum. §. illa. & §. quæsitum. & c. suborta. & c. sæpè. allegatis. de causa possessionis, & proprietatis. cum olim. ff. de tributoria. l. procuratoris. & l. illud. de ædi. edicto. l. quòd si nolit. §. si mancipium. & l. ædiles. §. & notandum. Et licet Paulus hîc diuersas diuersorum opiniones recitet: quia in effectu finaliter nihil addit non recito, de confessione autem prælati recitat dicta Petri de bellapertica. sed dicam infra titu. primo. prǫsentiam. libro. vj. de confessione autem aduocati, recitat Paulus quæ habes in Cy. C. de errore aduocatorum. l. j. & duabus seq. & per host. in summa. §. an error. & in Spec. e. ti. §. postremo. & in Cy. C. de iuris, & facti igno. l. error. quǫ etiam omnia omitto, quia meliùs cadent in locis proprijs.

De effectu confessionis *Rubrica.*

¶ QVINTO principaliter quæritur quis est effectus cō-
52 fessionis: † breuiter dico ꝙ vnus est regularis, & alius irregularis. Effectus verò regularis est probatiuus, quia videlicet operatur probationē, seu releuat ab onere probandi aduersariū, de quo effectu satis diximus in prǫcedentibus. Effectus verò irregularis est dispositiuus: qa. s. operatur dispositionē. s. obligationē, aut liberationem propter quǫ quǫramus per ordinem

ordinem de duobus. Quæramus igitur imprimis,qualiter
confessio operatur,vel non operatur obligationem. super
53 quo Hen.post Petrum,& Cy.sic dicit † quòd cõfessio extra
iuss emissa,secundum communem opinionem doctorum le
gum,nec actionem,nec obligationem inducit,licet la.anti-
quus doctor iuris ciuilis teneat opinionem contrariã ipmq;
quidam canonistę sequantur,probat:quia confessio de per
se solam continet renunciationẽ,& non dispositionem:ver-
ba autem enunciatiua de natura sua nullam dispositionem
inducunt:vt.l.ex his.&.l.nuda.allegat.cum ibi notatis.Præ-
tereà quia iste non est de modis obligationis inducendæ: vt
l.patre furioso.&.§.placet.Præterea quia videtur textus in
prędicta.l.Publia.in fine.Fallit vbi verba confessionis, ha-
berẽt obligatoriam dispositionem annexam,sic loquitur.l.
generaliter.C.de non numerata pecunia.& institu.de litera
54 rum obligationi.per totum.Sed † nunquid requiritur tunc
pręsentia partis.Distingue:quia aut inter viuos,aut in vlti
ma voluntate,primo casu sic.Secundò casu non:ratio primi
quia absenti regulatiter non acquiritur inter viuos.ar ff.de
pactis.l.prima.Fallit vbi interuenit nuncius,vel epistola:qa
tunc interpretatiuè censetur præsentia interuenire.ff.de cõ
trahenda emptione.l.prima. in fine & sic saluant aliqui.ĩ.de
pactis.c.primo.&.c.quoties.xij.q.ij.quicunq; suffragio.&.c.
quia Ioãnes.infra de iureiur.c.rescripto.aliàs si nec vera nec
interpretatiua adesset præsentia,nec verba annexam dispo-
sitionem haberent nulla obligetio nasci posset:vt prædicta
l.publia.in fine.secundum Inno.& Nouellam.infra de succes
sionibus ab intestato.c.fin.& Gesselinum in cle.vna.de iure-
iurando.Ratio secundi est:quia vltima volũtas,quoad acqui
rendum alteri illius pręsentiam non requirit:vt.ff.de leg.iij.
l.cùm pater.§.surdo.&.§.donationis.&.C.quando dies lega.
cedit.l.fi.secundũ Petrum,& Cyn.in.l.generaliter.allegata.
55 Verum † autem verba enunciatiua absq; dispositione anne-
xa in vltimis voluntatibus aliquam obligationem inducant
dic quòd non regulariter:vt prædicta.l. ex his. secundum
Henricum.sed caue:quia in vltimis volũtatibus, verba etiã
non dispositiua quandoq; obligationem inducũt. videlicet
dum ex animo ad obligandum emanarunt:vt.ff.de legatis
secundo.l.vnum ex familia.§.fi.& de interrogatorijs actio-
nibus.l.de ætate.§.qui interrogatus.&.C.de falsa causa adie-
cta.l.prima.&.l.penultima.quia subauditur tacita disposi-
tio,& ideo dari volo:vt prædictis iuribus,nisi hæredes pro-
bent confessionem erroneam ad quod admittuntur. ff.de
auro,& argento lega.l.qui vxori.& C.de falsa causa adiect.
c.primo.nisi testator iurasset.vt.§.codicillis.& authen.quod
56 obtinet allegat. Si † autem tenderet confessio ad donandum
staretur sine iuramento,& causa.ff.de dolo.l.ex hac scriptu-
ra.ratio diuersitatis:quia de debito non deducit hæres quar
tam quam deducit ex legato.C.ad legem falcidiam.l.irritũ.
& sic in primo casu requiritur maior solennitas ne fraude-
tur hęres secundum Hosti.de successione ab intestato.c.fin.
prout etiam non deducitur in donatione inter viuos.vt.ff.
57 ad leg.falcidiam.l.sed & si vsufructus.§.dos legata. † & ideò
potes intelligere.l.ex hac scriptura.in donatione causa mor
tis,vbi habet locum falcidia.C.ad.l.fal.l.si moris.&.l.in do-
nationibus.nam aliter nõ valeret propter absentiam.vt no
tat gl.C.de sac.san.ec.l.illud.in fine.licet secus in legato:vt.§.
surdo.&.§.donationis.allegatis,& quòd loquatur de dona-
tione causa mortis,vel legato patet ibi in fine.cum dicit ad
liberos dominium pertinere:quia hoc est speciale in vltima
voluntate:quia dominiũ sine traditione transferatur ff. de
legatis secundo.l.legatum.de legatis primo.l.si tibi homo.§.
cum seruus.de verb.ob.l.à Titio.secundum Pe.& Cy.in.l.ge
neraliter.allegata .Fallit vbi interuenit iuramentũ: sed sub-
audiũt quidam si habet dispositionem annexam,& tũc ope-
ratur iuramentum:quia tunc ad probandum cõtrariũ non
admittitur.ff.de lega.iij.l.cùm quis decedens.§.codicillis.&
C.de probationibus.auth.quod locum.& notatur.ff.de leg.
ij.l.Lucius.§.quis.sed si habet annexam dispositionem non
nascitur obligatio ex causa confessata:quia hęredes possunt
probare contrarium.C.de probationibus.l.rationes.& præ
dicto.§.quisquis.sed nascitur ex testaméto:vt prædicta.l.Lu
cius.§.Sempronij.& de liberatione legata.l.Aurelius.§.fina.
58 Rursus † quæres nũquid vt confessio extraiudicialis de qua
loquimur habens annexam dispositionẽ obligationem in-
ducat est necessaria adiectio causæ,& in hoc tenet Specula-
tor vbi supra quòd sic,& quòd confessio talis facta sine cau
sa in nullo valet.vt.c.si cautio.&.l.generaliter.&.l.publia.§.
finali.&.l.cùm de indebito.§.finali allegatis:vt patet in Spe
culo eo.titu.§.nunc videndum.versi.si autem non fuit causa
quod fatetur Henricus,vbi articulus super quo emittitur
requirit causam:vt in personalibus:secus si causam non re-
quireret,vt in realibus:sed illud respectu effectus probato-
rij:quia obligatorius in realibus non vendicat sibi locum.
institu.de actio.in prin.cum ibi notatis.& hoc verum inter
viuos.Saluo quòd excipitur confessio facta super mutuo,
quæ etiam facta cum causa non nocet ante biennium cum
effectu obstante exceptione non numeratę pecunię:vt præ
dicta.l.in contractibus.& institut.de literarum obligationi.
& idem in dote:prout tamen legitur,& notatur.C.de dote
59 cauta non nu.l.finali.sed † quid in vltima voluntate,& hic
dicas,quòd non requiritur causæ adiectio:vt.§.surdo.&.§.
donationis.&.l.fi.&.l.generaliter allegatis Fallit vbi tende
ret ad acquirendum non capaci:quia tunc præsumeretur in
fraudem facta.vt.ff.de probationibus.l.qui testamentum:
vt notat gl.in prędicto.§.quisquis.& Specul.e.ti.§ nunc vidẽ
dum.versu sequitur videre & in titulo de successionibus ab
intestato.circa finem.sed dum agitur de acquirendo capaci
nascitur obligatio solùm ex testamento.vt.ff.de legatis.j.l.si
sic.§.primo.& si iurauit testator,non reuocat hæres, vt.§.co
dicillis.& auth.quod obtinet secundum Cynum in prædi-
cta.l.generaliter.vij.viij.ix.x.xj.& duodecima quęstiõibus.
60 Consequenter viso de effectu obligatorio † de effectu libe-
ratorio videamus,& hic dicas,quòd si verba sunt meré enũ
ciatiua,nec aliquam habent dispositionem annexam non in
ducunt,licet probent liberationem.vt prædicta.l.in contra
ctibus.§.sed quoniam.&.§.super cœteris.super quo videan-
tur lecta,& notata.in prędicta.l.nuda.&.ff.de solutio.l.si cũ
Cornelius.operantur tamen probationem,vt dixi & etiam
liberationem,si habent dispositionem annexam,nec quoad
effectum liberationis,seu probationis expectãtur.xxx.dies.
sed statim effectus huiusmodi inducuntur,licet alij aliter di
cant.argu.ff.de reg.iuris.l.in omnibus.ff.de verbo.ob.l.cum
qui Calendis.§.quoties.& de solut.l.quod dicimus.vbi hoc
cauetur in dispositionibus obligatorijs,vbi illud quod purè
committitur statim debetur.Ergo fortius idem in liberato
rijs:vt.l.Arrianus.&.l.fauorabiliores.Facit quia in confes-
sionibus extraiudicialibus tendentibus ad obligationem di
ctum est,ꝙ si debitè fiant,statim ligant.Prætereà hoc vide-
tur expressum.in.d.l.tale pactum.sed aduerte:quia infra re-
maneo dubius,& remitto ad dicenda in.d.c.si cautio. Caue
tamen,quia etiam tacitè annectitur dispositio liberatoria:
vt si confiteor te mihi in aliquo non teneri talis confessio
tacitè vim pacti importat:vt prędicta.l.tale pactũ.quia ma
gis sensus,quàm verba tunc spectantur:vt.ff.de pact.l.iuris
61 gentiũ.§.pactorũ.Sed an requiritur pñtia partis,& tũc † dic
ꝙ nõ quoad effectum probãdi:vt prędictum est:sed quoad
effectum liberandi,si nõ habet dispositionẽ annexã expres-
sè,nec tacitè:vt quia cõfiteor ꝙ soluisti mihi decem,in qui-
bus mihi tenebaris ex tali causa certum est ꝙ nõ inducit li-
berationẽ,sed solùm proficit ad probãdum siue in absentia,
siue in præsentia aduersarij fiat,vt in auth de test.§.sed licet.
col.vij.sed quoad probãdum statim pręiudicat.xxx.diebus.
minimè spectatis.quia licet Pet.& Cy.in.l.in contractibus.
teneant onus probandi incumbere debitori intra.xxx.dies.
pręterquàm in quinq; casibus ibi exceptis quibus concor-
dat Spec.in.d.§ nunc videndum.versu cætęrum.tñ Lamber
tus.C.e.l.vna.innuit ꝙ imò incumbit creditori confitenti,

quando dicit quòd potest probare contrarium suæ confes-
sionis intra triginta dies d: quod per Accursium in prędicta
l. in contractibus. secundum quosdam: sed ad veritatem hoc
mihi dubium & alias dicam & fortè in prędicto. c. si cautio.
sed quoad effectum inducendi liberationem Cynus, & Pe-
trus in. l. generaliter. & Henricus hic tenet, quòd requiritur
præsentia partis, videlicet aut interpretatiua, scilicet per nũ
cium, aut epistolam quia postquàm de dispositione inducen
da agitur, siue ad obligandum, siue ad liberandum agatur ea
dem est ratio vtrobiq; quia nihil absenti, verè, & interpre-
tatiuè acquiritur, & sic loquitur. l. tale pactum. l. nuda. & l. si
62 cum Cororlius. allegat. † Sed adhuc quęres nunquid vt con
fessiu habẽs annexã dispositionẽ, operet liberationem sit ne
cessaria adiectio causę Pe. & Cy. in prædicta. l. generaliter. vi
dentur velle quòd non per prædictam. l. tale pactum & per
ea quæ scripsi supra in quarta quæstione principali, circa se-
ptimum impedimentum. versic. caue tamen in principio. Si
enim valet in casu suo ad probandum liberationem iam fa-
ctam, cur non valeret etiam in casu suo ad inducendum li-
berationem de nouo non apparet ratio diuersitatis cum
vtrobiq; versetur idem effectus, vel quasi. Dicam tamen in
prędicto. c. si cautio. & prædicta locum habent inter viuos.
63 Sed quid de vltima voluntate † nunquid quoad effectum li
berationis requiritur præsentia partis, ac annexa dispositio
& adiectio causę, Primum est indubitatum: quia non requi-
ritur pręsentia: vt. § surdo. & § donationis. & alijs iuribus ad
hoc supra allegatis. Secundum verò de annexione expressæ,
vel tacitę dispositionis est dubium. hoc tamen certum est,
quòd si habet annexam expressam dispositionem liberato-
riam: vt quia testator, siue quittat, aut exigi vetat, aut taci-
tam: vt quia profitetur Titium sibi in aliquo non teneri, per
hoc inducitur liberatio. ff. de leg. iij. l. Lucius § primo. de li-
beratione legata. l. Aurelius § fi. C. de falsa causa adiecta. l. pri
ma, & tertia. & prædicta. l. tale pactum. licet Petrus, & Cyn.
in. l. generaliter. videantur aliter sentire de tacita. sed illud
mirabile, videlicet quòd dispositio inter viuos prædicto
modo facta parit obligationem, & liberationem secundum
eos sit fauorabilior quàm vltima voluntas: sed si non habet
dispositionem liberatoriam expressam, vel tacitam sibi an-
nexam, adhuc est indubitatum, quod probat: vt prædicto §
quisquis. sed an liberet est dubium: vt hic dico: quia aut de-
bitor probat testatorem fuisse hoc confessum scienter, &
tunc videtur sibi legata liberatio: vt. l. tale pactum. & C. de
falsa causa. l. prima. & petet ex causa legati. vt. ff. de legatis se
cundo. l. Tertia § Caius. & de liberatione legata. l. qui vxori.
sed si hoc non potest non operatur liberationem: sed solùm
probationem. Hæres tamen tunc ad probandum contra-
rium admittetur, nisi testator contrarium iurasset. Talis ta-
men confessio etiam iurata creditoribus non præiudicaret.
64 vt. l. rationes. & l. exemplo. C. de probationibus. † caue tamẽ
quia si confessio facta inter viuos, vel in vltima volũtate re
est, quando dicitur facta solutio ab alio pro debitore: nam
in hoc casu, certum est de creditore, quòd periurus est: quia
sponte recipiendo solutionem pro alio liberauit eum. In de-
bitore autem distinguitur: quia aut sciuit solutionem, aut
ignorauit: si sciuit non est periurus, quia se quamuis per
alium liberatum sciebat, si nesciuit nec verosimiliter crede-
re debuit, cum non mandauerit: & tamen in termino nec
soluit, nec obtulit: tunc dicit ipse quòd quia Ioan. And. hoc
in quæstionem deduxerat propter illius reuerentiam nihil
de hoc dixit, sed hoc illius determinationi relinquit. Ego
autem de quęstione, & determinatione Ioan. And. pro nunc
non recordor, sed nihilominus circa hoc distinguo sic: quia
aut quæris vtrum rem damnatam ex affectu deprauato cõ-
18 miserit, dico quòd sic: † quia credens adhuc se teneri tam in
vim contractus, quàm in vim etiam iuramenti soluere in
termino & in iudicio recusauit, credidit vel credere verosi-
militer debuit, se venire contra proprium iuramentum, &
per consequens ex affectu voluit incurrere periurium, quia
sicut scripsi. ī. de eo qui mittitur in possessionem. c. j. sola vo
luntas mala præsertim, quæ ad extra tantum in se fuit ad
actum processit, quanquam effectus sequutus non fuerit
damnata est vbi vide in tertia quæstione, & in sex quæstio-
nibus sequentibus, & quod legitur & notatur. per Cyn. de
Episc. & Cleri. l. si quis non dicam. & c. C. de siccar. l. is qui cum
telo. quæ canonizatæ sunt. de pœniten. distin. j. Aut quæris
nunquid hoc factum damnatum transeat in veram pœnam
periurij & tunc dico quòd non: nam id quod esse desijt, &
amplius non est frangi seu violari non potest. ff. de iniusto
testamento. l. v. § j. ff de vsufructu legato. l. Titio vsusfructus.
19 † Modo ita est quòd licet illud iuramentum semel tenue-
runt tamen per solutionem, per alium factam prædictum
iuramentum omnino sublatum est: quia interuenerat acces-
soriè ad contractum obligationis, videlicet affirmationem
ipsius contractus. Igitur sublato contractu per huiusmodi
solutionem tollitur etiam iuramentum. C. de legibus. l. non
dubium. j̃. de fide instrumentor. c. inter. § cùm igitur. periu-
rus autem nõ dicitur, nisi ille qui scienter falsum iurat quod
non fecit iste vel qui iuramentum per se præstitum frangit,
seu violat. Ad. c. verò nuper. ī. de bigamis. respondeo, patet
responsio ex his, quæ ibi scripsi. in. iij. v. vj. vij. viij. ix. x. & c. xj.
quæstionibus, quas perlege: quia bene faciunt ad proposi-
tam quæstionem, nec obstat si dicatur reum in iure confes-
sum pro condemnato haberi: quia illud fallit, cum de con-
traria veritate, & erroris confessione apparet, prout latè
scripsi. in. d. c. ex parte. nec obstat. l. inde Neratius. § qui homi
nem. ff. ad legem Aquiliam. quia illud est speciale. in. l. Aqui-
lia. vt ibi sentit glossa. Authen. verò contra qui propriam.
C. de non nume. pecu. quia non dicitur negasse propriam
scripturam vel numerationem, quibus casibus specialiter
20 locum habet † vno nec hoc casu sic locum haberet propter
malam fidem creditoris, in illa enim authē. requiritur, quòd
actor sit bonæ fidei. in princ. & in fi. vt notatur. in § studium.
in gloss. id est postquam actor. in authen. de triente & semis-
se. Ad alias autem rationes, quas induxerat Cardi. pro par-
te contraria satis est facilè respondere, ideò eas & earum so-
lutiones omitto.

SVMMARIVM.

1 *Pacta à quolibet hominum genere seruari debere.*
2 *Exhibere ei, cuius interest, oportere.*

Actionum

3 *Actionum æditio quê fieri debeat remissiuè.*
4 *Rationes in specialibus actionibus ædi oportere. & nu.15. procedit. vt numero.5.*
6 *Priuatum ædere rationes.*
7 *Acta iudiciaria ædi debere & quomodo. nume. 9.*
8 *Forensia acta qua.*
10 *Propriorum instrumentorum æditionem actione ad exhiben. peti. & petere ea exhiberi iuris, aut probationis caussa differre. nu. 11.*
12 *Instrumenta communia ædi toto debere & quæ sint communia. numero. 13. 14. 16. & .17.*
18 *Aliena instrumenta non ædi: Ex quinque caussis ea ædenda. nu. 19.*
20 *Ædere quid? & quomodo ædendum, si instrumento fundari intentio dicatur.*
21 *Instrumentum alienum reo quibus casibus lit. non contest. ædi debeat.*
22 *Instrumenti eam partem solum, quæ controuertitur, ædi.*
23 *Instrumentum, si de falso queratur, ædi.*
24 *Reum actori ob id actionem fundaturo non ædi. Fallit in inuaturo. numero. 26.*
25 *Exceptionis, vel replicationis caussis mutuò sibi ædunt actor, & reus. & quæ sit ratio. nu. 27.*
28 *Instrumentum id, cuius meminit libellus, ædendum. Idque lit. etiam non contesta. nu. 29. Alioquin nisi post & si eo vsum sit. nu. 30.*
31 *Æditio quibus remedijs petatur.*

CAP. I.

EX epistolæ. casus. Reus actori sua propria instrumenta ædere non tenetur. In prima petitio. In secunda petitionis repulsio, ibi sed ad hoc. ¶ Expone literam, *scriberem* ex humilitate vel secundum antiqua tempora sic loquitur hodie authē. tale rescriptum reputaretur falsum, sic. j. de testamentis. si filius. Hosti. ex ijs scilicet instrumentis pactorum. C. de legibus. l. digna vox. vbi Cyn. allegat hanc decretalem ad probandum
1 † quòd pacta per Imperatorem cum subditis inita etiam per successores sunt seruanda vbi vide: pacta enim sunt iuris naturalis & diuini, quia nihil tam graue quàm fidem fallere. ff. de pactis. l. j. in princ. ff. de constit. pecu. l. j. in princ. & sic omnes adstringunt quoad obligationem naturalem, & ideò seruus (qui quoad effectus iuris ciuilis pro nullo habetur. ff. de reg. iur. l. quod attinet.) hac obligatione ligatur. ff. de condictio. indeb. l. naturaliter. sed videtur quòd ciuiliter obligari non possit, quia illo iure ligari non potest. ff. de legib. l. princeps. & per consequens nec agi potest contra eum: cum de iure ciuili introductæ videantur actiones. ff. de origi. iur. l. ij. § deinde. ex ijs legibus: tamen qui dicit apud Papam ratione peccati denunciari potest, vt. s. de iudi. c. nouit. si tamen cum non subditis iniret pacta absque dubio ad eorum obseruationem teneretur. lxiij. distinct. tibi domino. & c. ego Ludouicus. & cle. Romani principes. de iureiurando. cum similib. *Quia nulli* speciale est in fisco quòd ille, contra quem agit, tenetur ædere instrumenta facientia contra se, & pro fisco. & C. de ædendo. l. iustum. & ff. eod. tit. l. iij. Super quo vide in Spe. de instrumentorum æditione. § videndum. versi. ex præmissis. & quod ibi in fi. scripsit Ioan. in additione. *ea quæ contra te* materialiter ponit, hæc verba *documenta*. j. eod. quoniam. in fi. *medio*, id est iudicio quod est medium
2 inter actorem & reum offerre not. Inno. quòd † actio ad exhibendum locum habet vbicunque mea interest aliquod exhiberi ratione iuris, quod in eo habeo vel in eo peto, siue vt vendicem, siue vt præstem. ff. ad exhibend. l. iij. § sciendum. quod videtur huic decretali obstare, sed non obstat quia æditio instrumentorum, quæ etiam est ad probandum intentionem meam, non fit quandocunque mea interest: quia graue esset probationes suas apud aduersarium requirere. ff. ad exhibendum. l. penult. & l. si liber homo.
3 ¶ PRIMO † quæritur, qualiter debent ædi actiones, sed de hoc me expedio remissiuè remitto enim ad ea quæ scripsit Cyn. C. de ædendo. l. ædita actio. & C. de litis contestat. authen. offeratur, & ad ea quæ scripsi. s. de libelli oblatione. in primis duabus oppositionibus, & in duabus primis quæstionibus. cum quinque sequentibus. & in. c. significantibus. in prima quæstione, & duabus sequentibus. & in. c. dilecti. in prima quæstione, & tribus sequentibus, nec est hoc præsentis speculationis.

¶ SECVNDO quæritur, qualiter fieri debet æditio rationum respondet Innoc. in princi. primæ glossæ, dicens sic omissis omnibus alijs opinionibus dicimus rationes semper esse cum die & consule exhibendas ab argentarijs. ff. de ædendo. l. j. § rationes. & l. prætor. in princ. Henricus tamen
4 circa hoc sic distinguit: quia † quandoque petitur rationum æditio per actiones speciales, puta tutelæ vel negotiorum gestorum, & tunc debet fieri æditio & in totum. vt. ff. de ædendo. l. quædam. & idem in interdicto de tabulis exhibendis. vt. ff. de tab. exhiben. l. j. quandoque petitur per ædictum
5 de ædendo. Et tunc † quandoque petitur ab illo qui ipsam rationem fecit ex publico officio, vt sunt argentarij, & nummularij, & tunc debet fieri in totum, & cum die & consule, & etiam contra fiscum, siue tenens sit vsurus, siue non. vt. C. de ædendo. l. non est nouum. & l. iustum. & ff. de iure fisci. l. in fraudem. § ex ijs bonis. & § sequenti. & xlv. distin. qui sincera. & est ratio, quia rationes sunt communes vt patet in rationibus nummulariorum & quorunlibet aliorum obligatorum ad rationem reddendam. vt. ff. de ædendo. l. j. § rationes. & l. si quis ex argentarijs. & l. prætor ait per totum.
6 † Aut petitur æditio rationum ab illo qui rationes fecit nō ex publico officio: sed vt priuatus, & ad suam priuatam vtilitatem prout faciunt mercatores, & aliqui conficiunt scripturas in libris, seu papiris suis, de datis & acceptis, & tales rationes non tenetur regulariter quis ædere. argu. cle. vnicæ. § cæterùm. de vsur. vbi est speciale in odium vsurarum, & sic est in contrarium ius commune: licet Abbas in mercatoribus hic contra & malè secundum eum fallit in casu vbi ille à quo petitur æditio illis rationibus vtitur, & potest intelligi. C. de ædendo. l. j. Secundo fallit quando ille qui petit sibi ædi est priuilegiatus vt fiscus. ff. de ædendo. l. iij. Tertio fallit in debitore vsurarij, volente vsurarium conuincere per suas rationes, vt. d. § cæterùm. vt ibi notatur per glossam aduerte quia glos. Accur. Guil. de Cugno, & Barto. imò etiam Iacob. Petr. Ioan. Nicoti. & Bert. Caprioli. ff. de æden. l. quædam. § nummularios. quærunt, vtrum libris nummulariorum modernorum hodie fides debeat adhiberi, & finaliter determinat glo. quòd sic contra eos non autem pro eis: plus dicit Guil. quòd non tenentur hodie ædere, vt prædictum est, quæ prosequere, vt ibi notatur.
7 ¶ TERTIO † quæritur qualiter fit æditio actorum iudiciariorum. dicit Innoc. quòd acta sicut rationes & instrumenta tutoris & curatoris, & negotiorum gestoris, etiam propria quisque exhibere cogitur. argu. ff. de ædendo. l. prætor. § j. & C. de ædendo. l. ij. & maximè officio iudicis exhibentur ista vbi iusta causa mouet iudicem fortè: quia actor amisit instrumenta sua, & etiam originalia sunt perdita. C. de ædendo. l. j. ff. de ædendo. l. si quis. § probibet. secundum
8 eum. Subdit † quòd acta forensia computant aliqui omnia, quæ fiunt coram iudice, & alijs publicis personis, vt emancipationes protestationes, &c. huiusmodi. s. de offic. ordina. pastoralis. § fin. C. de annali exceptione. l. vt perfectius. & est expressum. C. de iudic. l. cùm speciali. & s. de procura. c. j. secundum eum. Refert tamen quòd alij dicunt contrarium. concludit finaliter quòd quicquid dicatur, tamen ex causa iudex ex officio suo ea præcipiet exhiberi, vt. C. de ædendo. l. j. vel actione in factum. vt. ff. ad exhibendum. l. iij. § penult.
9 † Henr. vero dicit quòd acta debent ædi cum die & consule. vt. C. de ædendo. l. ij. licet etiam non sit eis vsurus aduersarius secundum Azo. ibi & ff. de ædendo. l. j. & secundum Innoc. & Hostien. hic & pro hoc. j. eo. quoniam. & quòd aliàs appellari posset. vt. C. vt lite penden. l. ij. & pro tanto notana

Innoc. & Hostien. j. de fide instrumentorum. G. Perpetuus
quòd ille qui à sententia contra se lata appellauit, potest pe-
tere in causa appellationis ab aduersario suo, illam senten-
tiam sibi exhiberi, & aduersarius cogendus est per iudicem
illam exhibere, per illud. c. & per. l. is, apud quem C. de æden
do. & idem notat Specu. titu. de instrumentorum æditione.
§. nunc dicamus. vers. sed pone peto. & Zenzel. in cle. consti-
tutionem. de electione. super verbo exhibeat. Sed aduerte,
quia aut quæritur de exhibitione actorũ. in quibus sunt co-
piata producta, & causæ processus & de istis nulli dubium
quin debeant exhiberi ambabus partibus non per partes:
quia ad eas non pertinet actorum custodia sed per nota-
rium causæ, qui illa confecit, & custodit ad mãdatum ipsius
iudicis, & sic rectè loquitur. l. ij. C. de ædendo. & potest peti
huiusmodi æditio per quencunque cuius intersit vt scripsit
Cyn. in. d. l. ij. in. j. quæstione vbi etiam vide in quæstione. ij.
qualiter acta in vno iudicio inter easdem vel alias personas
prosunt in alio. Aut quæris de exhibitione instrumento-
rum iam productorum, & copiatorum in actis. Ad quod
videntur se referre dicta Innocen. quæ in princip. recitaui.
& hæc est alia quæstio: quia propriè loquendo instrumen-
ta huiusmodi nec sunt acta, nec sunt de actis licet ad acta
pertineant, quia producta sunt & de ijs faciam. j. tracta-
tum specialem.
10 ¶ QVARTO † quæritur qualiter debet fieri æditio in-
strumentorum propriorum, illius qui æditionem petit fie-
ri, dic quòd in totum & per actionem ad exhibendum. arg.
eius quod scripsi post Innocen. s. in expositione literæ super
vltimo verbo vt. d. l. iij. §. interdum. ff. ad exhibendum. & C.
ad exhibendum. l. vltima. nec per hoc sequitur si interest
mea habere instrumenta aliena, vt fundem vel probem per
ea meam intentionem quòd propter tale interesse mihi de-
beant exhiberi: quia hoc esset contra casum huius decreta-
11 lis. Aliud † est enim petere rem exhiberi ratione iuris in ea
competentis vt ex illo iure ad eam agatur, & sic procedit
quod proximè dixi. Aliud est petere probationem exhiberi
ab aduersario, vt petens aduersarium ex ea habeat impu-
gnare, & sic loquitur hæc decretalis: nam in primo quis so-
lum prosequitur quod suum est, in secundo vero casu quis
solùm nititur aduersarium impugnare, & ex eo quòd ad-
uersarij & non ipsius est se iuuare inter quæ magna diffe-
rentia est.
12 ¶ QVINTO † quæritur, qualiter debet fieri editio in-
strumentorum petẽti, & aduersario communium? dic quòd
in totum fieri debet videlicet & cum die & consule. vt. ff. fa-
mil. ercisc. l. si quæ sunt cautiones. & C. de ædendo. l. procura-
tor. Sed quæres quæ dicuntur instrumenta communia. Re-
13 spondet Innoc. † quòd communia sunt instrumenta hære-
ditaria, vt. l. procurator. & l. si quæ. & c. G. Perpetuus. allega.
hæc enim sunt communia & exhibenda inter cohæredes.
Item testamenta sunt communia, & exhibenda inter hære-
des & legatarios. ff. de fide instrumentorum. l. fi. Item instru-
menta tutorum & curatorum ac procuratoris & negotio-
rum gestorum quæ per actionem tutelæ & mandati ædun-
tur. ff. de ædendo. l. quemadmodum. & idem in actis. C. de
ædendo. l. ij. hæc enim instrumenta dicuntur esse commu-
nia quæ cõmuniter fiunt pro cautione plurium. ff. de æden-
do. l. prætor. §. j. Item dicuntur instrumenta communis quæ
communiter assignantur à tabellione vel quocunque cuius
14 sunt secundum eum. ¶ Sed † pone quòd in instrumento cõ-
tineatur communis cautio duorum nunquid propter hoc
erit instrumentum commune vt, pone quòd ego vendidi
tibi domum & caui tibi de euictione, & tu promisisti mihi
soluere pretium ad certum terminum quòd ꝗ ego redemi
instrumentum à tabellione nunquid ego cogor tibi facere
copiam de eo. Respondet Inno. quòd non, per præmissa sed
dicit quòd tabellio qui fecit instrumẽtum ad preces vtriuſ-
que cogitur illud exhibere. Plus dicit Innoc. se credere quòd
si haberem prothocolum notarij etiamsi esset commune,
quia factum pro aduersario sicut pro me bene cogerer illud
exhibere. argu. ff. de ædendo. l. prætor. §. j. Item dicit idem vi-
deri in actionibus hæreditarijs, & in alijs. Dicit causam
quòd si vnus redemerit exemplaria à tabellione illa exhibe-
re non tenetur: sed originalia tantùm quæ sunt communia,
15 & inuicem exhibenda. † Subdit alios dicere, & bene. quòd
acta & rationes & instrumenta tutoris & curatoris & nego
tiorum gestorum etiam propria quisque exhibere cogitur,
arg. d. l. & C. de ædendo. l. ij. & quòd maximè officio iudicis
hæc exhibentur vbi iusta causa moueret iudicem, puta quia
actor amisit acta sua & originalia sunt perdita. C. de æden-
do. l. j. ff. de ædendo. l. si quis ex argentarijs. § prohibet. argu-
men. j. eodem. c. fi. ff. de testib. l. curent. quod prosequere la-
tius vt scripsi. s. in. iij. quæstione. in princ. vsque ad versum
Henr. vero si velis intelligere Innoc. quia eius dicta diuersas
facies habent. Nec dicas quo ad hunc casum communia quę
fiunt gratia vtriusque, quia secundum hoc omne instrumen
tum contractus esset commune fit enim instrumentum em-
16 ptionis, venditoris & emptoris fauore, † sed dicuntur com-
munia vel quia communiter obueniunt beneficio testamen
ti vel alio. ff. famil. ercisc. l. quæ. & de fide instrumentorum. l.
fin. vel ratione negotij de quo quæritur vt quia est nummu-
larius vel procurator meus generalis ad negotia, vel quinis
alius obligatus ratione reddendæ habens librum in quo cõ-
tinentur recepta, & expensa. ff. de ædendo. l. j. § rationes. & l.
prætor. vel ratione personæ custodientis quæ publica est vt
tabellio. j. de fide instrumentorum. c. penulti. vel ratione li-
bri censualis. ff. de ædendo. l. argentarius. j. de præscripti. ad
audientiam. C. de fide instrumentorum. l. illatæ. & talis liber
ædendus est etiam contra fiscum. vt. d. l. illatę. & hoc in defe-
ctum probationis & non aliâs ad hoc. ff. de ędendo. l. iij. &
17 idem de registro secundum Host. † Dicit autem Henr. quòd
dicuntur instrumenta communia quę communiter fiunt
pro cautione plurium, vt. ff. de ędendo. l. prętor. §. j. vt sunt
instrumenta hęreditaria, vt dixi. s. vt. l. si quę sunt. & l. pro-
curator. & c G. Perpetuus. vbi de hoc allegatis & commis-
siones seu delegationes iudicum. vt. s. de dilat. preterea. & j.
de fide instrumento. ex literis. & testamenta quę sunt com-
munia & exhibenda inter hęredes & legatarios. ff. de fide
instrumentorum. l. fina. & alia de quibus plenè. j. de fide in-
strumentorum. c. j.
18 ¶ SEXTO † quęritur, qualiter debet fieri ęditio instru-
menti alieni de quo ille à quo petitur fieri, non vtitur, dic
quòd regulariter ille non teneretur illud ędere, vt hîc & C.
de testibus. l. nimis graue. & de ędendo. l. qui accusare. & ff.
de ędendo. l. j. §. ędenda. primo respõso. fallit secundum Azo.
in fisco. vt. ff. de ędendo. l. iij. & dicit Henr. quòd approbatur
hęc opinio in parlamento.
19 ¶ SEPTIMO quęritur qualiter fit † æditio instrumenti
alieni de quo ille vtitur à quo petitur æditio & cum videli-
cet vtitur ille toto instrumento & hîc distingue tres casus,
primus est cum quis petit illud sibi ędi vt videat qualiter
aduersarius fundat, per illud suam intentionem. Secundus
casus est, cum petit sibi illud ędi, vt illud redarguat de falso.
Tertius casus est, cum petit illud sibi ędi vt per illud fundet
intentionem suam. Item quartus casus addi potest, cum vi-
delicet petit sibi illud ędi vt deliberet qualiter respondere
debeat libello vel petitioni alterius, de instrumento facien-
ti mentionem etiam si ille alter de instrumento aliâs non
vtatur. Item quintus casus addi potest, dum ille à quo peti-
tur fieri, ęditio non vtitur nec vsurus est toto instrumento
sed solùm certo articulo vel certis articulis de quibus solum
vertitur quęstio inter partes. An primo casu debet ędi, id
est ostendi ac legi & transcribi totus tenor sine die tamen &
consule quo scriptum est instrumentum, vt. ff. de ędendo. l. j.
in princ. & § ęditiones. secundum Azon. ¶ Licet Ioan. dicat
quòd imo in totum debet sibi ędi, & facit pro Azo. j. de fi-
de instrumentorum. c. contingit. & de priuileg. c. cùm per-
sonæ. lib. vj. Dies autem quo facienda est solutio ędendus.
vt. d. §.

vt.d.§.æditiones. & si dies solutionis apparere non potest,
nisi etiam ædatur dies instrumenti tunc totum ædi debet
vt notatur in Specu. de instrumentorum æditione §.viden-
dum.ver.sed cum dies.& per Nouellam.ĩ.de fide instrumen
torum.G.Perpetuus vicarius. de iure suo super principali &
hoc erat quod faciebat dubium: quia probationes in princi
pali lite contesta.& non ante sunt faciendæ. ĩ.vt lite non
contesta.in rubro & nigro. Sed dominus Martinus de Salua
21 à principali † dicto Innoc.quod scripsi.ĩ.in princip.vers.ad
quod Innoc.&c.excipit casus.Primus est,cum verosimile est
quòd instrumentum de quo fit mentio in libello sit penes
aduersarium , vt.ff.de ædendo.l.ij.Secundus est, cum taliter
tenor eius exprimitur quòd aduersarius absque alia æditio-
ne potest deliberare super contentis in libello.Tertius casus
est,cum super instrumento narrato non fundatur intentio
libellantis. Ijs enim casibus cessat ratio Innocen.tunc enim
propriè secundum eum hoc dictum Innocen.vendicat sibi
locum cum instrumentum narrans se refert ad illud dicen-
do vt ibi continetur &c.Simile quòd de concessione priui-
legij ad insta notat ipse Inno.de fide instrumentorum.inter
dilectos.in additione.& Archid.eod.titu.lib.vj.in.c.si Papa.
& idem videtur sensisse Barto.ff.de ædendo.l.ij.&.ff.vt le-
ga.nomi.cauea.l.postquàm.§.si dies. & vide quod scripsi cir-
ca hoc.ĩ.de libelli oblatione.c.j.in.v.quęstione principali §.
quinto quęritur. ad finem versi.& hoc inducit ad quęstio-
22 nem. ¶ In quinto † casu videlicet dum ille à quo petitur fie-
ri æditio , non vtitur instrumento toto nec vsurus est , sed
solum certo articulo &c. de quibus tantum est controuersia
dic quòd tunc totum exhiberi debet integraliter legendum,
sed nõ est tradenda copia nisi solùm de illis articulis de qui-
bus est controuersia,sic intellige.ĩ.de fide instrumentorum.
contingit.& ita intelligit ibi Innocen.licet Hostien.ibi in-
tellexerit quòd ille solus articulus de quo est controuersia
debet exhiberi ad legendum ,cuius opinio est hodie repro-
bata.ĩ.de priuileg.cum personæ.lib.vj.vbi & in.d.c.contin-
23 git. de hoc dicam. ¶ In secundo casu, † cum quis petit sibi
exhiberi vt arguat de falso respondet Innoc.dicens sic si au-
tem non vt instruar ad probationem , sed vt videam post-
quàm productum est an sit verum vel falsum , facienda est
æditio etiam in princ.causæ,sine tamen die & consule.vt.ff.
de ędendo.l.j.§.rationes. nisi cum nomine fisci agitur , vt.ff.
de iure fisci. l.nec quisquàm. Caue tamen quia ista verba In-
nocen.sunt dubia quoad duo.Primum est quo ad illud quod
dicit sine die & consule &c. Illud enim sanè est intelligen-
dum , videlicet cùm volens illud de falso arguere, non vult
circa diem & consulem dicere illud falsum : nam si vellet
ostendere falsitatem circa diem & consulem etiam cum die
& consule ędi deberet. vt.C.de contrahenda stipulatione.l.
optimam. & ideò de hoc interrogari debet vt notat glo.in
d.§.æditiones. & Nouella. in d.c.G.Perpetuus. & sic potest
intelligi.ff.de ædendo.l.j.§.penulti.& ĩ.de fide instrumento-
rum.acceptimus. &.c.inter dilectos.§.sed contra. &.§.eadem.
vers.sed & ipsum. Talis autem de falso volens arguere de ca-
lumnia debet iurare vt legitur & notatur. ff.de ædendo.l.si
quis.§.exigitur.& de fide instrumentorum.l vltima.& notat
Bernar.in.d.c.accepimus.& placet etiam hic Henri. Secun-
dum est in hoc quod dicit Innocen.etiam in prin.causæ &c.
quia illud posset esse verum si de illo in libello fieret men-
tio,aliâs enim donec vtatur non tenetur ædere.Sed non fa-
cit ad propositum istud dictum cum loquatur solum de
vtente. Qualiter ergo intelligantur illa verba Innoc.etiam
in princ.causæ.Breuiter dico,quòd illud principium debet
referri ad statum causæ qui sequitur post prodoctionem in-
strumenti , ac si velit dicere quòd incontinenti quòd pro-
ductum est,& in princip.causæ , id est antequam ad aliquid
aliud procedatur in causa potest peti æditio ad finem ar-
24 guendi de falso. ¶ In tertio † casu cùm petit sibi illud ædi vt
per hoc fundet intentionem suam Innocen.videtur velle
sic distinguere:quia aut petitur ęditio fieri per aduersarium
ad quem pertinet instrumentum , & tunc iudex absque ma-
gna causa hanc æditionem fieri non faciat , quia non licet
intentionem alicuius ex alterius instrumentis fundari. vt
hic. &.C.de ædendo. l.vltima. Aut petitur fieri ęditio per
alios & tunc iudex , facilius coget ad exhibendum & sic lo-
quitur.d.l.iij.§.penulti.ff.ad exhibendum.Caue tamen , quia
circa primum membrum proximæ distinctionis fuerunt
diuersæ opiniones legistarum : nam illud membrum subdi-
stinxit Ioan.sic quia aut actor petit æditionem sibi fieri à
reo ad fundandam intentionem suam , & tunc non ædetur
sibi.C.de ædendo.l.qui accusare. Fallit secundum Ioan.Cal-
der.si vtatur.vt.§.ædenda.&.c.accepimus.&.c.contingit.al-
legatis.Secundo fallit secundum Ioan.Calde.si reus non ne-
gat ex toto , sed solùm partem vel accidentia rei , quia tunc
debet ędi,vt appareat,quid confessatum, vel quid negatum
est.vt.ff.de actio.empti.l.Titius. &.l.creditor. & de lega.iij.
l.qui concubinam.§.cùm ita. &.l.prędijs.§.Titio.Tertiò fal-
lit vbi actor peteret sibi ædi non ad fundandam suam inten
tionem circa suam actionem , sed circa suam replicationem
ad instar eius quod statim dicetur de reo.argu.ff.de adulte.l.
vim passam.§.si.vt æqualitas seruetur in iudicijs.ĩ.de excep.
cùm inter.ĩ.de mutuis petitionibus. c.j. C de fructib.& lit.
25 expen.l.si.Sed prima fallentia dubium habet. Aut † reus pe-
tit ab actore sibi æditionem fieri ad fundandam suam exce-
ptionem,vel actor, vt dixi, ad fundandam suam replicatio-
nem , & tunc debet fieri ęditio , vt.C.de æden.l.non est no-
uum. &.l.iustum. & hanc opinionem tenẽt hic Alanus , ac
Petr.& Cyn.C.de ædendo.l.ea , quæ. vbi plenè vide per eos
de hac materia sed Azo.dicit indistinctè ,quòd aduersarius
non debet aduersario ędere suum proprium instrumentum
argumẽ.l.qui accusare.&.l.nimis graue. allegatarum.& quia
speciale est in fisco. ff.de ędendo.l.iij.igitur in contrarium
est ius commune, vt.ff.ad municipales.l j.Henr.autem dicit
quòd opinio Azo.est de iure verior.Fallit tamen in fisco vt
dictum est.Nec obstant leges allegatę per Ioan.quia non lo-
quuntur in instrumentis , sed in rationibus quę sunt com-
munes,& hoc tenet Lamber.de Sali.ff.de ędendo.l.j.vbi ple-
nè de hoc per Guilhel.de Cugno, & per Barto.& etiam per
doctores Aurelianen ¶ Quid dicendum de hoc ? certè pu-
to cum Barto.in.d.l.& quę. quòd imo actor tenetur ędere
reo ad eius exceptionem fundandam per. l dissolutę.C.de
condictione ex lege. & per.l.qui tabulas.ff.de furt.Quod'q;
reus tenetur ędere actori ad replicationem fundandam per
d.l.& quę.in fi.à contrario sensu.&.ff.ad legem Falcidiam.l.
penulti.§.fin.imo secundum Guilhelmum de Cugno, in.d.§.
26 ęditiones. ad † intentionem autem actoris iuuandam reus
tenetur actori ędere vt si petij à te fundum Titianum ex
vendito & probo venditionem possum petere , quòd ędas
instrumentum non ad fundandam intentionem , quia iam
aliunde probaui venditionem , sed ad coadiuuandam hoc
est ad ostendendum quantum se extendit ille fundus. vt.ff.
de lega.iij.l.prędijs.§.Titio.quę prosequere latius vt per prę-
dictos in locis prędictis. Sed quę est ratio diuersitatis. Pri-
mo inter actorem & reum. Secundo in actore inter actio-
nem & replicationem. Quoad primum ratio esse potest,
quia rei sunt fauorabiliores.ff.de actionib.& obligationib.l.
Arrianus.& de regu.iur.in regula fauorabiliores. Item quia
actor agit , quando vult & sponte prouocat ideò antequàm
prouocet prouideat sibi per quem modum suam intentio-
nem fundare debeat , & si non possit,taceat. vt.vj.q.ij.c.si
tantum.&.c.placuit.reus inuitus trahitur & de necessitate
compellitur respondere nec potest tantum tempus habere
ad prouidendum sibi quomodo fundet suam intentionem
ff.de exceptione doli.l.parè.§.fi.& ideò quia arctatur de ne-
cessitate sibi succurritur. ff.qui satisdare cogantur. l.si fide-
iussor.§.si necessaria. & quod notatur. ĩ.de officio delega.c.
27 ab arbitris.in glo.fin.Item † quoad secundum,dico quòd ra-
tio est:quia actor non potuit rei exceptionem prouidere, si-
cut nec reus potuerat prouidere intẽtionem actoris & ideò

quoad hoc vtrobique eadem ratio videlicet. in reo quoad exceptionem, & in actore quoad replicationem. Præterea vtrobique æqua neceſsitas, & ideò vtrobique æqua conditio, ſed non ſic in actione vt dixi. ¶ In quarto caſu cum vi-
28 delicet quando petit † quis ſibi ædi inſtrumentum de quo fit mentio in libello ſeu petitione data contra eum vt deliberet qualiter reſpondere debeat, libello ſeu petitioni huiuſmodi etiam ſi ille de inſtrumento aliter non vtatur qualiter debet fieri talis æditio. Ad quod Innocen. reſpondet dicens quòd ſi quis in libello, vel poſitionibus facit mentionem de aliquo inſtrumento ſuo non alterius ſatis poteſt dici ad officium iudicis, vt illud etiam ante litem conteſtatam, vel reſponſionem faciat exhiberi argumẽtum bonum. ff. de ædendo. l. vltima. Item probat ſic: quia ſine eorum inſpectione non poteſt plenè deliberare. argumen. ff. de ædendo. l. j. in princi. & hoc intelligit verum Innocen. ſi habet ea in præſenti alioqui non obſtante quòd non exhibet procedetur in cauſa. Subdit etiam Innocen. in modum cuiuſdam notabilis quòd ſi pendente lite petuntur inſtrumenta exhiberi iudex in omnibus cauſis, mediante ſuo officio pediſequo, id eſt mercenario iubebit ea exhiberi ſuper lite mota ſicut ſi ſuper lite mota peteretur æditio iuberet ea exhiberi per actionem, vel officium, quod vicem actionis obtinet. Nouella verò, ſi quæratur, an ſit facienda æditio ante litem conteſtatam, vel poſt ad propoſitum ſic diſtinguit, quia aut actor in libello de inſtrumento facit mentionem an non.
29 † Primo caſu, vt puta ſi peto centum quæ mihi debes ex tali inſtrumento & tunc ante litem conteſtatam fiet illius inſtrumenti æditio quia aliâs reus deliberare non poſſet, argumen. C. de ædendo. authen. ſi quis in aliquo. & .j. de fide
30 inſtrumentorum. c. ij. Secundo caſu, † non cogitur ædere, donec vtatur eo & de hoc in Spec. de inſtrumentorum æditione § nunc dicamus. verſ. quid ſi quis. & in verſ. ibi præcedente. tractatu an in cauſa appellationis ante litem conteſtatam æditio appellationis tacta iudici ſit facienda parti. Non obſtat quod tetigit Nouella. ſ. de electione. nihil. in fi. quia aliud eſt legitimare perſonam quod fit ante litem conteſtatam. Aliud eſt legitimare cauſam quod fit poſt litem conteſtatam ſecundum eam. Ex præmiſsis & maximè ex eo, quod ſcripſi poſt Innocen. ſ. in verſ. & hoc intelligit verum infert Ioan. Calder. quòd ſi quis petit pronunciari inſtrumentum aliquod fictitium & ſimulatitium cum præſumptio ſit quòd illud ſit penes creditorem ante litem conteſtatam non habet illud exhibere. Item credit Ioan. Calde. quòd Innocen. loquatur de inſtrumento per quod intendit probare.

31 ¶ OCTAVO † quæritur quibus modis habet fieri æditio inſtrumenti, vel cuiuſuis alterius ſcripturæ, dic quòd multis modis, vnde ſi petens æditionem dominus eſt illam poteſt petere per actionem ad exhibendum, vt. ff. ad exhibendum. l. vltima § vltimo. quandoque actione pignoratitia. vt. ff. de pignoratitia actione. l. vltima. quandoque actione familiæ erciſcundæ. vt. ff. famil. erciſcun. l. iiii. & l. ſequen. quandoque actione ex empto. vt. ff. de actio. empti. l. Titius. & l. creditor. quandoque condictione ſine cauſa. vt. d. l. diſſolutæ. C. de condi. ſine cauſa. Quandoque condictione ex. l. vt. C. de liberali cauſa. l. ſi cum datam. Quandoque actione ex teſtamento. vt. C. de fideicommiſsis. l. inſtrumenta. Quandoque actione mandati vel pro ſocio vel tutelæ. vt. ff. de ædendo. l. quædam. vel actione in factum ex illo ædicto, quemadmodum teſtamenta aperiantur. Saluo quòd diſtinguitur, vtrum is à quo petitur æditio confiteatur ſe tabulas poſsidere, & tunc habet locum prædicta actio in factum ex interdicto de tabulis exhibendis. vt. ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur. l. ij § vltimo. & de tabulis exhibendis. l. j. Quandoque actione in factum ex ædicto de ædendo. ff. de ædendo. l. iij. Quandoque officio iudicis. vt. C. de ædendo. l. ij. & ff. ad legem Falcidiam. l. vltima § vltimo. Et vide quod notatur in Specu. & per Ioan. in additionibus. de inſtrumentorum æditione § nil dicamus. & § videndum reſtat. & per Barto. ff. de ædendo. l. j § æditiones. & § ſequenti. & l. ſi quis ex argentarijs § ſi nuncium. & § ſequen. & l. quædam. in princ. & § nihil. & § nummularios. & in d. l. & quæ. vbi etiam vide Cynum. & ff. de tabulis exhibendis. l. fin. vbi nullo modo videre omitas Barto. & per Guiliel. de Cugno, in d. § æditiones. vbi etiam videre non omitas & ibi videre potes Aurelianen. præſertim moderniores videlicet Ioan. Nicoti, & Bertran. Caprioli & tunc exiſtimo quòd nihil tibi deeſſe poterit. ¶ Supple gloſſas. in glo. j. in fi. ſimile. xc. diſtinct. c. vltimo. vbi de hoc. aliâs eſt in tex. gazophilacio. & dicatur locus vbi theſaurus vel diuitiæ reponuntur & in. l. vocatur iſte locus archiuus. in authen. de ijs qui ingrediuntur ad appellationem § ſi vero etiam. colla. v. & xxx. q. j. c. j. ſecundum Hoſtien. & ibi, *exactor* & vſurarius. vt in clemen. vna. de vſuris § cæterùm. & vide quod ibi notatur per gloſſam, ſuper verbo rationem, & in fi. vt. ff. de ædendo. l. j. & l. prætor ait § j. ſecundum Vincen. Circa hoc vltimum remittit Nouella ad notata ſua. j. de exceptionibus. cùm venerabilis. in gloſ. quaſi dicat. verſi. ſed contra. in gloſſa vltima. ibi qui intendit vbi de hoc, *& ibi contra ipſum nec tenebitur allegare* iura quæ pro aduerſario faciunt, & notatur. iiij. q. iiij. cap. j. & in fi. de hoc plenè. in § æditiones. & in cap. G. Perpetuus. allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudinis virtus plenitores tamen probationes, quàm conſuetudo, lex exegit.*
2 *Ratio decidendi ad c. ſicut. multiplex. Et que potior. nu. 3.*
4 *Moribus recipi, vt non niſi teſtibus tribus credatur.*
5 *Teſtem vnum probare vſu admitti non poſſe.*
6 *Teſtimonijs iuratis, non teſtibus conſuetudine induci.*
7 *Solutionem ſolo inſtrumento probari, pacto induci poſſe verum eſt.*
8 *Decret. ſicut de iuramento loquens quibus caſibus reſtringatur. & numero. 9.*

¶ *CAP. II.*

SIcut conſuetudo. caſus. Actor qui plenè probauit non debet compelli iurare Nouella ſubaudi etiamſi hoc habeat conſuetudo, vt in textu, nec aliâs habebis plenam ſummã, Primo narrat conſuetudinem. Secundo eam improbat ibi, *nos cum tunc*. ¶ Expone literam. *& infrà*, fortè decidit, quod ſicut laudabilis tenenda, ita laudabilis reprobanda, de quo. ſ. de conſuetud. c. fin. Hoſtien. *aut teſtibus*, fortè ſecus erat in confeſsione, quia ſcilicet probato per confeſsionem aduerſarij non compellabatur iurare, *ei*, qui iam probauit intentionem ſuam inſtrumentis, vel teſtibus quorum alterum ſufficit. de reſtitutio. ſpolia. cùm ad ſedem. de fide inſtrumento. cùm Ioannes. *ſacramentum* de veritate *non habetur* quaſi præſumere vellent, quòd omnino fouerent iniuſtam cauſam, ſiue litem, ſed, vt dicit Hoſtien. non ex probatione facta, ſed potiùs ex ipſius defectu præſumenda eſt calumnia, vt patet in eo quod legitur, & notatur. ſ. de dolo & contumacia. cap. finem, *deeſſe*, ad plenam fidem faciendam. Vincen. vnde dicit Hoſtien. ſi plenè probat actor, condemnatur reus. j. cap. proximo. & cap. in præſentia. ſi nihil probat, abſoluitur. C. de rei vendica. l. fi. ſi ſemiplenè defertur iuramentum quod dic. vt. j. de iureiuran. c. fi.

1 ¶ PRIMO † quæritur ibi, *reprobamus* quæ eſt ratio dubitandi, atque decidendi. De ratione dubitandi non oportet multùm inquirere: quia authoritas conſuetudinis quæ addit & detrahit & derogat iuri ſcripto, præbet hîc magnam occaſionem dubitandi, iuxta lecta & notata. ſ. de conſuetudine. c. vltimo. facit quia conſuetudo legi parificatur. ff. de legibus. l. de quibus. & tamen lex vltra communem

probandi

probandi modum plerunque exigit aliud probationis genus.vt.C.de testamentis. hac consultissima. &.C.de codicil-
2 lis.l.vltima.cum similibus. Decidendi † autem ratio multiplex assignatur. Prima est quòd irrationabilis consuetudo non valet. vt.d.c.fina.hæc autem est irrationabilis quia ratio superfluitatem non admittit.Secunda est,quia talis consuetudo est contra ius scriptum,imo contra ius diuinum secundum quod non iuratur nisi ex causa, sic enim consuetudo conuersa simili causa reprobatur. ĵ.eodem. ad nostram. & loquitur illa in reo hæc in teste secundum Hosti. Ex prima ratione arguit Collectar.quòd non valet consuetudo quòd actus superfluus in iudicio fiat quia ars debet imitari naturam. Secundo arguit quòd non valet consuetudo contra ordinem iuris.inducit de capel.monach.c.ij.lib.vj.& de fideiussor.constitutus.& facit secundum eum pro superfluis relecandis. Aliam rationem inducit Bernard.in fi.glo.vltimæ:quia ex quo semel fuit iuratum de calumnia &c.Sed ista ratio non videtur bene secura, quia iuramento malitiæ ad quod videbatur hæc consuetudo tendere post iuramentum calumniæ bene exigitur.de iuramento calumniæ. c.ij.§.vlti-
3 mo. lib.vj.¶ Quid † dicendum? verè credo quòd ratio fuerit: quia plerunque quis agit ex facto alieno in quo iurans de veritate faciliter posset deierare. argumen.ff.de in litem iurando.l.videamus.§.j.in fi.Iuramentum autem de credulitate sub iuramento calumniæ continetur, multi enim sunt valde difficiles ad iurandum. ff.de conditio.institutionum. l.quæ sub conditione.§.primo.illi perquàm timendi &c. Et sic ex hac consuetudine possent plures retrahi à prosequutione iuris sui ex quibus redditur consuetudo huiusmodi irrationabilis, & perniciosa, & per consequens merito reprobata.

4 ¶ SECVNDO † quæritur vtrum valeat consuetudo, quòd tres testes ad probationem, necessariò requirantur? Dicit Nouella, quòd per hanc decretalem videtur probari, quòd non, si enim non valet consuetudo, quæ ad plenam probationem duorum testium addit necessariò partis iuramentum, ergo nec valet, quæ addit necessariò iuramentum tertij testis, & in hoc videtur stare Collect.sed Martinus de Salua, tenet contrarium: quia si lex hoc potest ergo consuetudo vt dixi.ŝ.& hoc magis placet, quia in hoc fuit deceptus Ioan.And.quia salua pace non ponderauit bene rationem decretalis, quam posui.ŝ.

5 ¶ TERTIO † quæritur vtrum valet consuetudo quòd credatur vni testi indifferenter. Collect. videtur velle, quòd sic licet secus in statuto remittens ad collecta sua.de constitutio.cùm omnes. quia in statuto non est tacitus consensus omnium, vel maioris partis populi, iuxta collecta.de consuetudine.c.fin.nisi fortè in criminibus vbi cautius est agendum secundum eum, sed Lignanus non concipit istam differentiam de consuetudine, & statuto, nam in statuto est consensus, omnium vel maioris partis illorum, qui statuere possunt, & tamen potius debet operari expressum quàm tacitum.de procuratoribus. qui ad agendum. lib.vj. ff.si quis cau.l.sed & si.§.quæsitum. & melius. ff.locati. l.qui ad certum. Fatetur tamen statutum legi communi obuiare non posse, de iure canonico. de maioritate & obedientia. cùm inferior. & clemen.ne Romani. de electione. in princ.licet secus de iure ciuili.ff.de iustitia & iure. l.omnes populi. Sed contra hoc vltimum videtur. C.de offic.præfec.orien.l.formam. Præthereà, non apparet ratio diuersitatis inter ius canonicum & ciuile quantum ad hoc. Prætereà.c.cùm inferior. & clemen.ne Romani. ponunt rationem vtrique iuri communem. Prætereà.l.omnes populi.allegata, licet dicat, quòd omnes populi, qui legibus, & moribus reguntur partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure vtuntur, & quòd quisque populus proprium sibi ius constituit: non tamen dicit quòd aduersus ius commune à principe emanatum possit sibi constituere ius proprium licet enim Barto.à cuius repetitione Lignanus prædictam opinionem recepit. l.illam generaliter intelligat. vt etiam casum constitutionis principis aduersum contineat, tamen videtur quòd imo restringi debet, vt non includat illum casum, qui tanquam rationabilem, & à prædictis iuribus reprobatum. ¶ Quid tamen de quæstione nostra dici debet? Lignanus nihil dicit, videretur tamen dicendum, quòd cum probationes à iure positiuo videantur authoritatem habere, quòd tanquam per statutum legi communi dicenti quòd vox vnius vox nullius &c.C.de testibus.l.iurisiurandi. in fi.secundum prædicta derogari non possit tamen secus. de consuetudine.consuetudo enim maioris authoritatis est quàm statutum: quia habet legis communis approbationem.ŝ.de consuetudine. c.fina. Prætereà nec.l.iurisiurandi. dicit vni testi simpliciter non credendum, sed dicit quòd non facilè admitti debet, & hoc propter tabellionem, cui soli quandoque creditur vt ibi notatur in glo.facit quia in casibus quandoque creditur vni soli, vt patet ex lectis & notatis. in clemen.literis. ĵ.eodem. Sed apparet mihi finaliter quòd consuetudo quæ haberet vni testi soli credendum esse indifferenter, in omni causa, irrationabilis esset: & per consequens non valeret cuius prosequutionem pro nunc obmitto: quia propono dicere.in clemen.literis. ĵ.eodem.dicit
6 † autem hic Collectarius: valere consuetudinem quòd pluribus iuratis testimonijs non testibus stetur ratione præmissa & dicit hoc notari per Hostien.& Nouellam.ĵ.de appellationibus.c.j.licet videatur contra.de cohabitatione clericorum.vestra.secundum eum.

7 ¶ QVARTO † quæritur nunquid valet pactum contrahentium cum non possit fieri probatio solutionis nisi per instrumentum. Refert Lignanus glossam tenere.in authen.de testibus.in princ.quòd non: quia non debet restringi facultas probationis. C.de hæreticis. l.quoniam. in fi.nec ad vnam speciem probationis arctari. ŝ.de renunciatio.in præsentia.subdit quòd hæc opinio fortè non est vera: quoniam hic pactum emanabat super priuato commodo & fauore, cui potest renunciari.C.de pactis.l.penult.ĵ.de regularibus. ad apostolicam.& quia partes possunt facere pactum cum non valeat contractus nisi in scriptis iuxta notata. de censibus. c.Romana. lib.vj.induco lecta & notata. C.de fide instrumentorum. l.contractus. &. ff. de pignoribus. l.contrahitur.

8 ¶ QVINTO † quæritur ibi, *legitimè*: an excipiantur aliqui casus. Respondet Innocen.dicens quòd fallit in illo, qui dicitur aliquid recepisse, vt sententiam ferret.in authen.vt litigantes iurent.primo responso collatione. ix. super quo remittit Hostien.de re iudi.cùm æterni.lib.vj. Secundò fallit vbicunque aliquis remanet infamatus licet nihil sit probatum.ŝ.titu.j.c.j. &.ĵ.de testibus. tam in literis. Tertiò fallit vbi semiplenè probatum est.de procura.ex insinuatione. secundum Innocen. Hæc autem decretalis non tollit iuramenta quæ præstantur ante probationem factas de quibus.
9 ĵ.de iureiuran.c.fina.† Item nec tollit iuramenta quæ per iudicem ex officio suo ex causa etiam post probationes iam factas apertè veritatem sciente exigerentur cum iuramentum, de calumnia, de malitia, & de veritate exigat index quandocunque & etiam quandoque pluries & ex causa.ff.de interroga.actionib.l.vbicunque.ĵ.de iuramento calumniæ. c.ij.§.fina.lib.vj.cum similib.sed bene tollit iuramenta, quæ ad petitionem partis à parte sciente vel ignorante post plenas probationes factas sine causa, quæ consuetudine exigerentur, quia talis consuetudo esset irrationabilis & in hoc stat verus intellectus huius decretalis.

SVMMARIVM.

1 *Limites miscentium pœna.*
2 *Finium regundorum actio cui competat: & cuius naturæ sit.num.10.*
3 *Litigatorum vtrunque in communibus iudicijs probare.*
4 *Interdicta vti possid.vnde vi & in rem actio cui competant.*

5 *Ecclesiæ, aut præbendæ nomine quando & à quo agi possit & nu. 6.*
Et præbendam certa iura habere. nu. 7.
8 *Præbendarium procuratori ecclesiæ etiam speciali præferendum.*
9 *Præbendas distinctas esse quo modo, & quatenus accipiendum.*
11 *Litigatori vtroq; probaturo, vtrius ordine potiores sint probationes.*
12 *Positionibus iura tertij inseri non debere. Nec quem iursta positione inuari. nume. 13.*
14 *Administratio legitima quæ: & an eo nomine agi possit.*

¶ CAP III.



EX literis. casus. In communi iudicio probant actor & reus, & si
pariter probant, reus absoluitur: nisi fauora-
bilem causam foueat actor: communis diui-
sio, secunda ibi, *ad quod.* ¶ Expone literam,
præbendas, id est reditus. Episcopus enim non habet præben-
dam nisi ex speciali indulgentia vel ex necessaria causa Gof-
fred. qui fortè inspexit antiquam in qua scribebatur Cy-
sten. Episcopo terminorum, quod non est nouum vt Genes.
xiij. & . j. de verbo. significatio. c. forus. in vers. lis: quia discor
diam solet excitare communio. ff. de legatis. ij. l. cùm pater. §.
1 dulcissimis. in fine Hostien. *antiquos fines* † hîc non est pœna
arbitraria, sed splendidiores personæ, si admiscuerunt ter-
minos, relegantur, humiliores verè castigantur, & ad opus
biennio dantur sed & si criminaliter agatur ex lege agraria
pœna. l. aureorum statuta est. & si seruus sit capitalis. vt. ff. de
termino moto. l. j. ij. & . iij. Hostien. *tui fundi*, id est, tibi in
2 præbendam assignati † vnde & tibi competebat actio fi-
nium regundorum, ad hoc vt termini antiquitus vel de no-
uo positi ab illo qui partem aliam habuit obseruentur. ff. fi-
nium regundorum. l. in finalibus. & l. eos. sed & proprietati
cohæret hæc quæstio. C. finium regundo. l. iij. vnde si quan-
do de crimine agitur dubitetur cuius sit proprietas vel pos-
sessio super hoc recipientur testes vt hic secundum Inno-
cen. *occupasse libellos* in hac materia vide in Speculo, de iu-
dicijs. §. sequitur. xl. annorum. & sic communis actio est præ-
scripta. j. de præscriptioni. de quarta. & . c. ad aures. & . c. quia
iudicante. vbi de hoc Hostien. *inconcussè*, id est imperturba-
tè & sine interruptione Goffred. possederit hucusque: & sic
3 vterque contendebat † se possidere, vnde & vti possidetis
proponi poterat hincinde de hoc. j. eodem. licet. *ad quod*, id
est ad intellectum, & solutionem propositæ quæstionis *hinc-
inde.* In alijs iudicijs prius debet recipi probatio actoris &
de hoc. ff. eodem titulo. l. circa. in glos. vltima. & in Specu. de
probationibus. §. j. versic. sed vbi vterque & per Dynum. de
regu. iur. c. non licet. lib. vj. *examinatis.* diligenter non per-
functoriè. j. titu. proximo. præterea. & . c. cùm causam. præ-
cellere, sic in interdicto vti possidetis, quod etiam duplex
est is obtinet, qui superior est in interdicto. j. eodem. licet.
ff. vti possidetis. l. si duo. in princ. Goffre. *sibi* nota fidem iu-
dici faciendam. de testib. in nostra. & . ff. eod. l. quinquaginta.
in fi. *adminiat* cum effectu, id est pronunciando secundum di-
cta illorum, *præferentur* cum effectu *pro libertate*, id est pro ea
parte quæ libertatem fouet vt etiam si sit actor Hosti. *ali-
quando* hoc dicit, quia regula est in contrarium de hoc. j. vt
eccle. beneficia. c. vno. in prin. *longissimi* vel longi. C. de præ-
script. longi tempo. l. penul. & . l. emptor. *obijcit* in modum ex-
ceptionis aliàs contra. vt. C de præscripti. xxx. annorum. l. si
quis emptionis. qui possidet vel possidere impeditur. de do-
lo & contu. contingit. quod tamen non concedit vsquequa-
4 que Vinc. ¶ Ratio † dubitandi, quia possessori non incum-
bit probatio: ratio decidendi quia iudicium est commune,
& non probat vt reus sed vt actor secundum Ligna. notabi-
lia patent in litera. ¶ Opponitur quia videtur quòd Episco
pus qui hic admissus extitit ad agendum non potuerit age-
re. Primò enim non poterat agere interdicto vti possidetis:
quia aduersarius suus iam partem fundi occupauerat, vt hîc
sequitur: & ideo agens possessionem amiserat, ex quo infer-
tur, quòd interdictum vti possidetis sibi competere non
poterat, ex quo non possidebat. vt. ff. vti possidetis. l. j. & per
totum. Item quia videtur quòd nec interdicto vnde vi age-
re potuerit, quia non videtur, quòd fuerit spoliatus fortè à
principio aduersarius terminos præbendæ suæ sine violen-
tia occupauit: item quia videtur quòd nec rei vendicatione
agere potuerit nam non proprio nomine, cum non esset
sua proprietas, nec nomine Ecclesiæ cum Ecclesia posside-
ret æqualiter omnes præbendas per omnes canonicos qui-
cunque essent illi, qui eas possiderent. Item quia ratio. s.
proxima sufficiens est, quare etiam interdictis superioribus
agere non potuit, vt notatur. j. de testamen. relatum. ij. re-
sponso. j. ¶ Solutio posset dici, quòd fortè nomine præben-
dæ suæ agere potuit, sicut & Abbas tantùm nomine digni-
tatis suæ agit quando à conuentu suo bona discreta habet.
de rescriptis. edoceri. vbi de hoc secundum Innoc. remittit
Nouella ad notata sua. ne præla. vices suas. c. querelam. super
5 glos. ij. † Subdit Innoc. quòd expedit agere tantum nomine
præbendæ suæ & non nomine ecclesiæ quando agit contra
canonicos suos vel contra alios in nomine eiusdem Ecclesiæ
se possidere, vel ius habere dicunt. Sed cõtra alios extraneos
qui iure Ecclesiæ non vtuntur tutius videtur esse agendum
nomine Ecclesiæ quàm præbendæ secundum eum remittit
Nouella ad ea quæ scripsit. s. de restit. spolia. c. ex literis. ante
finem magnæ glo. vers. & hoc notandum. dicit tamen Innoc.
quòd in hoc casu oportet quòd habeat procurationẽ præ-
positi & canonicorum vel aliorum ad quos res pertinet siue
quorum nomine agit. s. de procura. c. j. & de iudic. c. causam.
¶ Sed oppones: quia præbenda nil videtur habere vel possi
dere, quo modo ergo nomine eius agi potest non apparet.
6 † Respondet Inn. quòd imo præbenda potest habere & ha-
bet certas possessiones reditus & iura ex quo per illum qui
hoc potest facere sunt sibi assignata, & ex quo diuisa est ab
alijs, & etiam limitata arg. j. de præb. c. exposuisti. sicut & pa
rochialis Ecclesia. j. de ijs, quæ fiunt à præla. c. pastoralis. quæ
& quando est ei annexa in quo casu de iuribus ipsius Eccle-
siæ annexæ non videtur agendum nomine Ecclesiæ sed præ-
bendæ. arg. ff. de ædi. edict. l. iustissimè. & quod legitur & no.
de præb. extirpandæ. § qui vero. & de offi. dele. prudentiam.
7 § penul. & vlt. & per Inno. in. d. c. relatum. § nomine. † Potest
ergo præbenda secundum Inno. habere iura sua distincta si-
cut Episcopatus Abbatia, hospitale, & quæcunque alia do-
8 mus, vel dignitas, vel administratio. Subdit † etiam quòd si
in petitione seu defensione iurium præbendæ procurator
Ecclesiæ non specialis sed generalis & præbendarius simul
concurrerent videretur præbẽdarius præferendus. & de hoc
nota. de resti. spol. olim causam. secundum eum. & . s. de iudi.
cùm deputati. secundum Host. quoad præmissa remittit col-
lect. ad collecta sua. in. d. c. cùm deputati. Item subdit contra
Inn. & pro Host. vt dicit quòd etiam non possidens agit. vti
posside. dum modo dicat se possidere, sed caueat quia succũ-
9 bet nisi probet. vt. j. eod. licet. ¶ Aduerte † quia per lecta &
not. Inn. hic & in. d. § nomine. concludere habes hoc funda-
mentum, quod licet præbẽdæ sint distinctæ quoad demonstra-
tionem tamen bona sunt vniuersitatis ipsius Ecclesiæ. Ex
pone executor procedit certũ ministerium sibi iniunctum
exequendo,tunc sufficit suum sigillum,ratio:quia in hoc nõ
vertitur magnum præiudicium:nam & possunt partes corã
suo superiore iustitiã suam consequi,& sic intelligitur præ-
dictus.§.nec tantum.ff.de rebus eorũ qui sub tute. vel cura
magis.& decret.cum parati.de appellatio.& sic seruat curia
inter istos,cum multũ interest:vt in cap.vltimo.de officio
delega.vnde dicit quòd si delegatus vel executor scribit co-
ram se appellatum non creditur ei,etiam si plures essent. Di
28 cit † tamen quòd si in rescripto est talis clausula, quicquid
inde feceris studeas nobis per tuas literas intimare,tunc tali
scribẽti de eo quod fecerit creditur propter formam man-
dati iniuncti,non ex persona sui,hoc placet mihi:quia si nõ
creditur literis ordinariorũ,sine subscriptione,vt supra est
dictum & probatum,multominus delegatorũ literis vnius
vel plurium,nec puto talis literis standum, super his quæ
ad officium suum non pertinent.Si autem referunt de his
quæ ad officium suum pertinent,si sunt de actis etiam de
his non stabitur,nisi de his appareat, secundum formam.c.
ĩ.eo.quoniam.In alijs preiudicialibus etiã nimis statur sine
subscriptione,nisi in nudo ministerio,vel cum dicta clausu-
la de qua statim dixi,vel vbi similis est in rescripto,& sic in-
telligitur iura predicta,vel contra subscribentem, vel pro-
ducentem,vt in dicta decret.penulti.cum similibus.

¶ QVARTO queritur quid de literis arbitrorum vide-
tur quòd eis credatur.ĩ.titulo.j.presentata.dic contra, per
ea quæ dicta sunt.&.C.de arbi.l.ne in arbitris.& vt dicit do
minus.P.iij.in casu huius decret.non est quæstio:quia arbi-
tri excommunicare non possunt,vt scripsi post Gof.& Ho-
stien.de officio ordin. cap.penultimo.sed idem & quoad
alios casus per.l.ne in arbitris.C.de arbitris.quia & infamis
potest esse arbiter.ff.de arbi.l.Pædius.aliás parui.in quæstio
ne.vij.§.tua.ver.cognitores.cuius dicto vel sigillo credi esset
absurdum.ĩ.de testi.licet.ij.non obstat.eo.titu.præsentata.
quia ibi narratur factum.

29 ¶ QVINTO † queritur de literis,& sigillo priuati,dicit
quòd illis non statur,nisi contra eum,vt dicta.l.si procura-
torem de solutio.si quorundam.& de.instrumento.de pro-
cura.ĩ.de rebus eccle.non alienan.c.j.libro.vj.Si autem tales
literæ priuati habent testium subscriptionem quid iuris sit,
tunc nota de fide instrumentorum.cap.ij.ibi vide.

30 ¶ SEXTO queritur † de quo sigillo intelligitur, quòd li-
teris sigillatis certis casibus statur.Solutio.de proprio, nec
enim pars debet de alieno sigillare.ff.qui testa.face.pos.ad te
stium.§.si quis &.l.penultima.nisi proprium secum non ha-
beret,vel non habet.insti.de testa.§.possunt.C.eo.si vnus.&
tunc hoc in litera est exprimẽdum,vt notatur de re iudi.cũ
inter vos.&.xcvij.distinctio. nobilissimus. circa medium
magne glos.& quòd ius ciuile vocat anulum,ius canonicum
vocat sigillum.Item hoc est intelligendum de sigillo,ad aliũ
vsum non specialiter deputato de appella.significauit.& de-
bet habere literas, imagines,& caracteres legibiles,represen
tantes verum sigillum.de fide instrumentorum.inter dile-
ctos.Ad predicta facit de pœniten.distin.ij.principium.

¶ SEPTIMO queritur redeũdo ad materiam primi no-
tabilis,quarte oppositionis,& primæ questionis, videlicet
vtrum sigillum Episcopi de iure sit authenticũ, & antequã
directè ad questionem descendam premitto vnam distin-
ctionem quam fecit Henricus circa materiã supradictam:
nam cum queritur an sigillum Episcopi facit fidem, distin-
guit:quia aut est ignotum,& tunc non sic procedunt lecta,
& notata.de fide instrumento quòd super his.de cleri.pere-
grinan.cap.j.&.ij.aut est notum,& tunc si in causa propria,
idem si pro se.C.de testibus.l.omnibus.iiij.questio.iij.si te-
stes.§.item omnibus. C.ne quis in causa sua.per totum.sed
contra se bene vt predicta.l.si procuratorem.&.C.de re.ali.
non ali.l.ij.notat Hostien.in summa.§.ri.§.finali.circa finem.
31 Si vero in causa aliena,† & inter extraneos loquimur,& ap-
paret consuetudo seruanda est,si præscripta sit,secundum
Inno.hic etiam si habeat consuetudo quòd extra diœce.&c.
secundum Hosti.in prædicto cap.cum dilectus.argu.C.de
adulterijs.quãuis indubitatur. Et idem de sigillo Abbatis.
xiij.questio.ix.statuimus.& cap.seu conuentus.ĩ.eo.cap.ter
tio.&.ĩ.de appel.significauit.& cuiuslibet collegij.ĩ.de ex-
ces.prela.dilecta.nam in omnibus his casibus consuetudo
est seruanda:notat Hostien.in summa.eo.tit.§.finali.ver.x.&
Ioan.vj.questio.ij.placuit.& Archid.in prædicto cap.vt cir
ca.glos.j.Cessante autem consuetudine,si loquimur de his,
quæ facit Episcopus ratione officij,maximè fauorabilibus,
& nulli preiudicialibus, sicut de excommunicatione, que
medicinalis est:vt predicto cap.cum medicinalis.&.ij.que-
stio.j.multi.tunc facit fidem,vt hic.& supra de treuga & pa
ce.c.j.&.c.cure.& cap.debent.alleg.secũdum Hug.&.Hosti.
hic.& Archid.in quæstione.ix.testes.& prædicto cap.vt cir
ca.in fine.facit bene predictũ cap.vt circa.& cap.si canoni-
ci.& cap.cum medicinalis.alleg.Et hoc verum cum litera
est sententiæ promulgatorie:quia si esset precise testimonia
lis tunc secus,vt predicto cap.testes.secundum Nouellam
hic.Tamen quòd literis testimonialibus credatur extra iudi
cium.facit de maio.& obe.cum in ecclesijs vbi hoc notat
Gof.& de cleri.peregri.per totũ.& predicto cap.Cum à no-
32 bis. † Item membrum prædictum,de his quæ facit Episco
pus ratione officij,patet in literis Archiepiscopi ad consi-
lium,vel consecrationem euocantis.lxv.distinctio.non de-
bet.& in commendatitijs.lxxij.distinctio.per totum.notat
Innocen.ĩ.de fide instrumentorum.cap.j.in fine.& Archid,
in predicto cap.placuit.Et in cause commissione:quia iudi-
cium redditur in inuitum.de verborũ obligatio.l.inter sti-
pulantem.§.j.secundum Vincen. hic & Archidiaconũ.vij.
questio.j.qualiter.& idem in omnibus alijs actibus, in qui-
bus Episcopus habet dispositionem,& que à sua volunta-
te dependeat vt collationes beneficiorum, & similia; hac
enim ratione creditur literis pœnitentiarij secundum Ho-
stien.Abba.& Nouellam.ĩ.de senten. excõmunicatio. cap.
sicut nobis.& in hoc casu potest seruari opinio Hugo.&
Hostien.hic & Goffre.in summa de fide instrumen.in prin-
cipio.& Specul.eod.titu.§.finali.ver.x.ibi dicas igitur &c.&

Bernat.& Hoſtien.j̃.de fideiuſſo.c.ij.in gloſ.nota ſcriptura.
In alijs autem ſi literę habent teſtiũ ſubſcriptionem eis cre-
ditur:vt ſupra de procurato. cap.j.&.j̃.titu.j.cum à nobis.al
legato.vnde Vincẽ.intelligit quòd hic.& in cap.ij.j̃.de fide
inſtrumentorum.ſubſcriptio teſtium interuenit.& idem Io
an.in prędicto cap.placuit.& Inno.in prædicto cap.ij.&.c.
cum dilectus.allegato. & Archid.in prędicto cap.qualiter.
in gloſ.hic elicitur , ſed ſi non habent teſtium ſubſcriptio-
nem,eis non creditur,vt prędicto cap.cum à nobis , & hoc
tenent expreſsè Ioan.in prędicto cap.placuit.& Archid.in
cap.curæ. &.c.vt circa alleg.& maximè vbi pars de hoc con
tenderet,vt notatur in prædicto cap.qualiter.& in.c.curæ.
allegato. ¶ Collecta.recitat aliqua de notatis.j̃.de fide in-
ſtrumentorum.c.ij.quæ faciũt pro.& notata Cardi.in prę-
dicto.c.ſi canonici.quæ faciunt contra.& Archid.in cap.vt
circa.&.c.placuit.allegatis.&.j̃.eo. quoniam . & prędicto.c.
cum à nobis.& per Ioan.in prędicto.c.curæ.Et ſubdit quòd
tota curia interpretata eſt quòd ſigillum cuiuſlibet ordina-
rij iuriſditionem habentis probat,niſi reprobetur quod po
teſt fieri per duos teſtes,ſecundum Ioan.in prædicto.c.curę.
quam interpretationem ſequi debemus.ff.de legi.l.de qui-
bus.Sed contra inducit opinionem Cyni.C.de pact.l.pacta
33 nouiſsima.vbi dicit notari quòd † de iure ciuili non ſtatur
literæ ſigillatæ,niſi manus publica ſit ſubſcripta, poſteà re-
citat opinionem Specu.vbi ſupra,quæ videtur ſibi rationa-
bilis,& quæ de facto tenetur ſecundum eum,videlicet lite-
ris Epiſcoporum,& officialium ſuorũ,ac principũ & Abba-
tum exemptorum iuriſditionem fidem facere,etiam in ne-
gotijs alienis inferiorum,ſed aliorũ,non niſi in his quę ſunt
ſuæ iuriſditionis,vt notatur in Specu.eo.titu.§.finali.ver.x.
poſtea de literis delegatorum remittit ad Specu.de remiſ.§.
vtile.& Compo.de elect.ſtatuimus vnde dicit ſuper remiſ-
ſionibus,eis credi non ſuper proceſſu,niſi literę commiſſio
nis haberent clauſulam,quicquid autem ſuper hoc egeritis,
&c.j̃ tit.i.cum clamor.ſed executoribus quoad extraiudicia
lia bene ſtatur,& ita ſeruat curia ſecundum eos,de quo ſcri-
pſi latiùs in cap.iij s̃.eod. Quid autem dicendum de quæ-
ſtione noſtra principali,in qua quęrebatur,vtrum ſigillum
Epiſcopi ſit autenticum:pro quo ſciendum quòd hic ſunt
duę quęſtiones valde iudicio meo differẽtes.Prima eſt vtrũ
ſigillum Epiſcopi ſit authenticum.Secunda ſuppoſito quòd
ſit authenticum,vtrum literæ ſigillo huiuſmodi ſigillatæ fi-
dem faciant,in omnibus caſibus,vel in quibus, & in quibus
non.¶ Ad primam quęſtionem reſpondeo & dico omnino
34 tenendum quòd ſigillum Epiſcopi eſt authenticũ per iſtam
decretalem:quia probat donec probetur contrarium,vt hic
dicitur,& faciunt omnia iura pro hac parte allegata.s̃.eod.
cap.in primo notabi.& circa quartã oppoſitionẽ.&.iij.di.s̃.
proxima,quæ non refrico,nec valet dicere,quòd illi ſint ca-
ſus ſpeciales:quia nullibi reperies contrarium de iure com-
muni determinatũ. Et ideo cum textus dicant ſigillum Epi-
ſcopi probare in caſibus ſupradictis,oportet fateri illud eſſe
authenticum:quia ſi non eſſet authenticum,non probaret
etiam in caſibus ſupradictis , vt clarè probatur.j̃.de fide in-
ſtrumentorum.c.j.&.ij.igitur neceſſariò fateri habes quòd
ſit authenticum,nec valet dicere quòd authenticum ſit in
caſibus,& non in alijs:quia quod nõ in alijs nullo iure pro-
babis.Secundo hic probo,quia conſuetudo eſt legum opti-
ma interpres.ff.de legibus.l.ſi de interpretatione.s̃.de con-
ſuetudine.cum dilectus.& tamen conſuetudo totius vniuer
ſalis eccleſiæ interpretatur,& etiam interpretata eſt à tem-
pore cuius initij hominum memoria non exiſtit,ſigillum
Epiſcopi eſſe authenticum.Facit quia minimè ſunt mutan-
da quę inpretationem certam tam longo tempore habue-
runt:vt.ff.de legi.l.minimè.vnde ſatagentes contrariam opi
nionem defendere dicũtur eſſe nimis corioſi:quia diſceptãt
de his quæ non multum expediunt , & plus ſapiunt,quàm
oportet,vt.j̃ de renuncia.c.quoniam.in principio.libro.vj.
Præterea hanc partem tenet deciſiuè gloſ.j̃.de fide inſtru.
cap.ij.in gloſ.finali & Hug.& Hoſtien.ibidem & etiam hic
& Specu.in prædicto ver.decimo. Non obſtant ea , quæ in
contrarium allegantur,& primo non obſtat cap.cum à no-
bis.tum quia non dicit ſimpliciter non ſtandum , ſed dicit
non ſic ſtandum,cum duorũ , vel trium teſtium bonorum,
teſtimonia pręualeant.Præterea loquitur in actis iudiciali-
bus,quibus eſt ſpeciale,quòd ſigillo authentico non creda-
tur,eo quòd alius modus probandi,à iure ibi diſponitur,vt
j̃.eo.quoniam.& illo modo ad plura alia ſimilia , in contra-
rium allegata reſpondere habes,& cum dicitur quòd inſtru
mento ſine ſubſcriptione teſtium non creditur , igitur nec
ſigillo ſine teſtibus creditur.Reſpondeo quòd illud directè
non reſpicit pręſentem quæſtionem,ſed ſequentẽ. Pręterea
dico,quòd ego non capio,quòd appoſitio nominum teſtiũ
de per ſe aliquid faciat ad fidem literæ:quia quòd credatur
ſigillo epiſcopi tanquam authentico nõ facit ſigillum quod
mortuum eſt,& eadem ratione,neque litera , neque tincta,
quæ etiam verè mortuæ ſunt,Sed hoc facit fides,& authori
tas Epiſcopi mãdantis ſigillum apponi,ſicut dicimus quòd
tota probatio publici inſtrumenti,dependet à fide authori
tate & officio ipſius notarij,vel ergo ſtabis fidei,& authori
tati Epiſcopi,ſigillum mandantis apponi,& habeo propoſi
tum vel non ſtabis,& tunc ea facilitate,qua times,de appo-
ſitione ſigilli timere habes de inſcriptione teſtium.ſed di-
ces igitur ,nec in inſtrumento notarij teſtium inſcriptio
35 eſt neceſſaria Sed reſpondeo quòd imo:quia à iure eſt iſta
ſolennitas quoad notarium introducta.in authen.de inſtru
mentorum caute.§.j.vt pateat copia facilior impugnandi.C.
de contrahenda & committenda ſtipulatione.l.optimam.
ſed quoad Epiſcopum non reperio hoc à iure diſpoſitũ , vi-
delicet quòd vt ſigillum eius ſit authenticum neceſſaria ſit
præſentia,& inſcriptio teſtiũ. Nec obſtat prædictum cap.
cum à nobis.quia ibi nihil dicitur de ſubſcriptione teſtium
nec obſtat.c.ij.de fide inſtrumentorum.quia licet.in primo
dicto loquatur de inſcriptione teſtium , tamen in ſecundo
vbi loquitur ſigillo de hoc nihil dicit,nec obſtat.c.j.de pro-
cura.quia ibi de ſigillo authentico non loquitur,& eſt caſus
ſpecialis & ponitur ratio ſpecialitatis in textu,nec obſtat quod
viua vox potior eſt,quàm mortua:& tamen viuæ voci Epi-
ſcopi non creditur:quia idem argumentum de notario di-
ceretur.Item & ex alio capite non valet,ideo enim viuæ vo
ci Epiſcopi non creditur:quia idem argumentum de nota-
rio diceretur.Item & ex alio capite non valet,ideo enim vi
uæ voci Epiſcopi non creditur:quia deponit,vt teſtis de fa-
cto præterito,in quo memoria labi poteſt,& ideo ſibi non
creditur : vt.l.omnibus.allegata.ſed nos loquimur in facto
præſenti,vbi non eſt periculum in memoria.Præterea iura
dant authoritatem literæ ſigillatæ ſigillo authentico,quam
non dant viuę voci pro eo quòd ibi plures perſonæ interue
nire conſueuerunt,videlicet,ſcriptor literę,cuſtos ſigilli,&
Epiſcopus mãdans ſigillari,& pręſentia illorum inter quos
agitur,& pręſentia expeditionis ipſius actus ſic dant iura
authoritatem conſuetudinis propter actuum multiplicatio
nem & diuturnitatem.s̃.de conſuetudine.c.finali.quam de-
negant ſtatuto,vt clemen.ne Romani.de electio.in prin.c.
vero placuit.& cap.ſi tantum.non meruerunt ad propoſitũ
allegari:quia loquitur in cauſa propria,dum Epiſcopus de-
nunciat,vel accuſat,aut inquit contra ſubditũ.Item nec.c.
quoniam.j̃.eo.quia loquitur in actibus iudicialibus,nec fa-
cit mentionem de ſigillo,nec obſtat quòd non ſemper eulo
gia ſunt ex fide quia non loquitur de talibus literis authenti
cis prędicta.l.Diuus.quæ hoc dicit.¶ Ad ſecundam quęſtio
nem in qua quæritur ſuppoſito,quòd ſigillum Epiſcopi ſit
authenticum,vtrũ literis illo ſigillo ſigillatis credi debeat,
36 &c.Reſpondeo & dico,† quòd ſic regulariter , videlicet in
omnibus caſibus in quibus literis ſigillatis ſigillo authenti
co,credi per ea quæ dixi circa quæſtionem pręcedentem:
quia ſi eſt verum ſimpliciter quòd authenticum ſit,vt ibi di
ctum eſt,igitur ei tanquam authentico credi debet , fateor
tamen

tamen, quòd fallit in casibus. Primus est in causa propria. Secundus est inter non subditos extra territorium propriè diœcesis. Tertius est cum eius sigillum est ignotum. Quartus est in actibus iudicialibus. Quintus cum fert testimonium de præterito, qui quinque casus patent ex præcedentibus.

37 ¶ Restat que vnus solus casus dubi⁹ videlicet de his† quę non fiunt per Episcopū actiuè ex officio, vel aliàs: sed fiunt coram eo, sicut sunt contractus, confessiones, recognitiones. procuratorum constitutionum, ac cæteri actus, qui inter viuos fiunt, necnon etiam vltimæ voluntates, nunquid si super his det Episcopus literas testimoniales nō tanquam de præteritis, sed tanquam de pręsentialiter coram eo agitatis probant huiusmodi literę huiusmodi sigillo Episcopi sigillatæ, & iste est casus, in quo solùm stat principalis contrarietas inter scribentes, in quo verè multùm dubius verum: quia tale testimonium perhibere ad officium dignitatis Episcopalis non pertinet, si de iure scripto loquamur, inclinor ad opinionem communiorem doctorum scribentium, qui dicunt hoc casu literis Episcopi non credendum, & maximè quia speciale est in Papa, vt clemen. literis. j. eo. & sic in contrarium ius commune. arg. ff. ad municipales. l. j. in fine. nec indignetur Episcopus si in hoc suæ dignitati non defeuratur, sed suæ culpæ imputat: quia rei ad se non pertinentis se immiscet: vt. j. de regulis iuris. c. non est sine culpa. & cap. damnum. libro. vj. Si verò loquamur de iure consuetudinario alio. ij. loquor: quia generalis ecclesiæ consuetudo iam obtinet quòd nedum Episcoporum, imo & iuratorum eorum & nedum sit imo & ipsorum officialium ac iuratorum huiusmodi relationem per officiales assertam, literis fides consueuit adhiberi. Caue tamen: quia in multis diœces. alia consuetudo est, videlicet, quòd in literis Episcoporum & officialium suorum notarij eorū iurati, nomen suum proprium cum certis signis inscribunt, in fidem & testimoniū literarum quod si deficeret dubitarem de viribus literarum, propter defectum solennitatis consuetę ad instar legis. Cuius solennitatis defectus actum vitiat. ff. de transact. l. cum hi. ff. de rebus eorum. l. magis. C. de fide instrumentorum & iore fiscalis hastę. l. ij. & libro. x.

¶ OCTAVO quęritur circa secundum dictum huius decretalis, quid si constitutus erat excommunicatus tempore constitutionis, sed absolutus tempore assumptionis? Aliqui dicunt, quòd idem quia consideramus initium secundum Boat. vt hic in glos. notatur & recitatiuè videtur placere Nouellæ. Et secundum hoc fateri oportet quòd ipsa procur. constitutio facta de excommunicato est ab initio ipso iure nulla, quodque iste est vnus de casibus specialibus, in quibus excommunicatio gesta per excommunicatū reddit ab initio ipso iure nulla, licet Ioan. Calde. volens quasi inter duas aquas ambulare, alijs verbu vtatur, nam & huic opinioni assentit Ioan. Calde. in casu in quo ipsa procuratoris constitutio ab initio non valuit. Sed ad veritatem non placet mihi iste modus loquendi: quia istud est respondere per incertius ad incertum. Sed quid si tempore constitutionis non erat excommunicatus sed bene erat excommunicatus tempore assumptionis dic quòd si etiam tempore executionis durabat excommunicatio, repellitur, vt hic secundū Henricum, Sed si non durabat excōmunicatio: vt quia fuerat post tempus assumptionis absolutus, dicunt quidam idem eo quòd fuit initiū in assumptione. Alij dicunt, quòd ex noua assumptione potest procedere: quia per assumptionem vitiosam non vitiatur constitutio quæ fuit legitima secundum Martinum. Ego autem dico quòd siue tempore constitutionis siue tempore assumptionis cōstet illum fuisse excommunicatum, nisi probet contrarium, idest postea se fuisse absolutum à iudicio repelletur, vt hîc, vt patet ex his quæ scripsi in expositione, super verbo contrarium. sed si probet se esse absolutum tempore quo vult admitti repelli non potest, pretextu excommunicationis pręcedentis, siue fuerit excommunicatus tempore constitutionis tantū, siue fuerit excommunicatus tempore assumptionis tantū quia reuera procuratoris constitutio maximè facta à priuato, & circa rem priuatā, ex vitio excommunicationis ipsius constituti non inficitur ipso iure, vt patet ex his quæ scripsi in prædicto cap. consulti. & tangam. j.

38 ¶ NONO quęritur, † quid si vtroque tempore, videlicet constitutionis & assumptionis erat excommunicatus constitutus, & postea domino in eadem voluntate manente est absolutus, poteritne officiū exercere, videtur quòd sic, per l. obseruare. in fine. ff. de officio proconsulis, & legati. dicit Calde. secundum Vincen. & Guliel. in Specu. de procurato. post principicium. & Nouella hîc contrariū ratione prædicta: quia à principio non valuit, & ad prædictam. l. respondet, quia proconsul qui ante ingressum prouinciæ legatum dabat iurisditionem habebat habitu, licet nō actu, vel exercitio. simile. C. de curatore furio. l. penultima. de rescriptio. pastoralis. in fine. & quandoque etiam actu, vt eo. titu. l. aliquando per ingressum. ergo prouinciæ legati potestas non reuocata ratione habitus pręcedentis ad actum reducitur, nec etiam obstat. j. de procurato. licet. in principio. lib. vj. ibi enim à principio procuratorium tenuit, nec per dissensum procuratoris tenere desijt, ideo manente consensu domini continuari potuit & valere, sed hîc à principio nō tenuit. ¶ Subdit quòd id quod prędixerat per dissensum procuratoris procurationem non desijsse non fatetur ipse de rigore iuris: quia sicut ex consensu constituti propter procuratorem fundatur, ita ex eius dissensu dissoluitur. j. de regu. iuris. c. j. sed quia procuratorium etiam tempus constitutionis respicit, si post dissensum procurator cōsentit, licet pro tempore dissensus effectu caruerit, tamen tempore consensus debitum sortitur effectum, est enim ibi noua voluntas cum retrotracta, vt. j. de prçben. si tibi. lib. vj. & facit quod ibi notatur per Ioan. Andrę. in glos. penul. Et per hoc videtur quòd si tempore constitutionis non erat excommunicatus, sed tempore assumptionis erat excōmunicatus post que tempore exercitij erat absolutus, poterat suum officiū exercere, quod indubitanter credit Calde. sequendo opinionem Inno. de qua supra dixi. in tertia quæstione. Sed tenēdo contrarium non credit Calde. quòd hoc casu posset, vt procurator suum officium exercere, sine nouo mandato: quia vitium fuit in origine quod totum vitiat. j. quæstio. j. quibusdam. & cap. si quis. hîc enim actus perficitur ex constitutione & assumptione, fatetur tamen quòd dominus ratam habere posset. C. de procura. l. ij. & s. de procur. in nostra. in fine. & ff. de iudi. l. licet. ¶ Quid dicendum? miror certe de

39 opinione tanti viri: † quia nullo iure cautum reperio quòd cōstitutio procura. facta à priuato super re priuata ex vitio excōmunicationis ipsius constituti inficiatur ipso iure, cum tamen preter actus, qui aguntur per constitutos in officio publico excommunicatos publicè non reperiam gesta per excommunicatum pręter casus exceptos infici ipso iure prout examinando latè scripsi in prædicto capit. consulti. Et tamen inter casus exceptos procurationis constitutionem de priuato in priuatum, & super re priuata, & prophana, factam adnumerari non reperiam, nec obstat cap. consulti. quia ibi deputatus fuerat procurator ab illis qui erant in publico officio cōstituti, inter quos erant aliqui excommunicati, quorum admixtio vitiabat cuiusque ratio esse posuit ibi latis scripsi.

40 ¶ DECIMO quęritur † si cōstitutionis & susceptionis temporibus non ligatus dum litigat est excommunicatus quid iuris. Tunc respondet Calde. planum esse quòd durante excommunicatione repellitur etiam si post litem contestatam exceptio opponatur, non propter defectum procurationis propter periculum communionis, secundum Nouellam, prout etiam ipse scripsit de procura. in nostra. super glos. quando dicatur, sed ex quo procuratorium valuit absolutus admittetur per prædicta, & per lecta & notata in prędicto cap. pia.

41 ¶ VNDECIMO querítur,† ao in caſu huius decretalis ſit neceſſaria exceptio, vel an proceſſus cum tali habitus ipſo iure ſit nullus. Inno. hîc dicit ſimpliciter quòd per exceptionem elidi poteſt procuratorium ęquiparat ipſum conſtituenti dices quòd quicquid facit procurator, antequam probetur ipſum excõmunicatũ fuiſſe, valet, ſicut dicitur de cõſtituente, vt legitur & notatur in prædicto. c. pia. licet nõ ſic indiſtinctè extra iudicium, iuxta lecta, & notata in. c. conſulti. & c. veritatis. allegatis remittit Nouella ad Specu. de procura. in prin. vbi Guliel. in occulto excõmunicato poſt conſtitutiones videtur fateri quòd teneat proceſſus, ſed in excõmunicato tempore cõſtitutionis nõ. Credit Ioan. Cal. per ratiõnẽ quã poſt eum aſsignaui. ſ. e. c. in ſolutione ſecũdæ oppoſitionis proceſſum huiuſmodi eſſe nullum ſi excõmunicatus erat publicus. Secus ſi occultus remittens ad remiſsiones quas dedi poſt eũ ſupra ſuper obiectione tertia. ſubdens ꝙ non eſt bona æquiparatio Inno. quia per eam ſequeretur quòd excõmunicatus poſſet eſſe procurator rei, de quo quærebat hîc Nouella, cum reus in iudicio eſſe poſſit. de iudi. intelleximus. quod tamẽ falſum eſt, vt. eo. c. ſecundum Nouellam, cum reus ſit neceſſarius, & ideo ſibi ſubuenitur: procurator verò voluntarius, & ideo nõ auditur. facit ĩ. de offi. delega. ab arbi. lib. vj. Et per hoc etiã ſecũdum eum ſoluitur alia quæſtio an excõmunicatus in cauſa cõmuni ſibi & reo poſsit eſſe ipſius rei procurator, ſcilicet ꝙ nõ etiam ſecũdum Nouellam, & hoc voluit illud verbũ tanquã in litera poſitũ, quia & ſi admitteretur, vt reus ſuo nomine nõ vt rei procurator, licet videtur contra argu. in cle. religioſi. de procura. & propter iſta dicit Nouella, ꝙ libẽter vidiſſet integrũ huius quia per illam forſan ſoluebatur hęc quęſtio, forſan enim vacante eccleſia, & electione celebrata, in cauſa cõfirmationis, vel caſſationis Guliel. canonicus datus fuit procurator quem Papa licet admiſerit vt principalem non vt procuratorem ſecũdum Nouellam. Quid dicẽdum? aduerte, quia non mirũ ſi ex errore ſequitur error, vt. ff. de rei vendica. l. in fundo. error autẽ Calde. ſtat in principijs: quia credidit cõſtitutionem procuratoris excõmunicati nullam quod hoc caſu nullo iure probatur, vt prędixi, & vt tenet Inno. prout ipſe fatetur, & bene. Et ideo non mireris ſi concluſiones quas inde infert, nõ procedunt: quia dum ruit fundamentũ, ruit & ædificium. de presbyte. nõ bapti. veniens. & j. q. j. cũ Paulus. Miror magis quia fundat hoc per ea quę ſcripſi poſt eum. ſ. eo. c. iij. ij. & iij. oppoſitionibus: quia ibi ſecũdum veritatẽ nihil probat: quia illa quæ ibi allegat vel loquitur, de illo qui eſt in publico officio conſtitutus iuxta prędictũ cap. ad probãdum, vel reſpiciũt vniformiter etiam actus qui ſola exceptione oppoſita agentẽ repellũt: & ſic ad propoſitũ nõ faciũt iuxta gloſ. Ioan. Andr. in prędi. c. pia. ſuper verbo ſpeciem. Fateor tamen ꝙ procurator excõmunicatus pro reo excõmunicato, vel nõ excõmunicato in iudicio admitti volens exceptionẽ repellitur nõ, quia vitiũ excõmunicationis proceſſum nullum reddat, Sed quia de facto excõmunicato cõmunio denegari debet, & ſic nil faciunt ſuperius allegata.

42 ¶ DVODECIMO quęritur vtrũ † excõmunicatus cõſtitutus procurator, cũ poteſtate ſubſtituendi, poſsit ſubſtituere? Reſpondetur ꝙ ſic: quia iſte eſt caſus qui poteſt per aliũ excõmunicari. ĩ. de regu. iur. quæ per aliũ. lib. vj. dicit Calde. quòd ſi ponitur excõmunicatus poſt aſſumptionẽ officij, & nõ ante, vel ponitur occultus & non publicus, vel ſi ſequimur opinionẽ Inno. quã ponit hîc in gloſ. finali, videlicet, ꝙ neceſſaria ſit exceptio, non eſt quęſtio cum valeat ſubſtitutio: quia certũ eſt ꝙ valet cõſtitutio. arg. ĩ. de offi. deleg. c. iudex. lib. vj. facit quia cõſtitutus videtur à primo cõſtituente poteſtatem habere: vt. ff. quod cuiuſque vniuer. nomine. l. item eorũ. §. j. & ĩ. de procura. c. is qui. lib. vj. Sed in contrariũ facit clemen. religioſus. de procura. & quod ibi notatur in fine per glo. gloſ. enim in prędic. clemen. dicit ſolui quęſtionẽ per ea quæ ibi notãtur. Ex quib⁹ ſequitur ſecũdum Calde. ꝙ tenendũ talem eſſe excõmunicatũ ipſo iure inhabilem nõ potuit ſubſtituere. arg. prędic. c. iudex. in fine. ſed dici poſſet ſecundum eũ ꝙ ſi cõſtitutus habuit tale mandatũ. nõ tenuit ſubſtitutio. arg. d. cle. & per ea quę ſcripſi poſt eũ. ſ. eo. c. in obiectione tertia. Super quo vide quod ſcripſi in clemẽ. procuratorẽ. de procur. ſuper fine vltimę glo. & in. d. c. intelleximus. in. iiij. quęſtione collec. ¶ Aduerte quia vt ſcripſi ſupra ex errore ſequitur error, & ideo hîc nulla inhabilitas, valuerũt ꝙ cõſtitutio & aſſumptio ipſo iure, vt prędixi, & hoc etiã tenet hîc Collec. poſt Inno. licet dicat alios diſtinguere inter publicũ & occultũ, remittẽs ad Spec. de procur. in prin. quæ tamen diſtinctio locũ nõ habet, niſi in illis, qui ſunt in publico officio cõſtituti, & ꝙ valuerũt inſtitutio & aſſumptio
43 ipſo iure probat collect. † quia valuit proceſſus cũ iſto procuratore habitus, vt not. Inno. hîc & vbi ſupra, & probatur in d. c. pia. tamen exceptione propoſita virtute illius procurationis agere nõ poterit etiã ſi modo fuerit abſolutus notat Ioan. Andr. poſt Hoſti. & Specu. de reſcript. ipſo iure. lib. vj. & Inno. in. d. c. conſulti. quia exercitiũ cauſę transferre non poterit dominus in excõmunicatũ, licet vſque ad exceptionem valuerit quod fecit propter cõmunem ignorantiam, & publicam vtilitatem contrahentium, ſecundum eum.

44 ¶ DECIMOTERTIO † quęritur nũquid quod hîc dicitur de excõmunicato intelligitur de publico, an etiã de occulto? Refert Collec. Archid. & Zenzel. tenuiſſe & Hoſtiẽ. hîc tenere hoc cap. loqui de publico. arg. d. c. ad probãdum. prout notatur per eos in d. c. ipſo iure. ibi tamen Cardi. contra, & verius ſecũdum eum, nec obſtat. c. ad probãdum. quia tenet ſentẽtia excõmunicati propter publicũ officiũ in quo tolleratur, hîc autem ceſſat prædicta ratio: quia hîc agimus de facto priuatæ perſonæ, & de repellendo procuratorem qui cauſæ exercitium capere potuit etiam excõmunicatus ſiue publicus ſiue occultus, vt clarè notat Inno. in. d. c. cõſulti. circa principium, licet Nouella ibi ſuper verbo ſententia. in fine. videretur velle intelligere de excõmunicato non per ſententiam hominis, quẽ Collec. dicit ſe nõ intelligere: quia cõtrarium videtur caueri in iudicialibus in. d. c. pia. de quo tamen latè ſcripſi in. d. c. conſulti. vnde per ea, quæ ibi ſcripſi teneas indubitanter, quòd quoad ea, quæ facit excõmunicatus, non tanquã in publico officio conſtitutus, ſed tanquam priuatus non refert, an ſit publicus vel occultus: nam ſiue publicus ſiue occultus, tenet regulariter quòd facit donec per iudicẽ exceptione oppoſita repellatur, vt ibi ſcripſi nec contrarium reperies iure probari, pręter caſus ſpeciales de quibus dicam in cap. ad probandum. & cap. ipſo iure. allegatis. ĩ. de ſenten. excommu. ſi vero. & eo. titu. decreuimus. libro. vj. vbi omnino vide Nouellam: quia ibi notata per eã valde faciunt ad propoſitum. Quęrit etiam Nouella an excommunicatus conſtituat procuratorem ad negotia, vel ad iudicia, & remittit ad notata ſua poſt Inno. & Hoſti. de dolo & contumacia. veritatis. poſt principium magnæ gloſ. itẽ quærit de procuratore, qui appellauit, an poſteà excõmunicatus proſequi poſsit, & an ſi dominus extra iudiciũ appellationem ſuo nomine interpoſitam ratam habuerit appellãs excõmunicatus illam proſequi poſsit remittens ad notata ſua de except. cap. ſignificauit. in glo. ꝙ capitulum. ¶ Supple gloſſas in gloſ. j. ibi, Epiſcopi. & cuiuſlibet inferioris ordinarij cum textus de epiſcopo nõ loquatur, & ibi curæ. vbi de hoc in glo. & ad idem. ea. quæſtione debẽt & ibi de cõſilijs & cap. ſi Epiſcopus. & ibi peruenit. & c. ſeq. & ibi. c. j. ad idẽ de cleri. peregri. c. j. & ibi ſi vn⁹. & facit. ĩ. de re iudi. cum inter. vbi de hoc: & ibi adhibetur etiã in alia prouincia ſi hoc habeat cõſuetudo ſecũdum Hoſti. quẽ omnino de lõgo videas in originali, nec eius verba contemnas, licet longa quãquã ipſum non repetam ad contextum timens de prolixitate notari. & ibi cum dilectus. & de re iudicata. ad probandum. de fide inſtrumẽtorum. quod ſuper. C. de Epiſco. & cleri. l. ſi qua. de main. & obe. cum in eccleſijs. de dolo & contu. veritatis. de ſolu. cap. ij. ſ. eodem. c. iij. de electio. cum inter. R. de

appel.ſignificauit.de excel.præla.dilecta Nouella.& ibi pla-
cuit.vbi de hoc in.j.glo.& ibi,cum tu. ibi fuerat appellatum
ſecundum Hoſt.arg.j.de app.dilectis.ad fi.& ibi,diuus.ij. &
ſ.de dolo.cùm olim.& ibi ſubſcriptioné, dicit Hoſti.quòd
ſpeciale eſt in actis iudiciorum quòd credatur tabellioni ſi-
ne ſubſcriptione de quo.j.eo.quoniam.& ibi.§.ſi quis igitur
ad hanc ſecundam partem inducitur.ij.q.iij.quamuis.xxx.q.
vlti. incerta.& aliâs eſt ſub.§.ijs ita.vij.q.j.qualiter.Nouella.
& ibi Hugo.dicit quem ſequitur Hoſti.hic qui remittit ad
ſummam.eo.ti.§.ſi.verſ.x.& ibi per iura prædicta,& optimè
facit.c.cùm medicinalis.ſecundum Hoſti.&.c.vt circa.&.c.ſi
canonici.alleg.& ibi alij, ſcilicet Bern.Hiſpa.qui inducit.C.
de arbi.l.iiij.§.ſi autem.& ibi.§.poteſt.verſ.quòd ſi præſes.&
C.de anna.except.vt perfectius.& hanc opinionem ſeque-
batur Vinc.additis duobus caſibus,dicebat enim quòd lite-
ris ordinariorum non creditur, niſi in prædictis duobus ca-
ſibus,vel niſi haberent ſigillum capituli per.c.ſtatuimus.al-
leg.in prin.glo.& per.d.c.cùm inter.R.de elect.vel niſi appa-
rerent ſigilla plurium Epiſcoporum. xcviij.diſt.per totum.
de cler.pereg.c.j.& ibi dicas,ſecundum Ioan.& idem Innoc.
qui dicit quòd literis Epiſcopi in iudicijs non creditur, niſi
illa ſint ſcripta & facta per notarium, vel duos viros.j.eod.
quoniam.& in.c.curæ.loquitur de excommunicatis per Epi
ſcopum denunciatis ſecundum eum nec ibi dicitur quòd vi
tentur in iudicio,ſed in Eccleſia tantũ quod non eſt eis præ-
iudiciabile, ſed potius ſaluificum,& medicinale dum modo
non cõtemnant.j.q.j.multis.per quod videtur quòd ſi Epi-
ſcopus excommunicatum ad ſe mandet in iudicio vitari nõ
ſtabitur literis niſi per manum publicam ſint confectæ, ſed
Hoſti.dicit præcipuè in ſententia excommunicationis lite-
ris Epiſcopi eſſe credendum, per hoc & per illud.c.vt.ſ.de
treuga & pace.c.j.quia etiam iniuſta ſeruanda eſt.xj.q.iij.c.j.
& idem in dubio de clerico excommunicato.c.illud.& quia
medicinalis &c.dicit etiam cum Hug.tenendum quòd in o-
mnibus ſtetur literæ Epiſcopi, niſi probetur contrarium,
etiam circa acta quòd dicit eſſe expreſſum. j.de purga.ca.c.
penul.ver.ijs igitur.nec obſt.ſecundum eum.j.eo.quoniam.
quia illud intelligit quando viua voce dicit ſe ſic proceſsiſſe
nec apparerent literæ ſic ſigillatæ,vel quando id oſtendit in
calculario non cõfecto manu publica nec per duos viros ſi-
cut de iure non creditur notę tabellionis,& tamen creditur
inſtrumento eius.in auth.de hære. & Fal.§.ſi vero abſint.ar-
gu.j.ti.j.cùm à nobis.illud autem quod dicitur quòd viuæ
voci magis creditur intelligitur quãdo per plures probatur.
de excel.præla.inter.ver.prętereà ſecus cum per vnum.vt.d.
c.cùm à nobis.item ſecus in facto antiquo de hoc.ſ.eo.ter-
tio.Nouella,& ibi curæ,&.ſ.de treug.& pace.c.j.dicit Vinc.
quòd literis ſigillatis quibus commiſsionem cauſæ commit
tit bene creditur quia iudicium redditur in inuitum, vt.d.l.
inter ſtipulantem.§.j.& in ſi.Quærit Nouella quid reporta-
bimus ex tot ſparſis,& dicit quòd contra opinionem Hoſti.
quæ habet ita credit ſigillo ſicut publicę manui multum fa-
cit quòd ſi falſo ſcribatur inſtrumentum ſub nomine nota-
rij hoc facile per comparationem literarum poterit depræ-
hendi.Sed ſi verum ſigillum furtiuè ſubtractum falſis literis
apponatur hîc deficiet reprobatio,facilè enim poteſt à can-
cellario forſan dormiente ſigillũ ſurripi, à notario vero im-
poſsibile eſt actum ſcribendi,vnde ſalua pace Hoſti.bene vi
deretur notãdum aliquid diuerſum inter iſta,vnde cum Ar-
chidiacono videretur tenendum quòd requiratur ſubſcri-
45 ptio facta manu ſubſcribentium Nouella.† Sed vere nõ pla-
cet mihi tantus rigor,quia nullo iure exprimitur,nulloq́; lo
co de more ſeruatur, quòd in aliqua litera teſtes ſe ſubſcri-
bant, niſi in caſu alienationis rerum Eccleſiæ.x.q.ij.hoc ius
porrectum.xij.q.ij.ſine exceptione.Prætereà ſalua pace No-
uellæ per relationem Epiſcopi & cancellarij poſſet ſciri ve-
ritas,vt.ſ.eo.tertio, & quod legitur & not.ff.quemad.teſta.
aper.in ſi.&.j.de ſide inſtru.cùm Ioannes. & quia præſumi-
tur de quolibet quòd ſit diligens in officio ſuo,& quia illud
reſpicit cauſam quæ poſſet mouere legiſlatorem ad proui-
dendum nouiter cõtra fraudem, non autem arguit ſigillum
Epiſcopi non eſſe authẽticum, quia eadem ratione nullum
aliud eſſet authenticum contra.d.c.ij. de fide inſtrumen.do-
minus Mart.recitat hîc opinio Pau.de qua videbimus. j.de
fide inſtrumen.c.cùm dilectus. & opinionem Calder.quam
poſui.ſ. Poſteà refert Ioan.de Ligna.ponere tres ſpecies li-
terarum videlicet diſpoſitiuas recitatiuas ſeu teſtimoniales
atque mixtas,& in diſpoſitiuas dicere eas probare,in ijs quę
ſpectant ad officium ſuum, ſi teſtium habeant ſubſcriptio-
nem non faciendo differentiam inter ardua & leuia, quia
non apparet ratio diuerſitatis, ac recitatiuas non probare
præter quàm in Papa.vt cle.literis.j.eo.& quod nota.j.eod.
quoniam. mixtas autem quoad diſpoſitionem non quoad
recitationem probare, niſi in commiſsis & in ijs quæ non
ſonant niſi præſumptionem,vt in commendatitijs. Item re-
citat quòd dominus Vabreñ.approbat opini. Archi. Poſteà
ſubdit quòd contra naturam ſit rei mortuæ credere iuxta
not.Inn.in.c.cùm P.non credet ſigillo niſi in caſibus in qui-
bus reperitur hoc expreſſum ideo non in iudicialibus licet
ibi credatur notario ſine ſubſcriptione, vt not.hîc Inno.&
glo.j.eod.quoniam.quia ibi caſus eſt,conſulit tamen, quòd
in arduis notarius ſcribat teſtes, & ita ſeruatur, idem dicit
de extraiudicialibus non ſpectantibus ad officium Epiſco-
pi quia eum quoad illa prædicta regula non reperiatur vi-
tiata ei ſtari debet,ſed in ſpectantibus ad officium ſuum ſe-
cus quia tunc ſigillum eſt authenticum, ſic intelligit Innoc.
de fide;inſtru.c.j.&.ij. Subdit tutius eſſe,quòd teſtes ſe ſub-
ſcribant ſed non capio vt prædixi quòd ſit neceſſarium ſi-
cut nec in inſtrumento quod dixit tamen de ſubſcriptione
ſubdit fallere in leuibus vt in commẽdatitijs & ordinibus,
& id quod dicit de ſubſcriptione fatetur ſe recepiſſe à.c.ij.
de fide inſtru.ad quod tamen ſuperius eſt reſponſum. Fina-
liter dicit ſequendam prædictam diſtinctionem Lignani,&
remittit ad not.Hoſti.j.de verb.ſigni.Abb.& Ioan.And.de
re iudi.Apoſtolicæ.lib.vj. Tu veru teneas quòd ſcripſi.ſ.in
j.&.vij.quæſtionib.& quod dicam.in.d.c.cùm dilectus.¶ In
glo.vltima ibi tempus electionis, & tempus quo accuſator
libellum obtulit. ff.de pub.iudi.l.is qui. ſecundum Vincen.
& in ſi.de reſcrip.c.j.lib.vj.Et dic vt ibi licet Hoſti.hîc dicat
hoc verum de publico.Nouella. ¶ Circa materiam huius
glo.inſero diſtinctionem Henrici,qui cum quæritur vtrum
procurator excommunicatus, ad procurationis officium
admittatur, ſic diſtinguit, quia aut excommunicatus erat
ſolum tempore quo procurationis officium aſſumpſit, &
tunc non vt hîc.Aut ſolum tempore conſtitutionis,& tunc
idem ſecundum Boat.cum hîc ſolum conſideremus princi-
pium,vt hîc in glo.iſta, ſed non eſt verum quia tenuit con-
ſtitutio ipſo iure, vt dixi ſupra. Aut vtroque tempore ex-
communicatus, ſed nunc abſolutus,& apparet conſtituen-
tem in eadem voluntate manere, & adhuc idem, quia non
valuit procuratorium ſecundum Vincen.Petr.& Abba.nec
obſtat. d.l.obſeruare.§.vltimo. quia ibi iuriſditio in habitu
competebat,vel actu licet non exercitio. nec obſtat.de pro-
cura.c.licet.lib.vj.quia ibi procuratorium ab initio tenuit,
nec per diſſenſum procuratoris tenere deſijt,& placet Spe-
cula.de procura.in princ.ſed non placet domino Martino,
nec mihi, quia imò procuratorium non obſtante excom-
municatione valuit à principio ipſo iure, vt ſupra deduxi.
46 Vnde † dicit Martinus ſed non reperies legem procurato-
rium inficientem ratione excommunicationis, ſiue in acto-
re, ſiue in reo, ſiue de conſtituentis, ſiue de recipientis ex-
communicatione loquamur, & tamen cum iſta infectio à
iure poſitiuo deſcendat legem irritantem allegare oportet
inducit notata.in regula vtile,& in.c.is cui.& in.c.ſi religio-
ſus.de procuratoribus. in clemen. Aut eſt vtroque tempore
non ligatus,ſed dum litigat eſt excommunicatus,& tunc dic
procuratorium valere:vnde licet durãte excommunicatio-
ne repellatur ſecuta abſolutione admittitur: quia durante

excommunicatione, non potest defectum procuratoris, sed propter periculum cōmunionis repellitur, & ideo post litē cōtestatum repelleretur. Subdit φ in casu huius decre. necessaria est exceptio secundum Inno. & aliâs valeret quicquid ageret per. d. c. Pia. Plus autem extra iudicium valeret quæ ageret remittit Inno. ad no. in. c. consulti. & c. dignitatis. alle. vide in Spe. de procur. in prin. posteà subintrat differētiam de publico & occulto, sed vbi cōstituitur à priuato nulla est quoad hoc differentia facienda secundum Mar. φ certos casus habemus in quibus iura irritant facta ab excōmunicatis sicut in electione, & in rescripto Papæ. de consue. cùm dilectus. de elec. cùm inter. de rescri. ipso iure. lib. vj. sed aliâs nō reperiuntur iura irritari, cum à priuato &c. sed si à cōstituto in publico officio dicitur φ facta per publicū non tenēt, sed secus de occulto, vt. d. c. ad probandū. eo φ publicus est ab administratione suspensus. de exces. præla. c. fi. de dolo. c. veritatis. & de appel. c. pastoralis. de reo nō esset dubium. vt c. intelleximus. de iudi. & d. c. ipso iure. secūdum eum posteà tangit Henr. an excōmunicatus possit esse procurator rei, & an possit substituere quæ tāguntur hîc per Nouellā, & etiā quid de literis arbitrorum sed ista omnia expediri supra.

SVMMARIVM.

1 *Quartam iure naturæ debitam grauari non debere.*
2 *Maior quilibet præsumitur. Defectum tamen ætatis ab eo, qui dicit, probandum. nu. 3.*
4 *Minorem se probet, qui iudicio tutelæ acturus est.*
5 *Restitutionem petens minorem se probet vt pauperem, qui talem se asserit. nume. 6.*
7 *Hæreditatem petenti remedia pleraque competere.*
8 *Hæreditariarum rerum possessio quo modo adipiscenda.*
9 *Hæreditate iacente, negata vnius possessione, neutrum possessio. mitti debere idemque iuris esse, si eam armata vi ingredi velint. nu. 10. Limitto. vt nu. 12.*
11 *Prohibito possess. ingredi non licere.*
13 *Præbendam non nisi canonica institutione quæri.*
14 *Successori easdem actiones competere, quæ ei à quo ius habuit.*
15 *Obseruationes iuris in translatione rerum minoris in monasterium necessarias non esse.*
16 *Feudū ingressu monasterij nō trāsferri & in vsufructu diuersum ius est.*
17 *Monasterium ingresso succedens nomina exoluere debere.*
18 *Mandato religionem ingressi quo casu parendum.*
19 *Religionem ingressi immobilia cui quærantur, & an hoc casu pretium loco rei succedat. nu. 20.*
21 *Cænobium, etiamsi ingressus res omnes in id transmiserit, filij loco non esse.*
22 *Legitimam liberis ex bonis in monasterium transmissis deberi.*
32 *Testamentum monasterium ingressuri, hoc præterito, an rumpatur an quarta tantùm debeatur.*
24 *Obueniente ingresso monasterio hæreditate monasterium succedere. & nume. 26. & an hoc, an ille eam adibit, & an ingrediens ad hoc adigatur. nu. 27.*
25 *Pater filium ingressu monasterij non exhæredet, & vice versa.*
28 *Moriente ingresso, non adita hæreditate delata, an ea priuetur monasterium.*
29 *Ingrediens monaster. videatur nè sine liberis decessisse, & quid si non ingrediatur, sed donet, nume. 30. & quid si hæredem monaster. instituat, nume. 31.*
32 *Feudum Caio, hæredibusque concessum, de filijs accipi & quid de emphyteusi. & an feudum ingressu monast. ad id trāsmittatur, nu. 38.*
33 *Conditionem ne fias cænobita, vitiari, & substitutus bona capiet.*
34 *Ingressu in diem coacto, nihil cænobio quæri & quid in perpetuo, & quis bona capiet.*
35 *Cænobio ante ingressum spontaneum quoquo titulo relictorum nihil quæri & quo modo accipiatur.*
36 *Testari monacho non professo etiam inter extraneos licere, professo verò non, nisi inter liberos.*
37 *Ingressu puro omnia in monasterium transmitti. Idem in dubio limito si sub conditione.*
39 *Liberos, ingresso monasterio patre, sui iuris effici.*
40 *Substituto, ingrediente monasterio instituto in fraudem, relicta non nos adimi. Idemque iuris esse, si incapax (etiam cessante fraude) sic cænobium, nume. 41.*
42 *Fideicommissum, si decedas sine liberis, restituas &c. ad cænobia nō extendi verius est. Hoc tamen restringe, vt nu. 43.*

¶ *CAP. VIII.*

IN præsentia. casus. Dubia probatio nō releuat probātem. & sunt tres partes, in prima processus narratio, in secūda ibi, *dilectus* auditoris diffinitio, & in tertia ibi, *nos igitur* diffinitionis cōfirmatio. Prima subdiuidit quia primo ponitur actoris petitio in secunda ibi, *verum* reorum rūsio, & reconuentio. iij. ibi ad hoc actoris replicatio. iiij. ibi verum reorum duplicatio. ¶ Expone literā *proposuit* fortè per aduocatos coelicotia iudicis. s. de iudi. pastoralis. Host. *illa quæ de bonis* hîc nō fit specificatio rerū de hoc. s. de lib. ob. c. ij. *ipsius.* s. fratris & nepotis *cōpesci*, dicunt Inno. & Host. φ hic agitur de molestatione quæ fit extra iudicium nō de illa quæ fit in iudicio. s. de elec. cùm ecclesia. j. c. proxi. ad fi. proposuit excipiēdo, & hoc respectu replicabit altera pars. Item agendo vt sequitur per hoc not. Hosti. ex eodem facto posse excipi & peti. renūc. de ord. cogni. cùm dilectus. *intulerant* quasi propria authoritate, & sine iudice cum ad ipsos nō spectarent, *replicauit*, respectu exceptionis, vt dixi *minor annis* & hoc fuit probatū sed nō claræ, vt sequitur *infirmitatis*, licet infirmus esset compos mētis potuit profiteri, secus si mentis compos nō esset. j. de reg. sicut tenor. & xvij. q. j. Gōsaldus secundum Goff. *reuocauit*, & hoc monachi cōfitentur *respondere* triplicando sicut. s. de so. cōp. ex parte. *eidem* monasterio, aliâs eisdem. s. monachis *oblationē* quam fecerat de persona & de rebus Inn. *iuramento* & sic nō licuit cōtra venire ex quo pubes erat, vt. j. dicetur se. & sua *differentiam* an expresè an tacitè ingrediens conferat bona sua no. hîc Host. de qua nn. C. de sacrosan. Eccl. auth. ingressi. & demū remittit ad not. j. de cler. cōiu. quod à te *exceptionis* propriæ quo ad recōuentionem impropriæ. i. replicationis, quoad exceptionē *duobus* plures vide no. xxvij. q. j. c. j. in prin. & ff. de postu. l. j. §. pueritiam. *quatuordecim* talis licet prudens & sagax testari nō potest, vt dicam. j. de despō. impu. c. fi. super verbo nubilis *soleatur*. C. si maior fac. māc. sine decr. l. fi. *infra*. xxv. post pubertatē. sed & si tenetur etiam in totū, certū est autē φ in totum nō tenebat. j. de testa. Raynutius. & dixi in prin. *Cardinalis* cui secundo cōmissa fuit auditio & diffinitio fortè Papa reuocauerat ad se negotium. s. vt li. pen. ecclesia. ij. vel mortuus erat primus, vel absens, & nō sperabat de proximo reditu aliâs debuisset potius aliquantulū expectare. ff. de vaca. mu. l. pen. in fi. secundum Hosti. *de mandato*; aliâs auditor nō diffinit, sed refert. de offi. dele. super quæstionū. *condemnauit*, ideo sic pronūciatur, quia hoc erat cōuentio & recōuentio *confirmamus*, sic. j. de testa. Raynutius. & c. Raynaldus. in fi. ¶ Supple glo. in glo j. ibi, *naturales* an sit idem in emphyteusi data Titio pro se, & filijs an sufficiant naturales vide satis in Spe. de loca. §. nunc aliqua. vers. lxvij. & vers. lxxvij. & ibi. §. si quis rogatus. ibi videas satis de hoc, & l. hæredibus. §. j. & ibi. ex facto. §. vlti. & ibi, *qui notantur* melius diceret qui habētur & sunt ij. s. assignatio dotis, & donatio propter nuptias, & ibi puræ quis scilicet filius, vel nepos. in glo. ij. ibi requirebantur incipiendo ab vltimo in glo. sed nomine ibi, *circa reum*, hîc vterq; actor & reus, dic tamen de hoc vt not. de rest. spo. cùm ad sedem. & ibi, *de præsump. cum vlim.* debet dicere. de rescri. cùm à Deo. ita stabat gl. & vt expressit vnicū ad hoc inducebatur, φ in beneficijs attēditur intentio proferentis verbū, & ibi erat clarius in antiqua, & ibi *cum tu.* & j. de cōdi. appo. per tuas. & in fi. j. de testi. per tuas. dic vt ibi dicit dn̄s Vabren. cum pars obscurè dicit, & testis obscurè deposuit non esse locum interrogationi, secus cū pars claræ dicit, & testis obscurè deposuit, quia in primo casu fuit pars in culpa, sed in secundo notarius qui examinauit Martinus.

Opponi-

1 ¶ Opponitur † primo in verbo *bona* quia quicquid dixerit
teſtator, non potuit filium grauare poſt pubertatem in de-
bito bonorum ſubſidio, igitur malè petebant patrui eius,
qui omnia petebant Inno.tacetur cõtrarium, & quòd malè
peterent.j̃.ſequitur, & probatur.de teſta.c.Raynutius. &c.c.
Raynaldus.& dicunt quidam ꝙ iſti patrui intendebant pe-
titionem hæreditatis, ſed nitebantur venire ex teſtamento
patris, qui inſtituit eos hæredes filij ſui impuberis, & eum
impuberem deceſsiſſe dicebant, vel dic & melius ſecundum
Inno.quòd imo agebant actione ex teſtaméto, & de hoc no.
in.d.c.Raynutius. ¶ Secundo opponitur: quia hîc innuitur
in.§.verum ſyndicus.ver.quare cum cõſtet.& hîc not.in gl.
iij.quòd maior ætas præſumitur, niſi probetur minor ætas,
videtur enim quòd imò ille, qui allegat maioré ætatem de-
beat eam probare per aſpectum, vel aliàs, vt.ff.de minor.i.l.
de ætate.&.l.minor.xxv.annis.&.ff.de interro.act.l.de æta-
2 te.&.C.de proba.l.cùm te.cum ibi not. † Solutio licet cõſtet
de aliquo quòd aliquo tempore fuerit minor non tamen ho
die maior præſumitur, niſi hoc probetur, vt not.ff.de iure-
iur.l.nam poſteà.§.ſi minor.& hîc per Hoſt.& eſt ratio ſecũ-
dum eos quia per lapſum téporis fit quis maior, ſed hoc non
eſt ſemper verum, quia ſi quis dicit tutelam finitã, & tutor
negat neceſſe eſt pubertatem probari, vt iuribus pro contra
rio alleg.& not.in.d.l.cùm te.& remittit Hoſti.ad ſummam.
eo.ti.§.fi.verſ.viij.& verſ.item minor ætas. & ver.ſeq.& No-
uella ad Spec.de actore.in prin.ver.ſi ergo. ¶ Aduerte ſuper
iſto articulo quis probet ætatem multiplex fuit opinio vna
Ioan.Lauren.lxxviij.diſt.præſbyter quòd agens probet æta-
tem cui concordat Azo in ſumma.eo.ti.in fi.& Hoſti.eo.ti.
§.fi.ver.octauo.vbi tenet quòd aſſerens ſe maiorem, vt à tu
tela liberetur, vel vt tanquam maior, ad aliquid admittatur,
& qui dicit ſe minorem, vt reſtituatur probare debet, & ſi
tutores dicũt finitam tutelam, & minor negat, tutores pro-
bant, cui etiam accedit opinio dicentium quòd qui petit ſe
admitti, vt talem probat ſe talem. Secunda opinio fuit Spec.
titu.de actore.in princ.quòd negatiuè proponatur exceptio
ætatis.ſ.nego te maiorem eſſe, & eſt ſimile quod nota.ſ̃.de
procur.c.j.niſi per aſpectum appareat minor, quia tunc ſecu
rè affirmatiuè proponat, ſed non placet quòd per ſophiſti-
cationes verborum natura mutetur.C.commo.de leg.l.ij.in
fi.de elect.commiſſa.§.porrò.lib.vj. Tertia opinio diſtinguit,
aut vnus proponit, & alius negat, & tunc probet affirmans,
aut vterque affirmat, vel vterq; negat, & tunc probet actor,
ſed Accur.ff.de minor.l.de ætate.vult quòd quando vterque
proponit negatiuè præſumitur minor Io.de Deo dicit ſim-
pliciter, quòd implicita probetur à negante. Bonaguida di-
cebat obtentum, vt not.glo.de reſcrip.ſi eotempore.lib.vj.
quòd is qui dicit quem nõ idoneum propter minorem æta-
tem id probet.Iac.de Raue.& Pet.de Bellaper.& Cyn.C.de
3 procu.l.cùm te. † cum procuratori defectus ætatis opponi-
tur probet excipiens, quia edictum de procur.eſt prohibi-
torium, in edictis autem permiſſorijs probet dicens ſe per-
miſſum, ſed ſi aſpectu corporis facit præſumptionem pro
vna parte, illa transfert onus probandi in aliam, vt.ff.de mi-
nori.l.minor.xxv.annis.adito præſide. vt.j̃.vt eccle.benefic.
c.vnco.hoc ceſſante, aut minor eſt actor, & petit admitti ad
4 aliquem actum, aut eſt reus. Si † actor tunc aut minor petit
uor,scilicet fidei:vt ibi,& pro hoc facit optimè.j̄.de hære-
ticis.c.accusatus.§.licet.li.vj.& adde quòd dixi.s̄.de confess.
c.j.& quæ sint crimina excepta tractant Pe.de san.& Abb.
j̄.e.c.fi.& Specu de accus.in fine.& tangam.j̄.eo.de cæterò.
vbi de hoc per Henricum in dist.j.& scias,quòd Astensis li.
j.de præcepto Euangelicæ regulæ circa operam da.in fine.
1 notat † quòd diligere propter mutuæ familiaritatis oblecta
mentum est vanum.psalm⁹, Filij hominum , vt quid diligi-
tis vanitatem.diligere propter peccata coolensum est mali-
gnum,nam primo sicut spinæ se inuicem complectuntur,
diligere propter beneficium acceptum , vel separatum est
mercenarium,de quali amico F.ccl.vj.est amicus socius mē
sæ.diligere propter amorem reciprocum est naturę debitū,
de quo ad Romanos.xij.*Nemini quicquam debeatis,nisi vt inui-
cem diligatis.*Diligere verò propter bonum in dilectione ha-
bitum,vel separatum est bonum,gratuitum , & meritoriū.
secundum enim augmentum,qui diligit proximum dilige-
re debet eum,aut quia est bonus,aut vt sit bonus.

¶ TERTIO quęritur qualiter intelligitur vnū qd hîc
12 notatur per gl. † videlicet q̄ remitteret dare pro quo facit.j̄.
de simo.c.pe.&.ff.de condi.ob causam.l.si mulier.super quo
Cy.C.de transac.l.siue apud acta.in.j.q.post prin.dicit q̄ aut
remittitur liquidò,& tunc remittere est dare,aut nō remit-
titur liquidò,& tunc remittere non est dare , sed transit in
aliud nomen contractus,& ideò transactio quæ in primo ca
su non cadit,cadit in secundo,& per hoc dat intellectum ad
13 notata ibi per gl. † sed huiusmodi distinctio nō habet hîc lo
cum,quia hîc omnis conuentio,& pactio reprobatur sc̄dm
Collect.qui hîc in verbo cum vno dicit q̄ secus esset,si esset
mediator solùm,vt.j̄.e.c.j.li.vj.sed quid si esset mediator,&
nihilominus recœpisset promissionem de soluendo sibi cer
tum quid nunquid posset esse testis Io.an ibi no.q̄ sic per li-
teram cum dicit emolumentum non fuerunt consequuti,
sed ibi dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta,contractio heremodicio,non perire quatenus verum sit. & nu.3.& 6.*
2 *Acta forensia perire,perempta instantia.Limito in perpetuis.*
4 *Attestationes authoris emptori prodesse: his q̄; quibus res iudicata prodesset.*
5 *Instantiam canonibus non perire,nec eius acta.*
7 *Acta causæ,& instantia quæ.*

CAP. XI.


Ausam quæ.¶ Hæc decretalis est
breuis , & noo sum-
matur.¶ Primò quęritur quid si instantia
perit per lapsum triennij,nunquid tunc lo-
cum habet quod hîc legitur,& notaſ? Breui
ter aliqui dicunt q̄ non dicentes quòd illud quod hîc dicit
obtinet,quando nō perit instantia iudicij,& supplent ibi in
dicibus.l.quibus successistis,& est ratio sc̄dm eos,quia cū sit
perit instātia,pereūt & oīa acta:vt.C.de iudi.l.ꝓperandū.§.
1 j.sed Inn.cōtradicens sic nos melius dicimus † q̄ cōfessiones,
attestationes,& oīa instrumēta perpetuò recipienda valent
inter easdē personas,& coram eisdē iudicib⁹.C.de arbi.l. cū
antea.§.fi.dōmodò ad idem agatur,vel etiam ad aliud qd tñ
ex principali pendet,quale est si attestationes sint de matri-
monio,nam hæ valent ad probationē legitimationis filio-
rū.j̄.e. Alberi.nec est cōtra.s̄.e.veniēs.Fatetur tñ alios dicere
q̄ valēt ad pręsumptionem,nō ad probationē.si tñ ad aliud
omnimodo agatur,primę probationes nō ꝓbant,quia & ha
bitæ super vno modo agēdi,nō probāt,si alio modo agaſ,vt
patet in eo qd leg.& not.j̄.e.veniens.sed ad idem,& ad eius
accessorium,& eundē modū agendi semper valent,vt dictū
est Host.nec obstat.C.de iud.l.properandū.§.j.vbi dicitur q̄
2 † qñ quis absoluitur ab instantia iudicis,tunc & acta iudi-
cis pereūt,quia intelligitur de his,quę sunt tantum acta iu-
dicij,& ex ipso iudicio orientia,siue procedentia,sicut sunt
citationes,satisdationes,& similes.hęc eñ verè pereūt ar.ff.
iudicatū solui.cū apud Semproniū.Attestationes verò non
pereunt,vt dictū est,quia potius sunt acta litis , quā iudicij.
quinimò & ea,quæ sunt principaliter acta iudicij,sed facta
respiciunt perpetuò valēt:vt patet in citatione per quā fit
interruptio.C.de pręscript.xxx.anno.cū notissimi.j.rñso.&
l.fi.de anna.except.l.j.§.j.sed & vitium litigiosi dicūt quidā
perpetuū esse de quo dic:vt no.s̄.vt lit pen.ecclesia . & sunt
hæc vera de actus habitis coram iudice ordinario , siue etiā
delegato.C.de re iudi.gesta.& leg.& not.s̄.ti.j.qm̄ cōtra fal-
sam.&.c.fi.vbi est hoc expressū:dōmodo reperiri possint,aſs
enim de

enim de nouo recipiuntur, vt ibi legitur, & notatur. Quid
autem iuris de attestationibus productis, & aliâs actis habi-
tis coram arbitris habes. C. e. ti. l. fi. C. de arbi. l. pe. § pe. & § fi.
& legitur, & notatur ĵ. e. pñtata. sed obijcies, & dices quomo
do possunt valere attestationes in secundo iudicio, cũ ipso
cõsiderato recceptę sint lit. cont. ratio, quia nõ consideratur
lit. cont. ipsius secũdi iudicij: sed primi in quo fuerint recce-
pti lit. cõt. vnde & illud fundamentum sufficit, & perpetuò
valeret. s̄. vt lit. nõ cõtest. quoniã. & C. e. ti. l. fi. & ĵ. e. pñtata.
3 hoc † verum in principali si super eo producti fuerint: secus
si super incidenti nisi solũ super ipso incidenti ĵ. eo. veniens.
Mar. saluum tñ est ei, contra quẽ producuntur, vt cõtra di-
cta ipsorum posit obijcere, & personas, vt in eisdẽ iuribus.
valent ergo attestationes, & cõfesiones nõ solũ inter easdẽ
personas: sed etiam inter eorũ hæredes dum tamẽ ad idẽ, &
eodem modo agatur: vt dictũ est, & probaſ ĵ. e. Albericus. &
C. de libe. causa iubemus. imò & plus videtur. s. q tales atte-
stationes, & omnia acta factum respicientia esto, q sñia nõ
sit lata possunt nõ solũ producentibus, & eorum hęredibus
vt dictum est: sed etiam oĩbus quibus res iudicata prodesset.
4 vbi † igitur aliquis à quo vẽdicabatur fundus probauit per
testes q suus erat, post modum vendidit illũ Petro in hoc ca
su dicendum est, q prędictę attestationes Petro emptori p-
sunt, sicut & ei prodesset sñia, si pro venditione lata fuisset.
ff. de except. rei iudi. si à te § j. & § Iulianus. & idẽ videtur in
omnibus casibus, in quibus res indicata inter alios alijs præ
iudicat, vel prodest, vt videlicet eodẽ modo acta inter eos-
dẽ habita etiam si res iudicata nõ fuerit prosint, & obsiot,
oĩbus, vel quibus res iudicata prodesset, vel obesset. qui ve-
rò sint isti casus, patet in eo quod legiſ, & not. ĵ. de re iudi.
quãuis regulariter scdm Inn. cuius est mens totius huius gl.
5 Hîc aũt not. scdm Hosti. q † scdm canones nõ perit instan-
tia fluxu temporis, ideòq; nec ista occasiõe acta iudicij per-
eunt, sed perpetua sunt, vt patet in eo quod no. s̄. de iudi. ve
nerabilis. & s̄. tit. j. c. fi. vnde quantum ad hanc causam satis
videtur inutilis hęc gl. potest tñ valere in alio casu puta qñ
quis absoluitur propter ineptam actionem: tunc enim & si
instantia iudicij pereat, & alia de nouo posit oriri: vt patet
in eo quod legitur, & no. s̄. de iudic. exeminata. potest quæ-
ri vtrũ. & acta pereant, & potest tñderi sicut superius est no
tatum scdm Host. ¶ Item ad prędicta addere habes notata
Cyni. C. de ęden. l. ij. & quæ scripsi quantũ ad hoc. s̄. de iudi.
at si clerici. & qđ scripserunt Bar. & quidam alij. ff. de vaca.
6 & excusa. munerum. l. j. § qui excusatione. & dicit † hîc Coll.
q non pereunt prædicta, etiãsi pars absoluaſ propter ineptã
petitiunẽ: vt. s̄. de iudi. examinata. vbi de hoc, quo casu etiã
publicatis attestationibus testes admittunſ scdm Host. ĵ. eo.
fraternitatis. & Laudinũ. ĵ. e. c. ij. in cle. quod non credit Col
lect. eo, q attestationes non pereunt, vt dixi. s̄. & sic nulla ra
tio patitur, q iterum producantur propter metum suborna
7 tionis, & in hoc finaliter ibi concordat Laudinus: secus † si
essent admissæ, vt. s̄. tit. j. c. fi. acta enim litis pereunte instan
tia pereunt, sed nõ acta causæ, vt sunt attestationes scdm In-
no. & Host. hîc, & Cynnm in. d. l. properandum. item in ver
bo, *iudicibus*. dicunt Pe. & Abb. quòd fortè mortui erant, vel
remiserat. item in verbo *recepta*. subaudiunt Vinc. & Io. di-
rectè non incidenter nisi placent partibus, vt. ĵ. eo. veniens.
Item in gl. j. ibi quoniam multa allegat Goff. ĵ. eo. cum venis-
sent. & c. constitutus.

SVMMARIVM.

1 *Procuratorem non causas causæ, sed absentiæ dicere: hunc q, à testio-*
nario differre. nu. 2.
3 *Procurator quibus casibus testis testis sit causæ domini.*
4 *Commune vniversitatis meum non dici: singulorum secus. & nu. 5.*
6 *Cõmune singulorũ partetenus, nisi aliud sit dispositũ, alienare licere.*
7 *Communis causæ collega, vel consors an testis sit. Et quid in causa cri-*
minali. nume. 8.
9 *Communionem modis pluribus incidere.*
10 *Cedentes plenum cessionario testem esse non prohiberi. Collatorem ta-*
men collatario esse non posse. nu. 11.
12 *Rem eius esse videri, cuius & damna lucraue sunt, & ita testem eius*
causa non esse.
13 *Vnum ex vniuersitate causis rerum com. testem non esse, & nu. 14*
cessante tamen vtilitate admitti. nu. 15.

CAP. XII.



Vm nuncius. ¶ Cas. Clerici pos-
sunt ferre testimo-
niũ in causa ecclesię suę. primò ponit dictũ,
secundò exceptionẽ à dicto ibi, *nisi* ¶ Expo-
ne literam, *cum*. de hac dictiõe vide per Pau-
lũ. de resti. spo. in literis, *nuncius*. talis non habet mandatũ ad
causam de elect. bonæ. ĵ. de dolo. cũ dilecti. de accusa. veniẽs.
1 & † talis potest allegare causas absentię. de procura. querelã.
sed non causas causæ, nisi esset procurator, licet iura causæ. i.
quæ colliguntur ex actis in cã habitis allegare posset queãd-
modũ, & quilibet etiam minor, nõ eñi posset testes, vel in-
strumẽta super eis pducere, licet hoc posset super causis ab-
sentię scdm Inn. de accus. veniẽs. & quę pñt opponi cõtra eũ
2 not. in Spe. de accu. ver. excipi. & se. qñ † autẽ procurator ac-
quiret dño, & qñ sic necessaria cessio, & in quo differat à
nũcio, vide de vsur. quãquàm. li. vj. & instit. per quas perso-
nas nobis acquiritur § j. & in Spec. de procur. § iiij. añt. versi.
& notata. q largè. & ĵ. sequitur io auth. Canonicorũ de Pla-
centia &c. *lateat*, nec latere debet si sunt periti de off. dele. cũ
in iure. *clerici*. in antiqua dicebatur canonici, sed hic latius lo
quitur *afferendo*. multominus à iam lato de iureiur. queãdmo
dum: *negotio*. cuius non sunt procuratores. s̄. e. insuper. & no-
ta. ff. de iure fisci. l. deferre § j. & ibi per Dy. licet noteſ con-
3 trarium. ff. e. l. fi. sed. l. ibi allegata loquitur † in syndico nõ in
procuratore sicut allegatæ io. l. omnibus. ff. e. vnde si vnus es
set procurator in vna causa, & alter in alia, vnus posset esse
testis in causa in qua alter esses procurator, vt ibi: sed quid si
procurationem nõ recœpit, vel recœpit, sed reiotegra. i. an-
te lit. contest. renunciauit. dicit Inn. q talis potest esse testis,
quia illud intelligiſ de eo, qui cœpit agere sacit. ĵ. e. dilecto.
nec etiã inter Laicos talis repelleretur: quia hoc nõ reperiſ
prohibitũ. vnde dicit Host. idẽ qualitercunq; processit ante
litẽ contest. ff. de procur. l. ante litem. & l. sequẽti. super quo
distinguit Paulus, quia aut potest causam reassumere, vt in
casu. c. si duo. de procura. li. vj. & tunc repellatur, aut non, &
tunc admittatur. ratio enim illius dicti cessat si non est pro-
curator potestatiuè, vel habitu. sed nunquid prælatus põt
esse testis. Dicunt Gul. Naso Pe. Abb. & Specu. de teste § pri
mo. versic. sed nunquid quòd sic qđ probat superscriptio il-
lius dec. insuper. licet posit causam reassumere de tutore in
causa pupilli not. contrarium. ff. de testa. l. qui testamẽto. ha-
betur enim loco dñi. ff. de fur. l. interdictũ § qui tutelam. sed
cum prælatus plus iuris habeat in administratione, quàm tu
tor, vt no. v. q. v. c. si. in fine primę glossę. quomodo admitti-
tur si tutor repellitur. Prętereà quomodo admittor ego prę
latus vbi procurator meus repellitur. respondet Inn. q pro-
curator est vniuersitatis, & non singulorum, & per hoc di-
cit Paulus q si prælatus constituit procuratorem syndicũ,
vel vicedominũ in sua cã principali, vel propria ratione mẽ
sę, vel administrationis, ipse prælatus in ea non potest esse
testis: sed secus in causa ecclesiæ, vel cõmuni totius collegij,
sic intelligit not. Inn. & Host. s̄. e. insuper. & ibi redditur ra-
tio in glo. sic patet argum. secunda quęstione sexta biduum.
versicu. palam. *Ecclesiæ*. secus si est propprium, & singulare
quarta quæstione quinta § item in criminali. versicu. nullus
idoneus, *sua*. respectu beneficij, vel præbendæ quam ibi
obtinet. *nisi* positiuè venit propter negatiuam præceden-
tem. *alia*, simplex relatio *causa*. vt si est infamis, criminosus,
4 vel periurus infra eo. testimonium. Nota primò quòd † cau-
sam communem non potest quis dicere propriam, concor-
dat. xij. q. j. c. fi. de leg. ij. l. legatarius. de pręben. cum in illis. in
fine. Secundò nota quòd quanquàm clericus censeatur fami
liaris, & domesticus ecclesię tñ in causa illius põt esse testis.

¶ Primò opponitur contra primum notabile, de l. illud. ff.
de ritu nup. &. ff. de leg. j. l. v. § sed & fi. & de ver. sig. l. pupillū.
§ vlt. & de contrahen. empt. l. qui tabernas. de vsu pal. c. j. de
5 præben. pro illorum. de priuil. pastoralis. soluit Paulus † aut
aliquid est cōe pluribus, vt vniuersis, aut singulis. Primo ca-
su procedit notabile. secundo casu, aut quęritur vtrum dica
tur meum, quoad dispositionem partis meę, & tunc dico, ꝙ
sic, vt in contrarijs, &. ff. de leg. iij. l. si quis seruos. aut respe-
ctu totius, vel scdm propriam verbi dispositionem, & tunc
6 aut mea dispositio sit ad id ad quod res est disposita, † & tūc
aut dispositio est communis, quia fieri debet cōiter, & tunc
nihil posset vnus nisi alio negligente, vel deficiente ne sede
vacan. c. j. li. vj. de his quæ fi. à prela. c. ea noscitur. de elect. qd
sicut. cum similibus. aut nō est res fienda cōiter, & tunc so-
lus possum. ff de re diui. l. intantum. § in cōem. &. ff. de dam.
infect. l. ædiles. & no. de consti. cū omnes. si verò nō sit ad id
ad quod res est disposita tunc cōe non dicitur meum, vt. ff.
cōi diuidundo. l. Sabinus. de re. iur. c. in re cōi. li. vj. saluis fallē
tijs vtrobiq; notatis. si autem ad propriam verbi significatio
nem non referimus cōe meum nō dicit. C. de cōi. re. ali. l. fal-
so. non propriè est meū qd mihi & alteri cōe est, & tñ verba
generalia propriè nō impropriè sumuntur, in dubio de prę
ben. cum de bñficio in fine, sicut enim pluralis locutio sumi
tur appellatiuè, saltem implicitè, sic & vniuersalis, vnde re-
quiritur ad hoc vt sit vera omnem ipsius partem esse verā.
ff. de rebus dubijs. l. si is. § vtrum si quis cautio. l. si seruus. § si
plurium. igitur sic in singulari requiritur, ꝙ singulariter sit
vera quoad quanlibet eius partem secundum eum. verū qa
non tangit materiam decre. illud nō prosequor. ¶ Secundò
opponitur contra secundū notabile, quia testimoniū fami-
liarium, vel domesticorū suspectum est, & nō admittit, vt. C.
7 e. l. etiam. distinguit Paulus. Aut quæritur, vtrum † quis pos-
sit testificari in cā sibi cōi respectu collegij, aut alterius iuris
primo casu aut loquimur de his, quę fiūt in collegio, vel vni
uersitate, & tūc potest ne deficiat probatio. s. ti. j. c. fi. C. de re
pudijs. l. consensu. § pe. Aut loquimur de his, quę fiūt extra
collegium, & tūc aut de actu in quo cuilibet singulariter ob
uenit vtilitas, & tunc nō pōt, quia in re propria, vt. C. e. l. om
nibus Canonizata. iiij. q. iij. ar. de sentē. excō. si snia. li. vj. facit
q. ł notatur in Spe. de teste. § j. ver. item quod. nec refert vtrū
quis consequatur vtilitatē nomine proprio, vel singulari, an
nomine generali, vel cōi. ā. vt lite penden. c. fina. aut de actu
alio in quo tantum in vniuerso obuenit vtilitas. & tunc aūt
loquimur in causa ciuili, aut in criminali. si in ciuili pōt, &
sic loquūtur ista iura. &. d. l. intantum. § qui manumittit. Ca
nonizata. xij. q. ij. &. ff. de in ius vocando. l. sed si hæc. § j. si in
8 criminali. tunc si vnus de collegio accusat prælatum, vel aliū
de collegio: potest quilibet de collegio esse testis, vt. ij. q. vij.
lator. de ele. per inquisitionem. de accusa. ex parte. de simo. li
cet Hely. quia par affectio &c. scdm Inn. & Spec. de teste. § j.
ver. sed nūquid. sed si accusat extraneum, aut est ita parua
vniuersitas ꝙ singuli de corpore cadunt sub nomine dome-
sticorum, & tūc non admittitur. sic intelligit. xiiij. q. ij. c. su-
per vbi de hoc facit. ij. q. v. accusatoribus. & de accusa. repel-
lantur. sic intelligit notata in Spe. in. d. ver. sed nunquid. Aut
causa non est sic parua, & tunc admittitur: quia cessat causa
probibitionis. secundo casu qñ est causa cōmunis respectu
9 alicuius iuris est † sciendum ꝙ talis cōio potest modis pluri-
bus euenire, vt iure hæreditario ratione iuris naturę nego-
tij ratione personę, ratione societatis, quæ plenè prosequit
Inn. & Host. s. tit. j. c. j. scdm eum, vnde dicit aut in omnem
euentū saluum remanet ius testi in tali iure, aut aliquo casu
perit, & aliquo nō. primo casu potest esse testis, & scdo non.
per hoc soluitur qō de legatario de qua per Inno. s. e. c. insu-
per. & in Spe. de instru. ædit. § postremo. ver. quid de legata-
rio. &. d. l. omnibus. & insti. de testa. § legatarius. & de vēdito
re de quo no. in. d. l. oibus. &. ff. e. l. nullus. vbi distinguitur an
teneatur de euictione. nō obstat. ff. finium regundorū. l. eos
terminos. vbi soluitur, & quia ibi nō tenef, vt. d. l. nullus. eo-
dem modo soluitur quæstio de socio bonorum ex cōuentio
ne, vel incidenter de qua notaf. C. e. l. qm̄. &. iiij. q. iiij. § item
in criminali. ver. item nullus. & in spe. de teste. § j. ver. sed nū-
quid socius. & Inn. s. e. insuper. & plenius scripsi de hoc. s. e.
qm̄ in. j. &. ij. quęstionibus. & hęc vera scdm Paulum, nisi af
fectio aliud inducat, vnde de donatore sunt opiniones quas
vide in Cy. C. e. l. omnibus. & ex predictis dicunt quidam ꝙ
credens nō testificatur cessionario ad idē ne vis fiat ei. l. j. § j.
& sic inutile est vide qd not. in Spe. de de procur. in fi. scdm
10 illam opinionem quærit † vtrum filius cedentis possit esse
testis cessionario videtur ꝙ sic, quia eius respectu est extra-
neus, nec reperitur esse prohibitus: vt. ff. e. l. j. & cā est cessio
narij. ff. de cōdictione indebi. l. si. § Titius facit. ff. finium re-
gundorū. l. sed cum loci. Item prohibitio de patre non exten
ditur ad filium de quo plenè de filijs præsbyterorum, ad ex-
tirpandas. Item cessat ratio probibitionis, quia filius de eui-
ctione nō tenetur, in contrariū: quia cessio transit cum sua
causa. ff. de contrahen. empt. l. alienatio. nec debet esse cessio
narius melioris cōditionis quā actor suus. ff. de re. iur. l. nam
absurdum. & reg. si quis in ius. li. vj. & qd ibi not. per Dynū.
Disputatum, & determinatum fuit Paduæ ꝙ si de fraude cō
stat nō admittitur, de qua potest constare per no. in Spe. vbi
proximè remisi. si nō constat de fraude, tunc si cedens tenet
de euictione filij repelluntur. si non admittunf, vt. ff. de hær.
vel actione vendita. l. si neutra. & de hoc in Spec. de teste. § j.
11 ver. sed pone. & † ex his soluitur quęstio de collatore bñficij
vtrum possit esse testis in causa bñficij pro eo cui facta est
collatio. si em̄ quæritur de iuribus collationis respectu colla
toris, certū est ꝙ nō valet: quia snia ei prodest saltem quoad
possessionem iuxta no. de cā poss. c. pe. sed si quæritur an va
leat collatio alia ratione, vt quia non dicitur non vacare. vel
alteri collatum fuisse, seu aliàs debitum esse: & tūc distinguē
dum videtur vtrū collator de euictione, vel non iuxta not.
Ber. de præben. cum scdm. & c. seq. scdm eū. sed prędicta oīa
in effectu colligere potes ex his, quę scripsi. s. e. qm̄. & c. insu
per. sed hic volui etiam ponere propter Paulū ad quem om
nes hîc recurrunt. Supple gl. in gl. j. ibi *nullus*. vbi de hoc, & ibi
12 sua non est sua, quia dānum, & lucrum ad eū non pertinent
vt. d. versi. palam. licet autem sufficere possent quę scripsi. s.
post Paulū, tñ vt videas in quo illa addunt ad dicta Nouellę
ista subijcio. dicit ergo ꝙ satis æquè videtur dicendū, si quę-
ratur de his, quę in. c. aguntur sui singulares de capitulo testi
ficari possunt, j. e. veniens. C. de repu. cōsensu. § pe. aliâs pos-
set deficere probatio: bñ facit. j. ti. j. c. pe. si verò quæratur de
his quæ extra capitulum agunf, distinguitur. si quęratur de
actu per quē singularis cuiq; de capitulo cōuenit vtilitas nō
admittitur: quia in re propria &c. vt. d. l. oībus cano. iiij. q. iij.
& bene facit de sent. exc. si snia. in fi. li. vj. si verò nō singula-
ribus, sed vniuerso collegio obuenit vtilitas admittenf ad
hoc. d. l. intantū. quam alleg. gl. & xij. q. ij. qui manumittit. ff.
13 de in ius vo. sed si hac. § qui manumittit. & † per hoc soluif,
quod sæpè quæritur de vniuersitatibus villarum, vel terra-
rum. quę litigant de pascuis, vel nemoribus, in quibus singu
lorum bestię pascunf, & singulis ligna scindunf testimoniū
hominū de villa hoc casu nō idoneus vt patet per pręmissa
& de hoc etiam per Cy. C. e. parētes. & ibi quia *manumittitur*.
dicebāt Tan. Ph. & Vin. hoc verū indistinctè in cā ciuili in
criminali accusato prælato Nouella idē de alio de vniuersi-
tate fortiori ratione Mar. ab aliquo de vniuersitate recipiū
tur, in testes argu. ij. quæstio. vij. lator. j. de accusat. ex parte.
de electio. per inquisitionem. ratio quia non sunt magni do
mestici accusantis, quàm accusati. idem Inno. & Hostiē. sed
cum quis de vniuersitate accusat extraneum cæteri de vni-
uersitate non possunt testificari. xiij. quæst. ij. super. vbi de
hoc. iij. q. v. accusatoribus. infra de accusat. repellatur. & de
hoc in Speculo de teste. § primo. ver. sed nunquid in causa.
vbi Gul. post Host. eo. ti. § ij. versi. & cum causa. vbi all. Host.
j. ti. primo. c. finali. de iureiur. & si Christus. in fine. vnde ni-
mis largè loquuti sunt glossatores. Sed restringenda est
opinio

opinio ad textus,qui allegant quando videlicet est ita parua vniuersitas,ꝙ illi de ipsius corpore cadunt in nomen domesticorum,vel cohabitantium,vt ibi,& ibi.c.vlt.in fi.hic soluitur in remissione quā dat finis gl.& ib.*filius*.de carnali est prohibitio,& edictum de testib⁹ prohibitoriū.ff.e.l.j.& ibi, *non debet*.&.e.ti.non licet.li.vj.& infi.in vlt.gl.hoc vlt.approbat hîc Inn.in defectum aliorum testium qd intelligit Host. ş.e.insuper.nisi sint liberti ecclesię illi clerici.ş.de seruis nō ordi.eo libentius.ver.quibus,& ꝙ illi plus alijs sint adstricti patet de success.ab intestato.c.ij.de testa.requisisti.in fine inter nunc probatum repellit testem etiam aliâs de illo crimine non dānatum.cōis diuisio,secunda ibi.Collect. refricans
14 aliqua de præmissis subdit sc̄dm Nouellam† ꝙ vniuersitates litigantes de pascuis,vel nemoribus,illos de vniuersitate non producunt,& idē Lignanus,itē ꝙ in defectum probationis admittuntur,vbi aliâs non admitterent:vt.ī.ti.j.c.fi. de iureiur.& si Christus secundum Host.in summa §.j.circa finem,item ꝙ idem iudicium de libertis ecclesiæ,qd de clericis quantum ad hoc sc̄dm Host.de seruis nō ordinandis.c. de clericis.item ꝙ in causa finiū regundorū venditor admittitur pro emptore,quia par causa affectionis tollit suspicionem.Alia reperies supra,vel in remissionibus per me datis. Mar.verò recitat dicta Pauli,& finaliter videtur velle hanc materiam esse plurimum arbitrariam.quid enim si depositio ecclesię magnam vtilitatem,& aduersario graue præiudicium adferret,fortè,vel non admitterentur,vel minus eis
15 crederetur.† nisi cū nulla vtilitas posset ad canonicatū peruenire.Item qd si de diuisione prębendarū suarū agatur,cel sar qd hîc dicitur:quia vtilitas particulariter eos tāgit,posteà dicit ꝙ si familiaritatem ponderamus,illa non obest canonicis,quia lex etiam intelligitur de familiaribus, quibus impar iure potestatis patrię,vel seruis,non de alia nisi esset talis quę nimiam affectionem generaret.si verò ponderas affectionē pręsumptā,tunc dicit hoc remitti iudicis arbitrio, vt existimet an clericus sit vilis,vel grauis, & ea ex quibus maior,vel minor affectio potest insurgere:nam aliqua sunt negotia cōitatum aliquarum ad quæ magis,vel tantundem afficiuntur singulares,sicut ad propria,& tunc repellar, sed omnibus talibus coniecturis cessantibus admittat,& idem dicit de prelato per se,vel alium non agente, quia si per se, vel alium ageret,nullo modo admitteretur arg.x.q.iij.c.j.& ij.item nec bonis diuisis in causa mensę suę,sed bene in causa capituli,in causa verò cōmuni si deberet ad eum pro parte vtilitas prouenire,tunc vt de propria iudicatur,sinautem remittitur arbitrio,vt prędictum est secundum eum,& hęc mihi placent.

SVMMARIVM.

1 *Testem iudex non,nisi rogatus reyciat:fallit,vt nu.3.*
2 *Productorem testis,eum infamen scaleratumuè iurare non cogi.& numero.4.*

CAP. XIII.

SVper eo.¶ Cas.Crimen nūc probatum repellit testē etiam aliâs de illo crimine non damnatū,cōmunis diuisio,secūda ibi,*respōdemus*.¶ Expone literam, *opponitur*.& probatur,vt sequitur:quia prinū nō sufficeret.j.de concel.prębē.cum super.si etiam pro quāuis *cōmunicantur*.nūc in modum exceptionis *admitti*.propriè, vel inspecto affectu,vt dicam.ī.eo.testimoniū.in prin.& dixi ş.e.ex parte.calūniator verò ita demum repellitur, si fuerit calumnię causa dānatus,neq; enī sufficit calumniatū sc̄dm Nouellam.Supple glo.in gl.j.ibi *secundū leges*.& rñ lex illa est canonizata,& facit ad id qd dixi de rescriptis .c.ij.*& in fine*. dummodo sit tale crimen qd à promotione repellat,& cum eo nō fuerit dispēsatum Alan.& Vin.Nota primo cōfessum haberi pro conuicto.ij.q.j.c.j.sc̄dò nota,ꝙ etiā nō conuicti dummodo cognosci possint repellūtur sc̄dm canones,licet secus sc̄dm leges,vt in gl.sed cur tam variè?dicit Lignan⁹ ꝙ lex considerauit tempus productionis canon verò considerauit periculum depositionis,de repulsione autem criminosi à testimonio aliquid dictum.ş.e.ex parte.Ad ę.c.quoniam. &.c.sicut nobis.&.c.veniens.& dicentur aliqua.ī.e. per tuas. & pleniùs.in.c.testimonium.ī.e.

¶ PRIMO quęritur vtrum si per partem nihil opponit contra testem possit iudex ex officio inquirere,& repellere criminosum Io.not.ꝙ sic.i.j.q.vij.quęrendum.&.c.alicui.&
1 idē Inn.ī.e.intimauit.† sed Archid.contra in.c.alieni.quod placet Ligna. nec obstat.c.cōstitutus.de app.quia illud in electo,vbi officium exuberat,& etiam mihi mihi placet, quia hîc agitur de interesse bursali partis,& ideò non debet impendi officium,nō petenti,vt.ff.de damno infecto.l.iiij.§.officio.&.l.cum postulassem.&.ş.de iureiur.ad nostram.ij.cū ibi notatis per Inno.

¶ SECVNDO quæritur,nunquid iudex potest interrogare partem per iuramētum an testis quem producit sit infamis,vel criminosus Gof.tenet ꝙ sic,quia in iuramento calumnię includitur,ꝙ aduersarium superflua probatione nō
2 grauet:† Sed dicit Lignanus hoc non bene probari iure,facit,quia de impugnationibus partis aduersę non tenetur qs fidem facere,vt.ş.tit. proximo.c.j.subdit ꝙ nec etiam testis tenetur de hoc deponere de quo dicemus.ī.tit.j.dilectorum. Collect.*opponuntur*.quid si opponantur Io.no.ij.q.vij.quærēdum ꝙ iudex inquirere potest,& ex officio testē criminosum repellere debet,& idem Inn.ī.e.intimauit. melius per Io.ij.q.vij.aleari.sed ibi Archid.contrariū no.nec ob.c.con-
3 stitutis.de app† quia loquitur in causis electorum,vbi præcipuè sc̄dm eum habet locum iudicis officiū,hæc tū Io. intelligit.ij.q.j.imprimis.tantū quando recipitur,sed nūquid iudex potest interrogatus partē testem producentē per iuramentum,an testis quem producerent sit infamis, vel criminosus,Goffr.tenet ꝙ sic,quia iuramēto calūnię includit, ꝙ aduersarium superflua probatione nō oneret hoc in Spe. e.ti.§.nūc videndum.in fi.hoc tū iure nō cauetur ꝙ de impugnationibus partis,fidem quis facere habeat,de probat.c.j.
4 † vnde nō videtur ad hoc compellendus:quia nec testis cōpellitur saltem indistinctè,vt leg.& no.ī.ti.pxmo. dilectorum.sed nunquid pars potest interrogari si testes verum dixerint,vt secundum eos.

SVMMARIVM.

1 *Sui qui sint.Eum pro eo,quem in potestate habet, iniuriarum agere posse.nu.2.*
3 *Causæ ciuili,& criminali ciuiliter instituta laicum in clericum testem esse,& nu.4.Limito in casibus prohibitis.nu.5.*
6 *Clericum à laico non,nisi pro iniuria suorum accusari. Amplio, vt numero.7.& 8.*

CAP. XIIII.

DEcæterò.¶ Cas.Laicus in criminali non testificatur cōtra cleri cum accusat tū.pro sua,vel suorū iniuria,ponit regulā,secūdò ab ea excipit,ibi, *nisi fortè*. & exceptionem determinat,ibi,*nec tunc*. Expone literā *in criminali*.subaudi,& criminaliter mota, ne sit
1 contra.ş.e.c.iij.sc̄dm Host.*suorum*.† illi dicunt sui sc̄dm Accur.qui pro eo testificari nō possunt,& notat hoc.C.ad turpil.l.pe.in additione de qua etiam loquit Spe.de actore.§.iij. io prin.Host.hîc dicit illos dici suos de qbus habet.ff.de accus.l.j.&.ij.j.rñso.de quo dicetur.ī.e.in literis.Dicebat Gof.
2 † quē agere posse pro iniuria illata seruo,filio,& vxori insti. de iureiur.§.patitur.& spōsę.ff.de iniur.l.apud.§.itē sponsus. item si quis defendit mortē ꝑpinquorū.ff.de accusa.l.hi tū oēs.& sic intelligit.iij.q.xj.negāda.Dicit Abb.hoc posse intelligi de oībus cōstitutis in potestate,vel nō, dūmodo sint in ipso gradu alleg.de sent.exc.si verò.Pe.dicit ꝙ in illis casibus poterit accusare quibus sine pœna pōt verberare,q ibidē habent *iniuriam*.iiij.q vj.oībus.*testimonij*.quia nullus idone⁹ testis &c.iiij.q.iij.nullus *accusatione*.hîc ergo admittit ad accusationē is,qui à testimonio repellitur,vt hic,& sic interdum est econtrario,de hoc satis.iiij.q.iij.in summa.&.ij.qō. vij & in multis capitulis illius quæstionis,

¶ PRIMO quęritur quia ſlicet Laici admittantur in teſti
moniū contra clericos. Circa quod vide primò ea, quæ ſcri
pſi.j.eo.ex parte Adæ.in prima oppoſitione,& his ſaluis di-
ſtingue ſcdm Henr.quis aut in cauſa ciuili, aut in criminali.
3 ſi in ciuili,† tunc niſi ſit aliud qđ obſiſtat clericus contra lai
cum,& econuerſo poteſt ferre teſtimonium tam coram Ec
cleſiaſtico iudice quā coram ſeculari.xiiij.q.iij.c.ſuper pru-
dentia.&.c.quanquàm:vt hic notat Hug.& Archid.xj.q.j.c.
teſtimoniū.& eſt ar.hic qn̄ dicit in criminali quaſi velit di-
cere, ꝙ ſecus in ciuili, quia quod de vno dicit̃ &c.j.de præ-
ſumpt.c.nonne.cū ibi alleg.ſi in criminali tūc aut quęris in
4 criminali cauſa† ciuiliter intētata,& tūc idem vt.s.e.quo-
niā.ſcdm Tā.& Ber.ibi Hoſti.& Io.an.hic,& Archid.lxxxj.
di.c.pręsbyter.in gl.ſua quę incipit, adde ad hoc qđ no.Lau.
5 &c.ſed hoc† fallit in criminibus homicidij,& Simonię, &
alijs quę poſt peractā pœnitentiā impediūt executionē or-
dinis,& retentionē bn̄ficij quę enumeranť per Ber. & ple-
niùs per Hoſt.s.de renūc.niſi cū pridē.§.propter cōſcientiā.
in quibus criminibus licet procedať per viā inquiſitionis,
ſeu denunciationis, eſt tn̄ ſicut in accuſationis iudicio ꝓce
dendum, vt leg.& no.j.de accuſa.c.inquiſitionis. Aut in cau
ſa criminali criminaliter intētata,& tūc aut quęris de crimi
nibus nō exceptis, aut de criminibus exceptis.ſi de nō exce-
ptis tunc aut quęris vtrū clericus poſsit teſtificari cōtra Lai
cū, aut econtra laicus cōtra clericū.ſi quęras vtrum clericus
poſsit teſtificari contra laicū, tūc aut corā iudice ſeculari,&
tunc dic ꝙ nō.ſic intellige.xj.q.j.teſtimoniū.ſcdm Io.& Ar-
chid.ibi,& ſcdm Io.ij.q.vij.c.laicos.& Hug.& Lau.in.c.ſeq.
ſicut ſacerdotes.&.xj.q.j.nullus clericus.& Inn.j.de accuſat.
cū Pe.Mā conella. Aut corā iudice eccleſiaſtico, & tunc pōt
teſtificari cōtra eū, ita intellige.ij.q.vj.c.j.& ita no.Archi.in
d.c.teſtimoniū.ſi quæris vtrum Laicus poſsit teſtificari cō-
tra clericū, dic ꝙ nō indiſtinctè, vt hic,&.ij.q.vij.c.ipſi apo-
ſtoli.&.in iuribus hic all.in.j.gl.& eſt ratio, quia laici clericis
opidò ſunt infeſti.j.q.vij.c.laicos.&.c.laici.& notāt. Vinc.&
Laur.j.de ind.cum nō ab homine,& Archi.in.c.all.lxxxj.di.
pręsbyter.ſi quęritis de criminibus exceptis, vt hæreſis læſę
maieſtatis, ſimonię, ſacrilegij & ſimil.de quibus per. Bern.
Inn.& Hoſt.in.d.c.cum.Pe.Manco.per.Pe.& Abb.j.e.c.ſi.
& per Io.ij.q.j.imprimis ſuper verbo miniſtris.& per Arch.
ij.q.j.prohibenť,& per Goff.in ſumma.ti.de accuſ.in princ.
ibi.itē in crimine.&c.& in ſpe.ti.de accuſatore.in ſi.verſi.in
ſumma, tunc aut ſunt conſpiratores, vel capitales inimici,&
tales in nullo caſu ciuili, vel criminali admittunť, etiam cū
tormētis.j.de accuſa.meminimus.&.c.cū oporteat.&.c.cū
Pe.de ſimonia.licet Hely.&.c.per tuas.vt notant Laur.Tan.
Ber.Inn.Hoſt.& Io.an.in.d.c.cū Pe.etiam in caſu hæreſis, vt
no.Arch.j.de hære.c.accuſatus.§.licet.ſuper verbo exēptis.
li.vj.& in hoc cōcor.Io.j.q.j.ſi quis Eps,& Archi.in ſumma
illius quęſtionis.& Ber.in.d.c.licet Hely.&.c.per tuas. Aut
nō ſunt conſpiratores, vel inimici, ſed bono zelo procedunt
& tunc aut quęritur vtrum clerici admittanť contra laicos,
& dic ꝙ ſic, vt not.Inn.in.d.c.cū Pe.in prin.Aut ecōtra laici
cōtra clericos,& tunc ſic ſi ſunt bonę famę ſiue clerici ſint
bonę famę, ſiue malę, vt.ij.q.j.imprimis.& ita intellige quod
no.Inn.hic.Aut laici ſunt malę famę,& viles perſonę:& tūc
ſi clericus ſuper illo crimine eſt infamatus,& malę opinio-
nis admittuntur cōtra eū laici etiā viles,& infames, ſed ſi eſt
bonę famę,& bonę opinionis tunc ſecus, vt.ij.q.j.imprimis.
de ſimo.tanta.&.c.per tuas.de accuſ.cum Pe.ſcdm Ber.Inn.
& Hoſt.ibi.& vide qđ not.Io.in.d.c.imprimis.ſuper verbo
crimine.&.c.Deus oīpotens.&.j.q.j.ſi quis Eps.&.vj.qō.j.in
ſumma.&.ij.q.vij.in ſumma.ſi quid autem aliud occurrat, di
cam in.d.c.cum Pe.Manconella.

¶ SECVNDO quæritur, qualiter laici admittanť ad cle
ricos accuſandum,& hic habes repetere quę ſcripſi in.d.c.
ex parte.in prima oppoſitione,& in.q.proximè pręcedenti.
6 † nam vbicunq;,& qualeſcunq; admittunť ijdem admittun
tur ad teſtimonium exceptis proſecutoribus ſuarū iniuria-
rum, vel ſuorum admittunť ad accuſationem, ſed non ad te
monium, vt hic,& hoc no.B.Inn.Hoſt.& Io.an.in.d.c.cū.P.
& Arch.ij.q.vij.ipſi apoſtoli.& de hoc per Ber.& Hoſt.j.c.
teſtimoniū.&.c.ſi.& plenè p Io.ij.q.vij.in ſumma.&.iiij.qō.
iij.in ſumma.ibi vide & per Arch.c.cā.&.q.ſicut ſacerdotes.
&.c.laicos.&.xj.q.j.teſtimoniū.gl.antepe.& qui intelligātur
ſui hoc caſu dixi in expoſitione literæ, ſuper verbo ſuorum,
7 † Item no.etiam ꝙ ad accuſationem clericorum nullus ad-
mittitur ignotus, vel ſuſpect⁹ de falſitate, vel inimicitia.iiij.
q.v.accuſatoribus.&.c.canonica. &.c.accuſatores.niſi priua
inquiratur de vita,& fide,& intentione eius.ij.q.vij.ſi qui.
&.c.quęrendū.vel niſi habeat aliquas literas authenticarū
perſonarum, quę pro eis teſtimonium ferant, vel teſtimo-
nium populi.ij.q.vij.terminationes.ſcdm Io.& Arch.in.d.c.
quęrendum.& Inn.in.d.c.cum.P.in gl.j.in ſi.& Henricū hic
8 dicam fortè alia in.d.c.cum.P.quid † de clericis irregulari-
bus, vel illegitimis notat Inn.in.d.c.cum.P.ꝙ idem qđ intel-
ligit Collec.ſi agatur de crimine criminaliter,& aliàs ſecus:
vt apparet in his quæ no.j.e.quoniam.ſecundum eum.item
in textu ſuper verbo niſi ſuam alleg.Collect.ſimile.ij.q.j.ꝓ-
hibentur,& vide pleniùs ſecundum eum.j.c.teſtimonium.

SVMMARIVM.

1 *Nouos teſtes, dilationibus fluxis, recipi.*
2 *Teſtes quartò,& quintò, niſi cōcluſum ſit in cauſſa, produci poſſe:& quo modo hoc accipiendū.nu.3.& 6.quatenus & qua forma hoc liceat.numero.4.& 5.*
7 *Dilationes à lege datas ſequatur index:& quādo tertiam dare poſſit numero.8.*
9 *Cauſſæ pecuniariæ dilationem vnam eſſe.*
10 *L.oratione.ff.de ferijs.à.§.quia verò.de teſtib.cum ſint diuerſarum ſpecierum, non corrigi.& ſenſus.c.in cauſſis.*
11 *Nominare teſtes an ſufficiat:an verò producere oporteat.& .nu.14. hocq́; iudicem iubere poſſe.numero.12.*
13 *Nominationem teſtium aduerſario edi non debere,& cur.& quando fieri debeat.nu.15.*
16 *Forma productionis quartæ obſeruata, atteſtatione, nemine reclamāte valere.*

CAP. XV.

IN cauſis. nō ſummať,& habet duo
dicta ſcdm ibi,& *ſuper*. Ex
pone literam *eccleſiaſticis*.i.quę in foro eccle-
ſiaſtico aguntur, *vel ciuilibus*.i.quæ foro ciui-
li, ſeu ſeculari agūtur, vel vocat eccleſiaſticas
ſpirituales,& criminales, ciuiles, vel not.eccleſiaſticas ſpiri-
tuales,& ciuiles, quæ de rebus tēporalibus aguntur, *produci*.
ſuper illis capitulis ſuper quibus data eſt,& elapſa tertia di-
1 latio,& † hoc dicunt quia tertia dilatio non impediret vo-
lentem producere ſuper nouis capitulis, quē etiam non im
pediret publicatio.vt.j.e.fraternitatis.& leg.in gl.alle.*diſpu-
tari*.j.c.proximo.&.s.ti.primo.licet.& fortè fuit huius dicti
dubitatio an ante publicationē hoc fieri poſſet,& rn̄detur
ꝙ non, propter impoſsibilitatem, vel melius ſicut teſtes de-
ponunt in ſecreto, ſic videbatur fortè quærenti, ꝙ etiam ſu
per dictis ipſorum ſecretè deberet diſputari,& hoc tollit:&
eſt ſimile in decreto electionis.s.de elect.quia propter.

¶ PRIMO quæritur qualiter intellitur primum dictum
huius decr. Refert Inn.quoſdam intelligere, prout iacet aſ-
ſerentes, ꝙ ſi iudex admittat quartam productionē ſine ſolē
nitate nō valent atteſtatiōes ar.j.e.c.pe.&.s.e.c.ij.Alij dicūt
2 ꝙ valent niſi fuerit appellatū:vt.j.e.ſignificauerun.Alij † di
cunt ꝙ iudex etiā contradicēte,& appellante parte, quartā,
vel quintam productionem dare poteſt, etiamſi in ea ſolē-
nitate,& hi innitūtur intellectui legis ex qua iſtę decretales
detractæ ſunt, quæ eſt in auth.de teſt.§.quia verò.quæ dicit
hāc ſolēnitatē habere locū vbi cōcluſum erat in cā, vel re-
nunciatū teſtibus,& dicta teſtiū iam alteri parti ędita erāt
aliter eñi obſeruatio huius ſolēnitatis locū nō habet.& hoc
videtur meliùs ſecundum eum. Dicit tamen ꝙ iudici ſecu-
rius eſt, quòd ſemper hanc productionē quartam det cum
hac ſolennitate

hac solennitate.subdit ꝙ isti vltimi dicunt idem in tertia, & secunda productione,sine dilatione si renunciatũ est testibus,vel conclusum est , vel alteri parti ędite sunt attestationes.l.ꝙ tunc non est admittēda,vel tertia dilatio , seu ꝓductio,sine solennitate alioquin semper & sine hac solennitate possunt dari,nam vbi eadem est ratio,& idem ius.s̄.de
3 consti.translāto.Dicit † tñ etiam Inn.ꝙ prædictus.§.quia verò.non videt facere in renunciatione,nec etiam in conclusione,sed tantùm in æditione attestationum alteri parti facta,nam tunc tantùm videtur quòd danda sit dilatio cũ solennitate pro quo sciendum scdm eum ꝙ à principio statutum ꝙ tantum vna dilatio daretur probādo in singulis causis:vt.ff.de ferijs.l.in pecuniarijs.imò nec illa prima dilatio danda erat sine omni causę cognitione,vt.C.de ferijs.l.j. & l.à procedente.sed dabatur sine grandi cognitione . hoc eñ ipso ꝙ petebatur debebat dari nisi euidens esset calumnia: sed posteà causa vtilitatis statum ex ratione.&.ff.de iudic.l.
4 interdum.& in auth.de testi.§.si verò.deducens.Subdit † tñ ꝙ sic erunt dandæ dilationes,& probabiliter ostendat iudici se fuisse taliter impeditum,ꝙ testes,vel instrumenta ꝓducere non potuit,vt.ff.de ędendo.l.si quis ex.§.penul.saluo ꝙ in criminalibus etiam sine grandi causæ cognitione dabuntur duę,vel tres,vt.ff.de ferijs.l.fi.secundum eum quod in-
5 tellige,vt ibi notatur,& legitur.subdit † quòd quartam dilationem etiam in ciuilibus non habebit,nisi cum solēnitate quæ est in.d.§.qa verò.& ꝙ nec quartā sēp cōcedet iudex vt.j.de app.significauit.&.j.e.significarũt.posteà transit Inn. ad aliam opinionem,& refert eos adhęrere literę , & dicere vnam solam dilationem dandam,sed inter illam posse fieri tres productiones testium,& quartam cum solennitate : vt
6 hîc etiam no.per Bernard.Subdit † autem Inno.se prędicta intelligere non super dilationibus citatorijs,sed super dilationibus ad probationes recipiendas,quæ dicuntur prępa- ratorię.posteà ponit Inn.vnum fundamētum pro quadam
7 alia moderatione danda,dicens ꝙ † dilationes ita sunt temperandę,& restringendæ à iudice appellationis,ꝙ non trāscendent tempora,quę statuunt,siue à lege,siue ab homine, vt.s̄.de offi.dele.in causis.& in.q.iij.§.spatium.quia illa tempora nisi ex magna,& euidenti causa non debent excedi,vt e.§.dicitur.&.ff.de ędendo.l.si quis ex.§.vlti.&.l.sequēti.post modũ dicit ꝙ post terminum peremptorium non dabitur quarta productio,cum tā leui solennitate sicut in auth.pręcipitur.sed si aliter ostenderet se legitimè impeditum bene admitteret,cum maioribus probationibus,ar.prędictarũ legum.&.ff.de ędēn.l.si quis ex.§.penul.¶ Aduerte ad quæstionē principalē,quia circa intellectũ primi dicti huius decre. sunt duę lecturę principales tactę.s̄.p Inn.& in gl. per Ber. Prima est ꝙ hîc loquatur de triplici dilatione.secunda est ꝙ non loquatur de triplici dilatiōe:sed solum de triplici productione.j̄.eandem dilationem faciēdam,vnde Abbas primam lecturā intelligit qñ iudex à prin.non dedit totũ tempus à iure taxatum,de quo in.d.§.spatium.secundā verò lecturam intelligit qñ iudex concessit à principio totum tempus à iudice indultum.sed vltima expositio melior videtur scdm eum,quia lex dicit ꝙ in pecuniarijs causis vna tantum dilatio danda est.ff.de dilat.l.fi.vnde secunda nō datur de fa-
8 cili.Tertia † verò nō datur sine aliqua causæ cognitione secundum eum.De ista materia vide quod notatur per Io.& Archid.in.q.iij.§.spatium.& per Host.in summa de dilationibus.§.quibus.& per Gul.in Spe.e.ti.§.qualiter.versi.volens ergo.Nouella autem dicit Abb.video seruari quod dicit gl. & illud teneas.Hosti.autem videtur sequi simpliciter secundam lecturam placet enim sibi hoc dictum,videlicet ꝙ tres ꝓductiones faciunt vnā dilationē ar.ff.de ver.sig.l.ter enixa. vnde bene canit ꝙ non dixit dilationem,sed productionē arguendo à significato verbi,vt.ff.iudica.sol..ista enim di-
9 uersa sunt.In † ciuilibus autem datur vna dilatio actori,& duæ reo.In criminalibus verò duæ accusatori,& tres accusato,& non plures nisi causa cognita.de hoc.s̄.de dilatio.c.ij.

tres verò productiones possunt fieri.j̄.vnam dilationē.quarta non sine solennitate,& debet tunc producere non nouos sed primò nominatos si facta fuit nominatio.Quinta verò nullo modo,& hoc si is.cui fuit assignata dilatio,in illa secūda,& tertia producit aliquem testem aliás probato impedimento daretur,etiam sine sacramēto secunda dilatio,& vlterior etiam centesima,& millesima.& sic intelligit.c.pe.j̄. eodē.dicit ergo quòd interdum sub prima dilatione distinguitur tempus productionis,puta data est talis dies ad faciendum primam productionem,& talis dies ad faciēdum secundam,& sic de tertia.quarta verò cum solennitate.quinta nullo modo:sed probato impedimento daretur secunda dilatio,in qua totidem productiones facere posset,& probato impedimento in secūda daretur tertia,& sic de millesima secundum eum,& secundum hoc intellige ea quæ scripsi in quæstione proximè precedenti.Henricus autem dicit quam opinionem teneas non curo,quia ex hoc magnum iuris ministerium non resultat Collect.autem dicit quòd omnes intelligunt literam sicut iacet,videlicet quòd non dentur nisi tres productiones sub vna dilatione , & probat per textum,vbi dicit productionem,& non inducit.s̄.de offic. dele.insinuante.&.s̄.titu.primo.licet vbi non assignatur nisi vna dilatio,& ita intelligunt omnes,& ista est veritas de iure,& probatur.ff.de ferijs.l.vltima.licet consuetudo quæ est optima legum interpres,seruet opinionem Ber. secundum eum Io.autem,& Archid.in.§.spatium.videntur sequi quod tetigi post Inno.s̄.ea.quæstione.versic.pro quo sciendum.Cynus auth.C.e.l.j.in tertia oppositione & gl.& mo-
10 derniores scribentes in prædicta.l.fi.videntur tenere † secūdam lecturam.& idem tenet Ia.de Bellouisu.in prædicto.§. quia verò.in prima oppositione,& hanc puto etiam de iure veriorem,quia aliter oporteret dicere prædicta.l.fin.esse correctam.quod non est verisimile,vt.j̄.de elect.cum ecclesia.li.vj.& patet,quia non corrigitur per.l.oratione.eo.ti.licet fuerit lex oratione vltima:quia ædita ab Vlpiano , qui fuit post Paulum conditorem prædicta.l.fi.nam non loquitur de dilatione ad probandum per testes,sed de dilatione ad producendum instrumenta.prçtereà quia non dicit contrarium.fatemur enim quòd cum magna causę cognitione & ex magna causa posset dari secūda dilatio etiam ad testes producendos,vt ibi,& ita no.in prædicta.l.fi.etiam si in prima dilatione factæ fuissent quatuor productiones per id quod scripsi.s̄.ea.quęstione.versi.alij dicunt.& versi.subdit quòd isti & ver.dicit tamen etiam Inn.nec etiam potest dici quòd corrigatur per prædictum.§.quia verò . vt patet ex his quæ scripsi supra ea.q.in versibus proximè alleg.nec potest dici quòd corrigatur per hanc decretalem,& per decre. penult.j̄.e.quia non loquutur de dilatione,sed solùm de ꝓductione.seruat autem romana Curia in remissionib⁹ quas decernitur ad partes:quia ad probandum solùm dat vnam dilationem trium mensium & ad reprobandum aliam duorum mensium.j̄.curiam verò vix seruatur solennitas dilationis,sed citantur testes,& si pars alia instet de concludendo,dabitur vni volēti probare dilatio ad probandũ,& qñq; ex cā posteà prorogat.corā officialibus aũt Epõrũ cōiter seruatur opinio gl.& tunc nō consuleŕe recedi ab ea,vt.ff.de legi.l.sed si de interpretatiōe.&.l.minimè.sed oīnō addere habes hîc quę scripsi.j̄.q.seq.ver.& hoc vna dilatione vsq; ad versum Colect.autem.

¶ SECVNDO queritur nũquid in qualibet productione sufficit parti habenti ꝓducere pro satisfaciēdo ꝓductionē hmōi nominare testes , quos vult producere,vel nũquid est necesse,ꝙ realiter eos præsentet corā iudice Goff.videt velle ꝙ requiratur pñtatio,vnde dicit ꝙ cũ quis colligit testes quos potest,& eos præsentat iudici,tunc est prima productio,& cũ posteà colligit alios,& illos producit,ꝙ tūc est se-
11 cūda.& sic de tertia: † sed Host.dicit ꝙ sufficit nominatio etiamsi non præsententur , quia forsan non est sic possibile,sic simul præsentare , & dicit quòd sic seruatur &c

Vnde etiam in prin. tenetur producens illos nominare ſi pe
tatur: vt. d. §. quia verò. &. j̃. ti. primo. c. j. & c. cum contra fa-
cit: quia in reſcriptis cõiter ponitur teſtes aũt qui fuerunt
nominati. j̃. e. cum cauſam. & de hoc vide in Speculo. e. titu. §.
12 qualiter. in. j. coll. Collect. † autem dicit ꝙ iudex poteſt, &
debet pręcipere parti, ꝙ eos à principio nominet, & idem
dicit notari per Hoſt. ſi pars hoc petat, & per Archi. e. ti. li.
vj. c. præſentium. §. teſtes. ibi cum dicit productos, & melius
de reſcrip. ſtatutum. in fi. vbi pro teſtibus producendis facit
iudex expenſas deponere, quod nõ videretur poſſe fieri, niſi
nominati forent facit. j̃. ti. ꝓximo. c. j. ibi inuocatos cum ſi-
milibus. refert tñ Spe. not. C. e. ti. §. qualiter. in princ. ꝙ iſtam
13 nominationem † non compellitur pars facere, quia forſan
aduerſarius nominatos ſubtraheret, & quia nullus contra ſe
debet cõpelli ædere, vel nominare, ſicut nec nominare, vel
ædere nomen notarij, qui confecit inſtrumentũ productũ,
ne detur materia falſum fabricandi: niſi eſſet conſuetudo de
hoc, vel appareret de fraude, vel malitia, aut variatione par
tis poteſt dici ſe credere, ꝙ inſtãte iudice eos nominare de-
beret, propter variationem: ſed iudex non dabit parti copiã
nominationis, ſicut de interrogatorijs dicitur. j̃. e. per tuas.
& ſic poteſt intelligi dictum Spec. ¶ Aduerte hic ſunt duæ
quęſtiones prima eſt an ſufficiat monitio pro ſatisfaciendo
productionem, & illã proſequitur Hoſti. Secunda eſt an ſit
neceſſaria ad effectum tollendæ variationis, & illam proſe-
14 quitur Collec. quoad † primam poteſt ſic diſtingui: quia aut
perſiſtit nominans in ſola nominatione, nec vltra progredi
tur, & tunc non ſufficiat nominatio ad effectum productio
nis, quia verbum productionis ſonat de natura ſua factum,
atq; effectum, & idcirco verba ſola non debent ſufficere, ar.
s̃. e. de eo qui mittitur in poſſ. c. j. ne iſta conſtitutio ſit ludi-
brio, & ſine effectu. j̃. de elect. commiſſa. §. porrò. lib. vj. Aut
vltra progreditur petendo citationem contra teſtes, & eam
proſequendo cum diligentia ſine fraude, & tunc ſufficiat, &
ſic procedit opinio Hoſt. nam cũ nemo ad impoſsibile obli
getur: vt regula impoſsibilium. debet hoc ſufficere ſi faciat
homo quod poteſt. ad ſecundam quęſtionem diſtingue, qa
aut quęris dum petijt ſe admitti ad productionem, & tunc
dic ꝙ non: & ſic procedat opinio Spec. Aut quæris dum pe
15 tit citationem contra teſtes, & tũc dic ꝙ ſic de teſtibus, tunc
citandis, quia nominari debent tunc citandi in citatorio. j̃.
de reſcript. cum in multis. lib. vj. cum ibi notatis. Aut petis
vtrum ſint nominandi in productione, & tũc dic indubita
tè ꝙ ſic, & ſic procedit prima opinio de teſtibus, tunc pro-
ductis: quia ignoti non admitterentur in auth. de teſtib. §. ſi
verò ignoti. aut quæris vtrum in prima productione ſint à
prin. nominandi omnes qui. j̃. dilationem in omnibus pro-
ductionibus præſentari habent, & tunc aut ſubeſt cauſa, vel
ęquitas iudicẽ ad hoc mouẽs, & tũc dicas ꝙ ſic, & ſic ꝓcedit
prima opinio, aut nõ, & tũc ſecus, & ſic ꝓcedit ſcda opinio.
¶ TERTIO quęritur vtrũ ſi ſolennitate nõ ſeruata fue
rit cõceſſa quarta ꝓductio, & receptę atteſtationes valeãt
ipſę atteſtationes ipſo iure de quo tetigi. s̃. e. c. in. j. q. in prin.
Sunt opiniones cõtrarię, item habet alia opinio ꝙ ſi renun-
ciatum erat productionẽ teſtiũ non valent aliàs ſecus Lig.
5 verò dicit ꝙ † valent ſi fuerũt receptę, parte non cõtradicen
te ar. eorum quę no. j̃. e. fraternitatis. & maximè qa textus. §.
quia verò. all. nõ ponderat renunciationẽ, ſed ſolùm vtrum
pars teſtificata didicerit, facit qa multa prohibenſ fieri quæ
tñ facta tenẽt. j̃. de reg. ad apoſto. & hoc maximè in his, quæ
nõ habẽt perpetuã prohibitionem: vt no. j̃. de ſpõſa. duorũ.
c. tua in gl. ij. & in cle. j. de iure patronatus in verbo priuãtes
cuius modi eſt iſta ꝓhibitio, vt hic patet, & hæc eſt veritas
reliqua dicenda, in hac dec. habebis. j̃. e. ti. c. pe.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſibi ipſis aduerſantes eleuandos eſſe: & ita hic ſecundò appel-*
latum numero. 3. & appellationem primò factam, aut porre-
ctam potiorem eſſe. nume. 4.
2 *Actum quenlibet benignius accipi debere, & nu. 9. Fauore tamen*
animæ, quod tutius ſit.
5 *Appellationem ſententiæ cuilibet impedimento eſſe: & quatenus hoc*
verum ſit, & qñ prouocans præuentus ſit. nu. 6. & 7.
8 *Iuramentum, ne peieraſſe videatur, eleuari debere.*
10 *Clericum teſtimonio vacillantem à ſeculari iudice puniri poſſe.*

CAP. XVI.


Vm tu fili. ¶ Caſ. Si fieri cõcordan
da ſunt dicta teſtium. in
prima deciſa factũ narrat, in ſcda definit, *cũ*
conſtet. Expone literã, *canonicis.* nõ dicit capitu
lo per id qd habeſ de ſent. excõ. romana. li. vj.
in fi. &. j̃. deciditur factũ qd tñ diuerſimodè narraſ, vt dicã
ſup gl. iuraſſe. i. iuratos depoſuiſſe *poſt app.* à nobis interpoſi
tam *poſt primã.* videſ ponere ꝙ cõſtabat bis appellatũ appel
lationẽ, & de hac loquunſ teſtes Archiepi nõ tenere ꝓpter
lationis,& principalis.C.de procu.ita demũ.de iura.calum.
36 c.ij.j.rñso.lib.vj.Item † quia ibi variatur modus agẽdi licet
testes producere sup eodẽ capitulo post supplicationẽ prio-
rum.alle.ĩ.eo.veniens.sed ad alia producunt in principali.s.
vt reus cõdemnetur, vel absoloatur ad aliud in causa appel-
lationis.s.vt causa detegat iusta vel iniusta ergo &c.sed præ-
dicta.ĩ.de appel.l.eos.§.si quis autẽ.non probat contrarium
eius quod dicitur in hac decr.fraternitatis.quia solũm dicit
q id quod litigatur omisit in principali prosequit in causa
appellationis,sed planũ est ita q antiquũ capitulũ non omi-
sit:ergo debet intelligi de nouo,vel si vis intelligere de anti
quo dicas q illud nullo modo fuit probatũ, quare tunc fue-
rit omissum in effectu,non autẽ super eo,sup quo testes fue-
rant producti,quia tñ etiam si timor subornationis nõ esset
iustitia esset testis recipi super illo,& esset cõtra id,quod.ĩ.
sequit de nouis assertionibus,vel exceptionibus facientibus
tãtũm ad causam:& in hoc cõcordat hæc decr.& illud dicit.
l.per hãc.quæ tãtũm addit de primò ꝓpositis in causa prin-
cipali,sed illa debet intelligi , vt ibi colligitur ex litera.s.cũ
proposita nullo modo fuerũt probata:aut ad illa probanda
nõ testes,sed instrumẽta fuerũt producta vt ibi innuit.non
37 obst.l.vlt.C.de testi.&.ĩ.e.præsentata.quia † ibi iteratò reci-
piunt testes de voluntate illius cõtra quẽ deposuerat & hoc
licet quia in eius fauorẽ est introductũ ne publicatis attesta
tionibus super eodẽ capitulo aduersarius possit testes pro-
ducere.ĩ.de reg.ad Apostolicã.cum sim.Item prædicta iura
probãt id hoc licere in causa principali sicut in causa appel-
lationis,quare nõ faciunt non obst.ratio q ibi variatur,&c.
quia salua pace licet alia sit instãtia nõ tñ est alia causa prin-
cipalis,& appellationis.ĩ.inspecto fine:quia in vtroq; ad idẽ
producũtur qñ appellatũ est,à diffinitiua.s.ad finẽ condẽna
tionis & absolutionis , vt probat.ĩ.de testa.Raynaldus.vn-
de nõ est verũ,q ad aliud recipient testes super principali,
& ad aliud in causa appellationis Io.Cald.& Ioã.de Lig.cũm
39 quæritur † quæ dicãtur noua capitula refert q aliqui dicũt
q nõ est aliud nisi ius de nouo quæsitũ , quod esse nõ potest
si succũbat actor,in causa principali, & in causa appellatio-
nis,velit deducere ius nouiter quæsitũ non potest. Guil.de
Cug.dicit.Aut aliqua partiũ vult proponere idẽ quod orit
ex causa noua ex mera volũtate superioris , & neutra partiũ
potest,exemplõ lata est sentẽtia cõtra me,in causa principa-
li vigore.l.cõquærebatur.tẽpore principalis causæ appellaui
volo inducere.l.quæ promulgata est,post latã illam senten-
tiam & pendẽte appellatione nõ possum,in auth.vt cum de
appel.cogno.in prin.viij.coll.& not.de cõsti.c.j.& si.Aut lo-
39 quimur de † propositione iuris noui , quod cõcernit partes
& non superiorẽ,& tũc aut istud orit de nouo ex parte rei:
& poterit in causa appellationis proponi.Exemplũ petebas
à me centũ,fui cõdemnatus,appellaui pẽdente appellatione
feci pactũ de non petẽdo:proponere potero in causa appel
lationis ratio,quia in causa appellationis ex parte rei potest
produci

produci omne id qđ poſſet in cauſa principali poſt litē con-
teſt.ff.de excep.l nemo.etiam quia aliàs pactū non prodeſſet
cū ex illo agere nō poſſum.ff.de pac.l.ſi vnus.§.ſi pactus. Aut
40 iſtud nouum oritur cōcernens perſonā † actoris & tunc aut
actor vult proponere per modū nouæ actionis,& poteſt dū
tñ in cauſa principali hoc poſſet poſt lit.cōteſt. ¶ Exemplū
petebam centū,lit.cōteſt.volo accumulare vbi iura permit-
tunt , hoc idē potero in cauſa appellationis. ff.vt leg.nomi.
caue.l.poſtquā.ſi autē non poterit accumulare in cauſa prin
cipali,nec in cauſa appellationis, & iſte eſt vnus modus in-
telligēdi.l.illā per hanc.vt per nouū capitulū intelligaƚ noua
actio,de qua nō admittiƚ cumulatio. Aut vult proponere p
41 modū † replicationis,& poteſt,vt ſi petebas centū & ſum cō
demnatus in cauſa appellationis,excipiƚ de pacto & potero
replicare de pacto cōtrario.ff.de pact.l.tale pactū.§.qui pro-
uocauit.ff.qđ cū eo qui in ali.po.l.ſi. ¶ Eſt ergo intellect⁹ il-
lius.l.ꝙ ſi nouum capitulū quod nō poteſt proponi in cauſa
appellationis eſt illud qđ venit ex iure intrinſeco,vel eſt tale
quod nō poteſt in cauſa principali,lite conte.proponi tunc
nō poteſt proponi in cauſa appellationis quia appellatio ex-
tinguit pronunciatū.ff.ad Turp.l.j.in ſi.& ideò nō eſt neceſ-
ſe litē conteſtari , in cauſa appellationi.C.de tēp.appl.l.ſi.§.il-
lud.& bene dixi lite cōte.quia ſi obmiſi dilatoriā quę debuit
opponi ante lit.cōteſt.nō potero in cauſa appellationis eam
proponere.C.de procur.l.ita demū.dictum tñ iſtorū infert
cōtrarium.ſ.ꝙ aliud in actore aliud in reo:nā licet actori nō
liceat in cauſa appellationis ius nouū producere.de re iudi.
Abbate.lib.vj.&.ff.de iud.l.nō poteſt.ff.de pig.act.l.ſi rē.hoc
tamen licet reo qui in cauſa appellationis excipere poteſt de
pacto de nō petēdo facto lite pēdente : & eſt ratio quia aliàs
non operaretur pactū illud,cum nō poſſet in alio iudicio ex
ipſo agere:quia ſibi cōpetit ſola exceptio quæ etiā ipſum nō
iuuaret ſi prima ſentētia condēnatoria deberet efficax cēſe-
ri,ſed ſi actor ſuccūbat poterit nouū ius in alio iudicio no-
42 uiter agēdo deducere. ¶ Alij dicūt, ꝙ nouum capitulū † di-
citur.ſ.ſi noua res petiƚ vt ſi petebā in principali cauſa aſinū
in cauſa appellationis , peto bouē, quod etiā reprobaƚ,quia
reo inſtāte,actor tenetur petita in libello vſq; ad diffinitiuā
proſequi.C.quomo.& qñ iud.auth.qui ſemel.& not.de dolo
& cōtu.cauſam.Alij dicūt ꝙ placet antiquū cui de nouo in
iudiciū deducto obſtaret res prius iudicata nouū cui nō ob-
ſtaret.Exemplū in reo.de.c.cùm Ioannes.j̄.de fide inſtr.agiƚ
ex vēdito vt res tradaƚ in cauſa appellationis proponeƚ no-
uum capitulū.ſ.venditionē conditionalē fuiſſe vel factā con
uentionē de re nō tradenda cū tutor ſe excuſans allegat ſe ge
rere tres tutelas,ſuccūbit in cauſa appellationis, probat vnā
ita diffuſam ꝙ debet haberi loco triū.ff.de excu.tu.l.ſi is qui.
tres.§.cum qui.ſecundū Goſ.vel cū tutor dicit ſe minorē vē-
didiſſe,reus dicens venditionē tanꝗ̄ à maiori factā ſuccūbit
in cauſa appel.proponit ipſum maiorem ratificaſſe.C.ſi ma.
fac.ra.ha.l.ſi.Goſ.Exemplū in actore,debitor rem pignoratā
vni creditori,pignorauit alteri,demū primo innouauit ob-
ligationē,agit creditor primus cōtra ſecundū ex innouatio-
ne, ſuccūbit : quia alter prior in cauſa appellationis probat
primā obligationē & obtinet.ff.qui po.in pig.ha.l.creditor.
in prin. ¶ Item actor petēs decimas ſuccumbit in principali
in cauſa appellationis,probat præſumptionē contra priuile
gium & obtinet.j̄.de priuil.attēdentibus.Pet & Abb.& ad
prædicta vide Hoſt.in ſumma.eo.ti.§.vlt.&.G.in Spe.eo.ti.§.
ſatis vtiliter.ver.illud autē. ¶ Concludas ergo ꝙ ſuper arti-
culo nouo ex antiquis depēdente in cauſa appellationis te-
ſtes noui ꝙ veteres producūtur vt hîc,& in cle.teſtibus.e.ti.
ſuper omnino nouo.ſ.nō dependente nō licet, ſuper quo tñ
ſcias ꝙ ſunt opiniones vna fuit Hug.ꝙ decre.hæc intelligaƚ
in appellatione interpoſita ante ſentētiam tunc cum,adhuc
pendeat principalis nō licet recipere poſt publicationē niſi
ſuper nouis.Secus ſi ſit appellatū à diffinitiua:quia tūc finita
eſt principalis.Hæc eſt falſa primo,quia tex.dicit indicata,ſe
cundo quia ſi appellatū ſit ante ſentētiam articulus appella-
tionis eſt ſeparatus à principali,ſecus cū appellatur à diffini-
tiua:quia tunc ingreditur negotiū principale.j̄.de excep.ſi-
gnificarūt.Alb.voluit,ꝙ,publicatis atteſtationibus,in prin-
cipali nec in cauſa appellationis,nec in cauſa principali poſ-
ſint noui,vel veteres produci teſtes,nec ſuper nouis,nec ſu-
per veteribus,inſtrumēta vero ſit.in auth.de teſti.§.quia ve-
ro.vbi vero nō fuiſſent in principali producti poſſent & ve
teres,& noui produci,ſic intelligit C.de app.l.eos.& de tēp.
app.per hāc lo.& Azo.dicūt ꝙ poſt publicationē nec noui,
nec veteres producūtur in principali:in cauſa appellationis
& veteres & noui & hęc opiniones reprobātur,hîc & in au-
then.de teſtibus.§.quia vero.attēta mēte vt hîc tāgit gl.Acc.
vero.in.l.per hanc.dicit poſt publicationē in principali,no-
nos admitti.In cauſa appel.& nouos,& veteres & ipſum cō-
muniter ſequnƚ legiſtæ quod tñ hîc reprobaƚ & apertius
in cle.teſti.eo.ti.Hoſt.voluit dicere ꝙ in cauſa appellationis
nouū capitulū probatur per nouos,& veteres , antiquū per
nouos tantū, ne ſi iterū reciperētur antiqui poſſent de per-
iurio notari.Cōtra quod facit quod not.j̄.eo.cùm cauſam.
& dicebat aliâs niſi ſpeciale in cauſa app. Alia eſt opi.appro
43 bata † quæ fuit Lau.Tan.Vin.Phi.Goſ.Inno.& Guil.in Spe.
eo.ti.§.ſatis vtiliter.ver.& breuiter.ꝙ in principali & in cau-
ſa appellationis ſuper nouis, & veteribus depēdentibus,vel
cauſam tāgentibus,vt.j̄.eo.tā literis.produci poſſunt,& no-
ui & veteres,ſuper antiquis vero nō.Et eſt ratio, quia ita ti-
meƚ ſubornatio in cauſa app.ſicut in principali,ex quo par-
tes didiciſſent teſtificata. Dicunt tñ legiſtæ ꝙ iſte timor nō
eſt ſola cauſa prohibitionis,ſed etiā identitatis inſtātiæ cùm
ergo ſecundū ipſos varieƚ inſtātia in cauſa appel.variatur,&
quodā modo modus agendi,& ideò recipi poterūt.j̄.eo.ve-
44 niens.ij.Sed ſi pōderas,licet † varietur inſtātia,non tñ variaƚ
cauſa.C.ne lic.in vna eademq; cauſa in rub. & in ni.g.de iure
cano.c.ij.lib.vj.& de teſti.c.ſi.eo.li.vbi de hoc, quia ad idem
tēdunt actor & reus,& quod in principali tendebant,ijs er-
go non obſtātibus pōderata medullari ratione iuriū, ſeque-
re canoniſtas.Quid dicēdum?certè ne laborē duplicarē no-
lui hîc laborare:qa intēdo circa iſtā materiā laborare in cle.
ij.j̄.e.ideò hîc fui cōtent⁹,recitare dicta aliorū prout iacēt,
& ſi ſit defectus in aliquo imputes ſcriptori, ſiue trāſlatori.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes quoſdam,cæteris publicatis,recipi:& quo modo.nu.4.*
2 *Excipientem replicatione doli ſubmoueri poſſe.*
3 *Iuramenta illicita,quibusq; animæ noxa ineſt,aſſeruāda nō eſſe.nu.5.*

CAP. XVIII.

INtimauit. casus. Qui iurauit teſti-
moniū nō dicere , teſtifi-
cari cōpellitur ſi atteſtationes publicatæ nō
ſunt,io prima partis conquæſtio, in ſecunda
prouiſio ibi, *ideoq;*. ¶ Expone literā *eum* , vel
ipſum,vel *auxilium* vbi aliud nō fuiſſet iuratū, intelligeremus
hoc.de iniuſto.de iureiur.petitio.j̄.de ijs quæ ſi à maio.par.
cap.c.j.&.j̄.de exceſ.prę la.grauem.*contra ipſum*.ſ.V.*eidem*.ſ.R.
actori *illorum*.i.aliorū ſupplicañ.relatio.T.*publicatū non eſt* pu
5 tant Inno.& Hoſt.*teſtes*.de qbus hic loquimur † etiā poſt pu
blicationē aliorū recipiendos,per beneficiū reſtitutionis,ex
clauſula gñali,ſi qua iuſta cauſa mihi viſa fuerit &c.ff.ex qb.
cau.ma.l.j.& idem dicūt poſt renunciationē hoc no.j̄.eo.cū
veniſſent.maximè præſtito à petēte iuramēto,ꝙ hoc mali-
tioſè nō petit arg.optimū.in auth.e.ti.§.quia vero multi.vbi
dicitur ꝙ etiā poſt concluſionē admittiƚ, quæ prius deberet
hoc impedire,quàm ſola renūciatio,ad idē arg.ff.de æden.l.
ſi quis ex argētarijs.&.§.ſi.&.l.ſeq.aliqui tñ dicūt hoc ſolùm
permitti per beneficium reſtitutionis in integrū ſpeciale de
quo.ſ.de reſt.in integ.per totū.ſed primū dictū eis plùs pla-
cet.Quod ergo hîc dicitur intelligaƚ per viam iuris cōmu-
nis,vel qđ hîc dicit de publicatione & renūciatione,reſpicit
quod dicit aliâs, ſi neceſſe fuerit &c. ¶ Supple glo.in.ij.glo.
ibi,*ſeruari nō poſſet* de hoc in Spe.eo.tit.§.vlt.ver.quid ſi quis.
imò iurādo peccauit mortaliter, ſi intēdebat celare,dato,ꝙ

per alios veritas haberi nõ poſſet aliâs nõ ſecundum Goſ.&
ibi, vt dicit ipſe eũ q eos adſtrinxit de hoc excipere nõ po-
teſt cũ ipſe particeps fuerit ſecundũ Goſ. vnde dicit Inno. ꝙ
2 † excipiens facilè repellit replicatione doli. de adul. c. pen. &
vlti. fatetur tñ ꝙ aliâs iudex ex officio repellit pſonas teſtiũ
quas notoriũ eſt eſſe minus idoneas, vel indignas. ar. ff. de po
ſtul. quos prętor. alle. Hoſt. de excep. exceptionẽ. & ibi, *alij ta-
men.* ſ. Lau. T. & Vin. qui dicebãt iuramentũ ſeruandũ ex quo
ſine interitu ſalutis poterit ſeruari, quæ. ſ. poterat aliter ſub
neoiri ei cuios teſtes fuerũt corrupti. alle. xxij. q. iiij. §. vlti. &
in fi. hoc teneas. ad quid enim aliâs Papa curaſſet de publica
tione teſtiũ ſuper principali cũ etiam poſt ſuper hoc quod
eſſet nouũ capitulũ potuiſſent induci ij & alij teſtes. ʃ. c. pro
xi. ¶ Not. primo ꝙ iuramẽtum temerariũ non eſt ſeruãdum
nec eget relaxatione. ȷ̃. de iureiur. ſi verò. Secundò no. ꝙ pu-
blicatio, & abrenũciatio teſtiũ æquiparãtur in iure & æquè
repellũt à nouis teſtibus ſuper antiquis articulis producẽdis
iuxta lecta, & nota. ʃ. c. proxi. Tertiò no. ꝙ iuramẽto aſtricti
ad teſtimoniũ non ferendũ, poſt publicationẽ, vel renuncia
tionẽ teſtium, nõ admittũtur ad teſtimoniũ per iſtam literã
à cõtrario. Quod eſt durũ, quia ſecundũ hoc nõ eſt ſufficien
ter prouiſum. Pone enim ꝙ metu periurij ante publicatio-
nem, vel renunciationẽ deponere omiſerunt durũ eſt ꝙ hoc
noceat producenti qui nõ reperitur in culpa. ¶ Opponitur
3 cootra † primũ notabile, quia videtur ꝙ iuramentũ, de quo
hîc dicitur, nec illicitũ, nec temerarium reputari debet: nam
iuramentũ gñale de conſilio, vel auxilio nõ præbendo ciui-
lem habet interpretationẽ. l. in illicitis & iniuſtis, vt. c. peti-
tio. & c. j. & c. grauem. ʃ. in expoſitione allegatis ſuper verbo
auxiliũ. &. ȷ̃. de iureiur. c. j. lib. vj. dicit ꝙ non iurauit ſimpli-
citer nõ prębere conſiliũ, vel auxiliũ, ſed vltra iurauit in ſpe
cie nõ ferre teſtimoniũ, quod iuramentũ ſimpliciter eſt illi-
citũ. ¶ Secundo opponitur, quia etiam poſt concluſionẽ ad-
mittũtur teſtes. vt in auth. de teſti. §. quia verò. multi quæ tñ
plùs habet impedire quàm renũciatio, vt. ff. de ędẽ. l. ſi quis
ex argẽtarijs. §. fi. Item fortificãdo oppoſitionẽ iterum oppo
nitur. ſ contra tertiũ notabile, quia dolus partis & teſtiũ ſu-
per illicito iuramẽto cõmiſſus producenti qui eſt ſine culpa
obeſſe nõ debet. C. de inof. teſt. l. ſi quis in ſuo. &. ȷ̃. de reg. iur.
c. nõ debet. & c. ſine culpa. lib. vj. Solutio aliqui ſatẽtur con-
trarium, & dicunt ꝙ etiam poſt publicationẽ, vel renuncia-
tiooẽ teſtium tales etiã abſq; opere reſtitutionis admitti de-
bent, & quod hîc de publicatione, vel reoõciatione dicitur
referũt ad alios de quibus io fioe dicitur ibi, & alios ſi neceſ-
ſe fuerit, &c. ſed nõ placet, quia nõ applaudit literæ, alij di-
4 cunt † ꝙ tales nõ admittũtur ad teſtimoniũ poſt publicatio-
nem, vel renunciationẽ de iure cõmoni vt hîc, ſed bene per
viam reſtitutionis, vt in cõtrario & hęc eſt veritas ſed caue,
quia quidã hoc reſtringunt ad Eccleſias & minores, ſed hoc
falſum eſt, quia etiã maior ex illa gñali clauſula ſi qua mihi
iuſta cauſa videbitur reſtituerẽ hoc caſu quod proſequere
latiùs. vt ſcripſi in opinione ſuper verbo publicatũ non eſt,
alias tres oppoſitiones formabit lector polit⁹ ex gl. ij. & ex
tribus primis ſuppletionibus quas. ʃ. poſui. ¶ Collecta. ſate-
tur ſolutionẽ quam dedi ad ſecundã opinionẽ propter odiũ
ſubtrahẽtis, ſed dico ego ꝙ imò propter iniuſtã lęſionẽ pro-
ducẽtis cui ſiue culpa ſua probãdi facultas nõ eſt ſubtrahen-
da. Itẽ dicit cũ Hoſt. intellectũ Bern. eſſe verũ indiſtinctè. ſ.
tales debere admitti ſiue egerint pœnitentiã ſiue nõ, in odiũ
illius qui eos ſubtrahere viſus fuit, ſed qualiter cõtra alios,
ante vel poſt pœnitẽtiam admitti debeant, remittit ad lecta
& not. ȷ̃. eo. teſtimoniũ. Item vtrũ debeant haberi pro pro-
ductis, remittit ad not. ȷ̃. eo. cũ cauſam. Item dicit ꝙ tali ſa-
cramẽto obligati ſunt ipſo iure. ar. ȷ̃. eo. conſtitutis. j. vbi de
hoc, ſed prout tetigi. ʃ. in. j. notab. credo contrariũ: quia ſi ſit
opus eſſet relaxatione, ꝑpter reuerẽtiam iuramẽti. ʃ. de elec.
5 venerabilẽ. ȷ̃. de iureiu. ſi verò. Præterea † quia ioramentum
cuius obſeruatio vergit nedum in interitum imò in detri-
mentum ſalutis æternæ nullum eſt ipſo iure, vt legitur, &
notatum per Archi. xxij. q. iiij. ſi aliquid.

SVMMARIVM.

1 *Motu proprio ſubreptionem tolli quo modo accipiatur.*
2 *Priuilegio conceſſo, innouatio impediri quo caſu poſſit.*
3 *Litigioſam rem effici, litemque pendere, reo conuento: per decretum vero aduerſario ignotum non item. nu. 4.*
5 *Capitula noua in eadem inſtantia, dilatione fluxa, non admitti.*
6 *Secundã priuilegij conceſſionẽ priore nõ memorata nullã eſſe. & nu. 9.*
7 *Commiſſionem aduerſario ſignificari debere & in ſpecie. c. cauſam, quæ, à quo obtenta ſit. nu. 8.*

¶ CAP. XIX.

CAuſam, quæ vertitur. *caſus.* Publi
catio, vel renũciatio teſtiũ in vno. c. nõ præiu
dicat volẽti producere teſtes in alio cõmunis
diuiſio ſecũda ibi, *iudicibus* & de eodẽ facto. ʃ.
de mut. pet. c. j. ¶ Expone literã *protaliſtis* huic productioni
nõ obſtabat publicatio teſtiũ. ȷ̃. tit. ij cùm dilectus. &. ȷ̃. pars
voluit producere teſtes ſuper nouis capitulis dobitatũ fuit,
& cõſultus Papa literis ſubreptitijs, quia nec de primis nec
de proceſſu fecerat mentionẽ. ʃ. de do. c. ij. ȷ̃. de re iudi. inter.
Nouel. Sed cõtra, quia motus proprius tollit ſubreptionẽ. c.
1 ſi motu. de pręb. lib. vj. rñdeo cum Hoſt. † ſtãdo ꝙ ſubreptio
veoiens ex parte impetrãtis tollitur per motũ proprium, vt
c. ſi motu. ſed nun tollitur ſubreptio priuilegij quæ venit ex
tacita vulũtate Papæ qui nõ eſſet cõceſſurus lite expreſſa, &
facit quod not. Io. An. c. gratiæ. de reſcr. lib. vj. ex hoc dico. c.
ſi monaſteriũ. ooo ponere ius cõmune ſed ſolũ loqui in Pa-
pa & tenendũ in ſuis terminis Mart. *impedimentum* arg. ꝙ pu-
blicatis atteſtationibus, nõ licet producere inſtumenta qđ
non eſt verũ, ſed intellige hoc de impetratis lite pen. T. Goſ.
& Vin. *concordia* & poſt cõcordiã de hoc. ʃ. de trãſl. c. vlt. Goſ.
intimauit fortè proprio motu, vel fortè ad inſtãtiam. de elect.
innotuit. verſ. multa. de do. & cõtu. cùm olim. & c. veritatis.
Hoſt. *præſentiam*, ſunt enim talia oculis ſubijcienda. ȷ̃. de pri-
uil. porrò. de hoc. de cor. vici. c. ij. Hoſt. & in arbore cõſan. in
prin. *tranſmittatis* fic. ʃ. de reſcri. ex parte. j. cum ſuis concord.
¶ Supple glo. in glo. j. ibi, *publicata* ſecundũ Laur. & Tanc. &
ibi, *numerus* videtur idẽ Hoſt. in glo. ij. ibi, *impetrata* idẽ vide-
tur Hoſt. ſi motu proprio principis ſit cõceſſa, & ibi *alterius*
partis vnde ſi per illud priuilegiũ nil noui acquireret Impe-
trator in præiudiciũ partis bene valeret ſecundũ. T. & Goſ.
in glo. peoul. in fi. ſecundũ Lau. hoc poſſet intelligi ſecundũ
Hoſt. præſentata litera. de app. ſuper eo. ij & citatione ſecu-
ta de hoc. de offi. dele. gratũ. vel ſaltẽ poſt notitiã aduerſarij.
de app. meminimus. de alie. mu. iud. cauſa fac. c. j. Nouel. vide
glo. in cle. ij. ne lite pen. ſoper verbo citatio, cui cõcor. Guil.
& Pau. recitãs dicta Hoſt. hîc ſed Zenze. illam glo. dicit locũ
habere ſolùm quoad effectũ impediendi facultatẽ innouan
di, & idẽ quoad imponendũ pœnã parti quæ aliter iure ſuo
forſan innouare poſſet, & ita intelligit dictã cle. & c. ex par-
2 te. ʃ. ne lite pen. ſed. c. ooſtrũ. † præciſè tenet, vt iacet. l. in im
pedienda cõceſſione priuilegij in præiudiciũ alterius, à cõ-
muni dño facienda: hîc enim ſufficit ſola cõmiſſio cauſæ ſi-
ne citatione, vel notitia partis, quia hîc ſolũ agitur de cõſer-
uatione iuris partis, qđ aliâs per nouũ priuilegium impedi-
retur qđ credo facit optimè qđ dixi in expoſitione de pro-
prio motu: quia nõ eſt veriſimile ꝙ Papa fuiſſet cõceſſurus
ſi ſciret cauſam cõmiſſam. Item quia hoc ſufficit ad ꝑpetua-
tionẽ iuris ſaltem cum ſolo mãdato de citãdo, vt. c. licet vn-
diq;. de offi. dele. præterea quia recedere à verbis huius lite-
ræ ſioe tex. eſt graue: quia alia cõtraria oon ob. vt patet de ſe.
de priuil. cõceſ. ſiue ſit priuil. tertij, ſiue ſit obtentũ à dño nõ
cõmuni, vide Io. An. poſt Inno. in addi. ʃ. ne lite pen. c. ſi. Po-
ne cauſa cõmiſſa ad inſtãtiam partis ſuper bñficio cõtra no-
uum poſſeſſorẽ renũcians impetrãs cauſam cõmitti, & con-
fertur alteri nõ facta mẽtione de dicta cõmiſſione, quęritur
an impetratio ſit ſubreptitia, quidã ꝙ ſic per iſtud. c. & edi-
ctum. de ali. mu. iud. cauſa fac. Alij contra quia iſta loquitur

in parte

in parte impetrante,& non ex proposito iudicium pendens
igitur.sed obstat, qa iste videtur iste subrogatos in iure pri-
mi,sed alij hoc negāt Mar.quærit Hen.qualiter cōmissio fa-
cta iudicibus facit rem litigiosam,vel litē pendentē,& circa
hoc sic distinguit quia aut post ipsam cōmissionem factam
3 processum † est ad ea,quę faciunt rem litigiosam,vt quia de
dñio rei causa mouetur inter petitorē & possessorē iudicia-
ria cōuentione,vel precibus principi insinuatis,ac per eum
futuro reo cognitis,vt.C.de litig.in auth.litigiosa res est.vel
ad ea,quæ faciunt litē pendere,vt quia ab ipsis iudicibus ci-
tatio emananit , & ad partē citatā peruenit, vel per eam fa-
ctum fuit quo minus ad eius notitiā peruenerit, & in cita-
tione talia fuit expressa,per quæ plenè possit citatus instrui
super quibus in iudicio cōuenitur extra vt lite pend.c.ij.in
cle.& vide ibi Zenzel.super verbo cōpetenti,vbi dicit ꝙ ad
hoc ꝙ lis dicatur pēdere citatio saltē exigitur:cū illa dicatur
pars prima iudicij.inst.de pœna teme.litig.§.fi.& tūc dicitur
4 res litigiosa vel lis pēdere vt ibi.Aut nō est † post cōmissio-
nem factā processum ad ea quæ faciunt rē litigiosam, vel li-
tem pēdere,vt est dictū:& tunc per talem commissionē,nec
fit res litigiosa,nec lis pēdere dicitur,sed quoad rescriptū ta-
cito de huiusmodi cōmissione,impetratū reddendum subre
ptitiū sola cōmissio facta sufficit,vt hic tacuit enim hîc im-
petrator tale quid,quod expressum impetrationē impediuis
set.§.de rescr.super literis.secundū Zenzel.in.d.c.ij.sed circa
hoc omnino videas quæ scripsi.in.d.cle.ij.vt lite pend.& in
c.fi.§.vt li.pen.& in remissionibus vtrobiq; not.Collec.ve-
5 rō not.† ꝙ noui articuli nō sunt dandi , vel faciendi in eadē
instātia,quod verū credit post terminū ad articulandū assi-
gnandū.§.de probat.licet.licet cōtrarium seruent auditores
sacri palatij,qui bene admittūt,partē ad articulandū post di
ctum peremptoriū,nisi sint articuli cōtinentes obiectus cri
minū,quod intelligūt aliqui in causis beneficialibus, itē vbi
vellet reformare malè datos,quia tunc non admitteret, nec
credit,ꝙ haberet locū supradicta cōsuetudo, cum sit contra
iura,vt.not.in.d.c.licet.clarè tñ posset. Ad quod faciūt,quæ
colligūtur.§.e.præsentiū.super verò articulis antiquis,super
quibus nulli testes fuere recepti mādantur recipi,nō obstā.
renūciatione,ad quod vide.§.c.fraternitatis. *cum nostro nun-*
cio si esset singularis persona mitteret ad sedem Apostolicā
cū literis,cū esset dubiū de falsitate.§.de rescr.c.ij.& vide.§.
eo.tā literis.in fi. *postquàm* & supple quia literæ sunt subrepti
tiæ nō facientes mentionē de primis,ad quod vide quæ Col
lec.vt lite pen.c.j.¶ Aduerte ista decretalis semper allegatur
6 ad vnū.s.ꝙ sola † causæ cōmissio reddit subreptitiā sequen-
tem priuilegij impetrationē, de illa nō faciendo mentionē,
quia dicere ꝙ motu propriu priuilegiū fuerit hîc cōcessum,
aduersaf literæ huic cū dicit à nobis per vestros nūcios im-
petratis:plures tñ hoc restringūt ad priuilegium impetratū
per illō,qui impetrauerat cām cōmitti,vel iam sciebat cau-
sam cōmissam ad alterius impetrationē,subaudiētes ad lite-
rā ibi cū dicit, *postquam causam ipsam eisdē cōmisimus* subaudi
ad instātiam vestrā,aut nobis scientibus, & ex hoc inferunt
7 † ꝙ licet quoad eum cōtra quem cōmissio impetraf, requi-
ratur citatio executa eo modo , quo legi.& not.in cle.ij.§.vt
lite pēd.quoad eum tñ qui impetrauit caosam cōmitti hoc
non requiritur:sed sufficit sola cōmissio, quia qui certus est
amplius certiorari nō debet.§.de reg.iur.eum,qui certus est.
lib.vj.& cle.causam,quæ.in fi.de elec.durū enim esset dicere
ꝙ sola cōmissio fortè nō præsentata & per partē aliam igno
rata,partē aliam ignorantē in impetratione cuiuslis priuile
gij impediret , sed obst.iste tex.in eo ꝙ loquitur gñaliter,&
indistinctè & obstāt quæ scripsi in suppletione glo.penul.
post Mar.sed rñdent illi, ꝙ tex.istæ cōfusè loquens ciuiliter
debet intelligi.s.de cōmissione pręsentata,aut notificata,aut
per interpretationē priuilegij impetrata, quia aliter aduer-
saretur iuribus,quæ requirūt effectū rei.de cle.nō resi.c.rela
tum.& quæ prohibēt quem ex iusta ignorātia damno affici,
de cōsti.c.ij.& vlt.nec enim apparet,ꝙ ex hoc Papa priuile-
gium denegasset,nisi velis dicere,ꝙ hîc causæ cōmissio facta
fuit proprio motu,sed hoc non est verisimile,quia princeps
nō debet partes prouocare ad lites,arg.§.de dolo.c.fi. Aut er
8 go ad † vtriusq; partis instātiam, aut ad instātiam illius par-
tis,quæ priuilegiū impetrauit,fuit facta talis cōmissio,dice-
re enim ꝙ fuerit facta solùm ad instātiam illius cōtra quem
fuit priuilegium impetratū , & ꝙ commissio nō fuerit præ-
sentata,nec deuenerit ad notitiā illius, qui priuilegiū impe-
trauit,est diuinare,& decre.istā trahere ad vnū casum nouū
nimis durū,& istorū opinio prima facie mihi placet prædi-
cta opinio.s.ꝙ si causa cōmissa,& citatione decreta ad instā-
tiam actoris,sed nondū executa reus nondū citatus ac com-
missionē,& citationem ignorās impetrat à Papa priuilegiū
puta dispēsationis super illigitimitate non facta mētione de
citatione,& cōmissione prædictis , vtpote per eum ignora-
tis valet nihilominus impetratio fuit obtenta per maiorem
partem auditorū in consi.Rotæ anno à natiuitate dñi. M.
cccxciij.die.xvij.mēsis Mart.per rationes hîc supra positas,
9 sed † dñi Gallar.& Iunia.tenuerūt contrarium in eisdē con-
silijs,qoia in cle.ij.vt li.pend.per quā fundant prima opinio
ponitur verbō qooad hoc & faciont ibi not.sup dicto ver-
bo,item quia subreptio huiusmodi nō venit ex vitio partis
ignorātis,sed ex dispositione iuris communis,quæ habet,ꝙ
nō est verisimile ꝙ princeps,qui est dñs communis amborū,
post quàm causam cōmisit, velit aliquid noui iuris cōcedere
vni in præiudiciū alterius, vt scripsi post Inno.in.c.fi.vt lite
pend.Itē quia restringentes textum istō ad impetrationē il-
lius qui obtinuit cōmissionem fundans se in hoc , quia quo
ad eum cēsetur lis pend.vt hîc , igitur quoad eum nō est ve-
risimile Papā voluisse derogare liti.Facit quia secundū opi.
aliam sequeretur ꝙ si actori huiusmodi cōmissionem impe-
tranti fieret talis gratia motu proprio per Papam,ꝙ valeret
& subreptitia nō esset, quia tunc cessat omne vitiū ex parte
illius cui gratia fit,quod tñ falsum est, vt scripsi post Hosti.
§.in expositione,& in hac opi.erat dñs Mar.& in eadē opi.
videtur fuisse glo.in prædicta cle.super verbo citatio in eo
ꝙ loquitur indistinctè,& idem tenet ibi Simon magis clarè,
prout ibi scripsi.in.vij.q.& ista est veritas proot credo & ap
plaudet multō isti literæ:quia hîc loquitur indistinctè, præ-
dicta tñ intellige solū in casu in quo impetratio præiudicat
alteri parti,quia aliter bene valeret, vt not.Inno.in.c.fi.§.vt
lite penden.& ita fuit dictum in Rota die.xviij.Martij anno
à natiuitate Domini. M. cccxciij.

SVMMARIVM.

1 *Crimen quid.Idq́ue morbum esse.*
2 *Vitio simili, dissimilique laborantem testem reijci,& quid in caussa*
consimili.nu.4.
3 *Emptorem emptori testem non esse quo modo accipiendum.*

¶ CAP. XX.

PErsonas. casus. A testimonio repellit
cōsimili morbo laborans, &
hoc pars.§.de app.personas.¶ Expone literā
negotia.i.causæ criminales Pe.& Abb.*morbo*.i.
peccato secundū Pet.s.modico nō tale ꝙ cri-
1 men sit † quia crimē dicitur peccatum graue accusatione &
damnatione dignissimū,imo videtur secundum dñm bonæ
memoriæ Vabreñ.Card.ꝙ dicitur morbus, etiam bene sine
peccato,vt ꝙ quis cōsueuerit intrare tabernā, & si hoc pro-
bādum sit contra te,alter qui eodē modo cōsueuerit facere
non admittetur in testē,& ita intelligit hoc.c.M.prædictam
descriptionē criminis ponit tex.lxxxj.dist.c.j.secundū eum
pro defectu.§.de rescr.ad audientiā.*consimili* eius,qui eum in
testē producit secūdum Io.& Guil.Na.& dicit Guid.hoc pa
tere ex instrumēto ꝙ est falsum & litera.§.si ab alterutra ꝓ-
2 bat cōtrarium,per quā dic † ꝙ morbi similitudo repellet te-
stem,sine pro impugnāte,siue pro defendente deponat, nec
mirū quia omnis morbus etiam dissimilis repellit , iuxta di-
stinctionē.§.eo.testimonium,fortiùs similis vt hîc ex anima
quod tetigi.§.de iudi.causam quæ.ij.in fi.quæstionis *certum*

sit.i.notorium ꝙ nõ eget probatione.de fil.præsb.quoniam.
Host.*possint conuinci*.s.eo.super eo.*admittatur*.s.eo.c.ij.ibi sol-
uit Tanc.& Gof.Supple glo.in.j.gl.ibi recusari.sed an talis si-
militudo causę repellit testẽ,videtur Guil.velle ꝙ sic in Spe.
eo.tit.§.j.vers.item ꝙ habet.sed Host.hîc putat hoc absurdũ,
3 nisi esset solus vel vehementer suspectus,esset † enim absur-
dum,ꝙ vnus emptor nõ posset ferre alteri emptori testimo
nium,& dicit decr.intelligi de socio, & participe secundũ.l.
quoniam liberi.C.eo.to dicio teste,vt dixi in iudice in decr.
causam.in fi.vide quod no.xxxv.q.vj.c.ij.in gl.arg.quod No-
4 uella.Si quæris † autem vtrũ testis habens consimilẽ causam
causæ in qua producitur in testẽ admitti debeat,vel repelli,
distingue vt dixi.s.de iud.c.causam quæ.Henr.& vide Col-
lecta.de iudi.cùm causam.secundum Collectarium.

SVMMARIVM.

1 *Iudæum in christianum testis ne sit.*
Fauore fidei infidelem testem esse: hæretico tamen in hæreticum non credi.nume.3.
4 *Actibus extraiudicialibus infidelis an testis sit: & quid in iudiciarijs nume.5.*
6 *Iudæo Christianum testem refellere fas esse.& nu.7.*
8 *Iudæos ecclesiæ forum certis causis sortiri.*

CAP. XXI.

IVdæi siue. pars huius.de Iudæ.Iudæi
siue.& h.d.Christian⁹ cõ-
tra Iudæũ admittitur ponit dictũ,addit pœ
nam,subiũgit causam Nouella hanc intelligi
omni foro,quia hîc casus qui tãgit vniuersalẽ
honorem Ecclesiæ, facit cle.cùm Iudæi.eo.ti.facit quod no.
Inno.c.ꝙ super ijs.j.de voto.j.de indi.Iudæi.Mar. ¶ Expo-
ne literã aduersus Iudæos,quærit hîc Host.an Iudæus de cri
mine contra Christianum excipiat, quod videtur.de excep.
2 cùm inter.j.de vsuris.quia frustra dicit † posse distingui,an
id de quo excipit sit peccatũ vtraq; lege noui & veteris te-
stamẽti,& tunc admittitur:an.l.veteris testamẽti tantùm,&
tunc nõ admittitur,aut noui tantùm,& tunc etiam repella-
tur in pœnã sui erroris,vel dic ꝙ tunc secundũ eum admitti
tur cum secundũ.l.Romanam illos iudicare debeamus,& sic
secundũ illam excipere possint.C.de Iudæ.Iudæi. ne claudi-
cet iudicium,vt in.d.decre.cùm inter.nam & excõmunica-
tus excipit,vt ibi,*voluerunt* cũ effectu,de hoc.de eo qui mit.
in pos.c.j.*præferre* impetrabant qñq; Iudæi,vel sarraceni pri
uilegia principum,ꝙ per Christianos in ciuilibus,vel crimi
nalibus cõuinci non possent quibus si vtãtur priuanť Chri-
stianorũ conuersio,& principes non debent illa concedere,
vel cõcessa seruare,vt in cõcilio Vieñ.eo.ti.cùm Iudæi.*subia-
cere* tãquam seruus,& sic inducitur seruitus de iure canoni-
co, sicut & aliàs.xv.q.vlt.cùm multæ.secũdum Inno.&.j.de
Iudæ.ita quorũdam.Host. ¶ Supple in glo.j.in fi.&.j.eo.c.ij.
in glo.ij.in fi.iura ista probat Iudæos non persequendos.
¶ PRIMO quæritur,vtrũ infideles admittantur ad testi-
2 monium perhibendũ,distingue,aut quæris † vtrũ admittan
tur in causa fidei,& dic ꝙ sic,siue sint hæretici,vt patet.j.de
hæret.c.in fidei fauorẽ.lib.vj.licet Io.And.intelligat illã de-
cre.solùm vbi proceditur per viam inquisitionis,sed glo.in-
telligit eam gñaliter,patet etiam.eo.ti.c.accusatus.§.licet.lib.
vj.siue sint Iudæi sarraceni,vel pagani,vt patet.j.de hęret.c.
cõtra Christianos.lib.vj.Aut in alia causa,& tũc aut quæris
de infidelibus hæreticis,aut de infidelibus Iudæis,sarracenis
3 vel paganis:si de hæreticis † qui etiã infideles dicuntur,vt.j.
de hæret.c.j.tũc aut quæris secundũ canones, tunc dic ꝙ ta-
les cũ sint infames,vt.C.de sum.tri.l.j.& de hære.in auth.ga
zaros.& infames à testimonio repelluntur, vt.ff.de senato.l.
ij.&.j.eo.c.penul.& excõmunicati ipso iure, vt.j.de hæret.
c.excõmunicamus.j.&.ij.& sic non possunt esse testes,etiam
inter cohæreticos,vt hîc not.expressè Ioan.xxiiij.q.§ ijs au-
thoritatibus.glo.antepen.& Ioan.& Arch.ij.q.vij.c.si hære-
ticus.glo.j.in fi.imò iudex poterit ex officio eos repellere,ar.
ff.de postulan.l.quos prohibet.j.de excep.c.exceptionem.&
eo.ti.c.pia.§.fi.lib.vj.&.C.de tempo.appel.l.ij.& ꝙ iudex te-
stes criminosos ex officio repellere possit,not.Inno.& Host.
& Io.And.s.eo.ti.intimauit.idem Barth.Brix.& Arch.ij.q.
vij.quia ad officium iudicis spectat, ne aliquis iniustè graue
tur.ff.de offi.præsi.l.illicitas.j.respõso. sed is,cõtra quem ta-
les producuntur,grauatur ergo &c.si secundũ leges tunc di-
cit idem quod sequitur de alijs infidelibus , & vt legitur.C.
de hæret.l.quoniam multi. & in.d.c.si hæreticus.ij.q.vij. Si
quæris de infidelibus Iudæis sarracenis,vel paganis,qui non
sunt excõmunicati saltem quoad ecclesiam militantẽ , vt.ij.
4 q.j.multi.&.j.de diuort.gaudemus.tunc aut quæris † vtrum
possint testificari in vltimis volũtatibus , vel contractibus,
seu alijs extraiudicialibus , & dicit ꝙ sic.C.de hæreti.l.quo-
niam multi.in fi.& not.Laur.& Io.de Peru.di.j.multiplex.ad
fi.in glo.maximè &c.Aut in iudicijs , & tunc aut inter fide-
les inter quos est causa,& dic ꝙ tunc possunt testificari, etiã
super cõtractibus seu alijs actibus extraiudicialibus, in qui-
bus fuerunt testes,vt.ij.q.vij.non potest.&.c.pagani.&.xxiij.
q.iiij.ipsa pietas.s.eod.c.j.& hoc not.Mart.Si.& Cyn.in.d.l.
quoniam.quia tales sunt infames secundũ eos ibi. Aut inter
5 infideles † inter quos est causa,& tũc possunt,vt in.d.l.quo-
niam.ver.inter se autem.& in.d.c.si hæreticus. Aut inter fi-
delem & infidelem,inter quos est causa,& tunc possunt pro
parte fidelis,sed nõ pro parte infidelis,vt in.d.c.si hæreticus.
& hoc credo verũ licet Spe.hoc ti.§.j.ver.item ꝙ est Iudæus.
dicat ꝙ si catholicus agat cõtra infidelem,ꝙ nõ possit alium
infidelem producere in testẽ,quia testis deponit pro vtraq;
parte.xiiij.q.v.non sanæ.&.C.de epi.& cle.auth.sed iudex.se
cundũ Azo.& alios.sed cõtra Spe.facit id quod ipsemet di-
cit ibi.in vers.immediatè.sequẽti ꝙ orthodoxus potest huic
priuilegio renũciare , etiam tacitè, vt.C.de testib.l.si quia in
hoc.etiam ꝙ Spec.in.d.§.item ꝙ est Iudæus.ꝙ hæreticus po-
test deponere cõtra hæreticum,vel paganũ malè dicit,cũ sit
excõmunicatus,vt est dictũ secundũ Henr.dicã.in cle.j.j.e.
¶ SECVNDO quæritur,vtrum Iudæus possit repellere
Christianum in testem,cõtra ipsum productũ à testimonio
6 prætextu alicuius criminis,vel delicti,distingue aut † quęris
vtrum possit eum repellere à testimonio prętextu criminis,
quod est peccatũ secundũ vtrunq; testamentũ vetus & no-
uum,vt est simonia in sacramẽtis.j.q.j.ꝙ studet.&.c.cito tur-
pem.& not.Host.j.de simo.c.vlti.& vsura.j.de vsur.c.super
eo.& furtũ,& similia,& tũc dic ꝙ sic:aut prętextu criminis
quod est peccatũ secundum vnũ testamentũ,& tunc aut est
peccatũ secũdum vetus testamentũ, duntaxat vt comedere
carnes porcinas.xxviij.q.j.c.sæpe malorũ.c.cõsortia.&.c.seq.
vel arare cũ boue,& asino.s.de elect.c.cùm causam. & dic ꝙ
7 non. Aut est † peccatũ secũdum nouũ duntaxat,& tunc sic:
nã cum secundũ.l.Romanã ipsos Iudæos iudicare debeam⁹,
secundũ eandẽ possunt excipere,vt.C.de Iud.l.Iudæi.iudiciũ
enim claudicare nõ debet,vt.ff.de arb.l.si cũ dies.§.pen.&.j.
de excep.c.cùm inter priorẽ.secũdum Host.hoc idem.G.de
Montelau.extra eo.ti.c.j.super verbo aduersum.in cle.secũ-
8 dum Henr.dicam in cle.j.j.eo. Collecta.Abb.no.hîc † ꝙ Iu-
dæi sunt de foro ecclesiæ per.c.xvij.q.iiij.cõstituit.quod ve-
rũ credo,quo ad spiritualia aliàs nihil ad nos.secundũ Henr.
de cõsti.c.j.vel vbi turbant,vel iniuriantur ecclesiæ,vt in.c.
cõstituit.& dic ꝙ Iudæus potest excipere contra testẽ Chri-
stianum,& licet super hoc distinguat hîc Henr.hoc tamen
not.Ioã.And.iij.di.eo.ti.c.j.in cle.præsumat si de facto,quia
de iure admitti non debet , nisi contra Christianũ ad ritum
eorum transeuntẽ.de hæret. si contra. lib.vj.dicam.in.d.cle.

SVMMARIVM.

1 *Matrem,si de ætate filiæ quæratur, testem esse, certisq; alijs casibus: limito vt nume.7.*
2 *Patrem filio etiam militi testimonium dicere non posse & quatenus possit nu.4.Id tamen fratri denegatum non esse.nu.3.*
5 *Suspicione cessante,parentum testimonium admitti, inæqualitate tamen eos suspectos censeri.numero.6.*

8 *Probationes causa conditione regulari.*

¶ CAP. XXII.

SVper eo.ii. Casus. Testimoniũ matris est suspectũ, vbi filia petit aliquẽ in virũ se maiorẽ. Secũdo dicitur ꝙ ad dictũ solius matris matrimoniũ impedit, sed cõtractũ nõ dissolui, & partes duæ patẽt, secũda ibi *super illa*, & quęlibet subdiuidit qđ per se patet. ¶ Expone literã, *affidasse*. per verba de pręsenti. idẽ tamẽ quoad spõsalia, secũdum Hosti. nõ videtu hoc: quia contrahens sponsalia cogit cõtrahere de p̃senti. c. ex literis. j̃. de spõ. ideò cõtra, credo Marti. nec credo testimoniũ ita suspectum in sponsalib⁹, sicut in matrimonio, *altera mulier* de hac nõ videt respõdere, sed dic ꝙ admittit. xv. q. iij. ex eo. ff. eo. ex eo. ad hoc. j̃. de præsumpt. nõne. nisi ex nimia familiaritate, vel vtilitate, vel aliter sit suspecta. j̃. eo. in literis. Hosti. *videtur*. j̃. de p̃sumpt. afferte. *nobilitate* generis de qua. j̃. de p̃ben. c. penulti. & qđ dicit potẽtia intellige amicorũ qđ dicit honore, vt quia iudex, Baliuus, doctor, vel consiliarius principis, vel magistratui iuri, vel honore: ergo sufficiat altera: tamen hîc ponat disiuncta quæ in alijs intelligit repetita. j̃. de appel. secũdò requiris. Facit qđ legit, & notat, de disiunctiua cle. sæpe. de verbo. signi. vbi intelligit repetitio disiunctionis in omnib⁹ &c. Martinus. Si verò alter excedit in vno, & exceditur in alio, vt puta mulier nobilis, & pauperrima, vir plebeius, & ditissimus, hîc iudex arbitrabit, an testimoniũ matris sit suspectũ, & inspiciet cõsuetudinẽ regionis, & de hoc in Specu. de teste. § j. in fi. primæ col. *sola mater*. hîc est casus cõuersus ad superiora: qa hîc mater stabat pro matrimonio ibi cõtra, secundũ Hosti. vide rationẽ, & quid circa hoc dicẽdum est in. c. super eo. j̃. de eo qui cogno. cõsang. vxoris suæ, vbi soluit contrariũ de. c. si duo. xxxv. q. vj. & ibi vide in glos. Marti. *præsumptio*. ex hoc fac regulã ꝙ semp ad præsumptionẽ nõ modicã, potest cõtrahendum matrimoniũ impediri. Martiñ. non tñ ꝓbatio, & sic propter solã p̃sumptionẽ impedit m̃rimoniũ, *siue plurium* hæc cõmunis litera, aliâs simplici iuramẽto. Hosti. ¶ Quæritur vtrũ parẽtes, vel consanguinei admittãtur in testes, in causa matrimoniali. Distingue, vt dicã. j̃. qui matrimoniũ accusare possunt. c. videt. se-
a cũdum Henri. ¶ Collec. si quærerẽt † de ætate mater admittitur in testimonio ꝙ nititur secũdum Azoñ. quãtũ ad præsumptionẽ. ff. de ꝓba. etiã. qđ verũ est. vbi petit in integrum stitutio, sed sup matrimonio admittit secũdum Henri. hîc in summa. § vlti. hoc etiã not. per Ioã. iij. q. iij. ver. item testis. sic debet intelligi qđ notat in Specu. eo. tit. in prin. vbi nota indistinctè ꝙ mater admittit ad ꝓbandum ætatẽ, sed quid si mulier sit nobilior, sed est pauper, vir est diues & ignobilis, dic ꝙ hîc arbitrabit bonus iudex Dic secũdum Specu. ꝙ
1 pater nõ potest esse testis in causa filij, vel econtra nisi filius testator sit miles, vel in castrẽsi peculio. ff. de testa. qui testa-
2 mẽto. § per cõtrariũ. Gof. tamẽ † ibi notat ꝙ nullo casu pater potest esse testis in causa filij. idẽ notat Cyn. secũdum Petrũ in. l. parẽtes. C. eo. tit. de p̃re & de m̃re, nec obstat dictua § per cõtrariũ. vbi habet, ꝙ pater esse testia in testamẽto filij: quia propter hoc nõ cauet ꝙ possit esse testis in causa filij, sed hæredũ ipsius, & si hęres esset de suis etiã non posset esse testis secundũ ipsos, nec faciũt differentiã vtrũ filius sit emãcipatus, vel nõ ꝓpter affectionẽ paternã, q̃ vinci nõ potest. Itẽ notat Cyn. in. d. l. parẽtes. ꝙ si frater admittat pro fratre non facit, nisi aliqualẽ p̃sumptionẽ. Item ꝙ si rex vel dñi alicuius loci habẽt causam, ꝙ homines illius loci poterit in testes ꝓducere, vt not. in. l. eos. nisi sint aliâs subditi ratione dñicæ, vel patrię potestatis, qđ dic, vt. j̃. eo. in nr̃a. Dicendũ
3 † tñ ꝙ frater admittit pro fratre, in causa ciuili, cũ nõ ꝓhibeat nisi habeãt omnia bona pro indiuiso. In causa vero criminali, admittũtur collaterales nolẽtes inter se. not. iij. q. v. c. j. hęc in Specu. vbi. s̃. hoc etiã videt ꝓbari, ꝙ ex quo pater & mater sunt suspecti in causa filiorũ ꝙ de alijs collateralib⁹ sit secus. Sed nũquid si agat de causis spũalib⁹, pater in causa filij poterit esse testis, videt ꝙ sic, de iudi. si annũ. in fine. qđ est verũ sequẽdo opinionẽ Specu. sed secũdũ alios secus pro quib⁹ facit, qđ hîc legit & notat: quia nõ deest affectio, vidatur tñ ꝙ pater possit esse testis in causa filij, & qlibet in causa sua, qđ dicit in euangelio duorũ testimoniũ verũ est, quare testimoniũ meũ & p̃ris mei nõ accipitis. & legit. ij. q. iiij.
4 in prin. Sed nõ obstat, quia † loquũtur in his q̃ sunt iuris naturalis, vbi ignorãs ignorabit. j. q. iiij. in fine. & da his q̃ spectant ad salutẽ, vbi sufficit leuis ꝓbatio, vt not. j̃. c. ꝓximo.
5 & c. nuper. ¶ Supple glossas, in glos. j. ibi *excellentia* † admittũtur, qa tũc cessat suspicio, & idem si parẽtes ipsi essent valde honesti, secũdum Tan. vnde dicit Hosti. Quicquid scribatur hoc esse arbitrariũ. ff. eo l. iij. j̃. eo. p̃tereà. & c. in nr̃a. & hoc cõmuniter approbat Marti. Possent enim esse circũstantiæ ꝓpter quas iudicaret testimoniũ suspectũ, puta nobilis multũ diligebat plebeiã valde formosam, quã habere nõ poterat, nisi cũ illa cõtraheret, & parẽtes aliâs sunt hone-
6 sti, cessantib⁹ † verò circũstantijs inæqualitas facit testimoniũ parentũ suspectũ, aliâs facile ꝓbaret plebeia se despõsatam per regẽ, vel plebeius se despõsasse reginã, & idem dicit ipse Hosti. de cõsan. in summa huius tit. § ij. ver. vbi autẽ vbi videas secundũ Nouellã. ¶ Nota primo ꝙ affectionis suspicio, repellit à testimonio, illũ qui aliâs esset idoneus, vt hîc ex prin. glo. colligit, & fortius à iudicãdo repelleret, cũ plures iudices reperiãtur, quàm testes, vt patet ex his q̃ legũtur
7 & notant, de offi. deleg. cũ R. canonicus. Scdo nota ꝙ † adeò pręsumit, mater diligere incrementũ, & honorẽ filiæ ꝙ contra eam orit, de iure grauis suspicio, ꝙ vellet ꝓpter eam deierare, licet enim de quolibet nõ debeam⁹ p̃sumere, nisi bonum. de pręsumpt. c. si. tñ dum agitur de pręiudicio alterius pręcaueri debet qđ euenire potest, de seruis nõ ordinãdis. c.
8 j. & quod scripsit Cardi. de elect. si forte. lib. vj. Tertio † nota ꝙ quãto casus leuior vel grauior, aut minus vel magis periculosus existit, tãto leuiores ꝓbationes sufficiũt, aut fortiores reqrũtur: impedire enim matrimoniũ cõtrahi leuius est, & ideò ibi solius m̃ris testimoniũ est sufficiẽs, sed dissoluere matrimoniũ cõsummatũ, grauius & periculosius est, & ideò plurium testimonia sunt necessaria. arg. s̃. de iureiur. quẽadmodum. & j̃. de elect. vbi maius. in prin. lib. vj.

SVMMARIVM

1 *Romani pontificis in c. licet vniuersis. mens. huiusq; sensus.*
2 *Testes promouẽdo agẽti in rebus, deponenti, apocha, obligandoq; viri rustico quot necessarij sint. & numero. j.*
4 *Testes duos iure pontifi io sufficere.*
5 *Sumptum testi ante, quàm veniat, præstandũ, & quem. nu. 6.*
7 *Testamentarios testes, quibus legatũ est, mutuò sibi testimoniũ dicere.*

CAP. XXIII.



LIcet vniuersis. Casus. Iudęus nil potest ꝓbare minus, quàm per duos testes fideles, & honestos. Nouel. & ita not. ecclesiam se intromittere de causis ventilãdis in foro seculari etiã inter iudæos & laicos, vbi videlicet honor fidei tangitur, & ita ꝓbatur hîc ꝓpter verbũ maximè, & melius cle. j. j̃. eo. & est hoc notabile fundamẽtũ. facit. c. Iudęi. s̃. eo. Martinus. & facit quatuor p̃mittit causam dicti, ponit dictũ ibi *minus* qđ probat authoritate ibi *iusta*. Solu. obstaculus ibi, *quia licet*. & erat olim in secũda cõpilatione de foro cõpetenti. ¶ Expone literã, *inimico*, id est iudæo. j̃. de iudęis. cũ sit. *finem*. q. ꝙ ad dictũ vnius pro ipso diffiniat causa *dominicũ*. Matthęi. xviij. *quia liceret*, diceret aliquis illa authoritas de duob⁹ testibus nõ iuuat, quia in multis causis requirũtur plures. *Respõdit legitimo*, aliâs, quia persona valde fide digna. j̃. eo. licet Nouella. Sed dic mihi vnũ quod nullus hîc tangit, an hæc decretalis inducat aliquam specialitatem cõtra iudæos, ꝙ videlicet nullo casu deferat Iudęo iuramentũ, seu ꝙ emẽdati de criminib⁹, imò infames, & criminosi, in casib⁹ pro Iudęo nunquã recipiãtur, sicut pro Christiano. Certè non credo, imò
1 credo, ꝓ de † mente textus huius est solum hoc ꝙ nõ admit

tatur ꝓbatio leuior pro Iudæo quàm pro Chriſtiano,vt ſic
nõ inducat ſed tollat ſpecialicatẽ,& cũ dicit litera ꝙ nõ ſuf-
ficit Iudæo,niſi ꝓbet per duos fideles teſtes ꝓbatæ fidei dic
ꝙ idem eſt in Chriſtiano,hoc enim ponit regulã quę tamẽ
plurib⁹ caſib⁹ fallit,ſed fallentię ita habẽt locũ in Iudęis ſi-
cut in Chriſtianis,aliter dicere eſſet minus durum,& cõtra
mentẽ literæ Marti. ¶ Supple gloſſas.In gloſ.j.*in fine*.de hoc
ſ.de elect.cũ in cunctis.in gloſ.ij.*in fine*.de hoc in Specu.eo.
tit.§.j.ver.item ꝙ eſt Iudæus.in gloſ.iij.ibi cũ quidã.& xxvj.
diſt.c.j.& ibi *& puberes*.& mares.inſtit.de teſta.§.poſſunt.&
ibi *vt in caſu* dicit hîc Hoſti.ꝙ.c.ſtatutũ.alleg.loquiť de ſuſpe
ctis,vt dicit Gratianus in.§.ibi ſeq.vel loquitur de rigore iu
ris,q ſeruãdus nõ eſt,*& in fine*.de hoc in ſumma ipſius quæ-
ſtionis,&.ĩ.de regu.iur.pluralis.lib.vj.& in Specu.§.quàm.al
lega.in fine glo.in gloſ.vltima. *& in fine*. idem not.ſ.eo.ve-
niens.lxxxj.diſt.tãta.xxx.caſus quib⁹ vni crediť.vide in Spe.
eo.tit.§.reſtat.de numero.ver.hoc tamẽ.fallit quorũ.xiij.no-
tat hic Hoſti.& Petr.xviij.¶ Collec.adde ad gloſ.quoſdam
2 alios caſus ſecũdum Henri.in ſumma.eo.tit.§.ij.ſcilicet † cũ
quis inter agẽtes in reb⁹ eſt promouẽdus requirũtur.xv.te-
ſtes.C.de proxi.ſacro.ſcri.l.vnicuique.lib.xij.idem in Specu.
priuil.xij.de fide.inſtru.accepim⁹.Item ſi quis vult cautè de-
ponere faciet ſubſcriptionẽ triũ teſtiũ.in authẽ.de inſtru.
3 cau.§.ſi qs ergo.col.v.Item † quinque reqruntur in cõfeſsione
creditoris,dicẽtis pecuniã ſibi eſſe ſolutã,& debẽt eſſe roga
ri,vt in teſtamento.C.eo.tit.authẽ rogati.& eſt ſpeciale ibi,
& in teſtamẽto ꝙ ſint rogati,aliàs valẽt nõ rogati,ſecũdum
Cyn.ibi,idẽ in matrimonio.not.iij.q.ix.teſtes.& vide quan
tum ad hoc q̃ colligũtur de ſpon.ex parte.& q̃ not.Ioã.And.
de regu.iur.pluralis.& qd not.ij.q.vj.in prin. Itẽ vbi ille qui
ſe obligat eſt imperitus,vel extra ciuitatẽ,vel cauſa excedat
librã auri,vt ſi fiat in ſcriptis his caſib⁹.v.reqruntur in authẽ.
4 de fide inſtru.§.ſed duo.† ſufficiũt de iure canonico ſecũdũ
Henri.de fide inſtr.§.qs ſit effectus.in fine.nec obſtat.c.pſul.
ij.q.iiij.quia ſecũdũ Archid.loquiť de his q̃ ordinatus à Pa-
pa cõmiſit poſt priuil.vel ſecũdũ qd not.Henri.de teſta.&
hoc locũ habet cũ duo vel tres teſtes ꝓducti ſunt ſuſpecti:
quia aliàs ſufficerẽt duo,vt not.ibi.§.qualiter.in fine.vel loq-
tur de Cardi.ſecũdũ eum,& ꝙ ſufficiãt duo,faciũt q̃ colligũ
tur de teſta.cũ eſſes.licet Inno.aliud ſentiat.de cõfir.c.ſi.vni
us.li.addit ad gloſ.quoſdam alios caſus,vbi ſufficit vnus te-
ſtis.ſ.correctionẽ animæ.ij.q.j.ſi peccauerit.melius in.c.mul
ti.eo.c.&.q.ſup verbo ſeculari.& breuiter hîc intelligũtur,
vbi modicũ fit p̃iudiciũ,vt not.Ioã.vbi.ſ.&.lxxxvj.diſt.tan
ta.& vide.ĩ.eo.nup.& qd locũ habet in foro ſeculari, quòd
veriſimilius eſt:quia nõ reperitur correctũ hoc priuilegiũ.
5 Sed nũquid † ſumptus ſunt miniſtrãdi teſti.ſtatim antequã
exeat domũ ſuã.P.dicit quòd ſic.hæc Cyn.C.e.tit.l.quoniã.
hoc ꝓbať de reſcript.ſtatutũ.ad finẽ.& nota ibi p Ioã.And.
6 ſed quos ſumptus debet habere teſtis,dic † ꝙ illos quos do
mi feciſſet,niſi ſint tales quos domi exiſtẽtes ſumptus lucra
ti fuiſſent.ff.ad exhiben.l.ſed ſi hæreditas.hæc Cyn.in.d.l.
quoniã.hãc ſentẽtiã veram credo , per ea quæ colliguntur de
dolo.finem.de vita & honeſta.cleri.cum ab omni.licet Ioã.
Andr.in.d.c.cõtrariũ not.videatur.¶ Quid ſi teſtator legat
7 aliquid † omnib⁹ teſtib⁹ inſcriptis teſtamento,cõmuniter
Azo not.ꝙ fieri poteſt.arg.inſti.de teſta.§.legatarius.& qui-
libet erit teſtis pro alio,licet nõ pro ſua parte:vnde.vij.ꝓba
bũ de.viij.& ſic de ſingulis.hoc in Specu.de inſtru.ædi.§.re-
ſtat.circa finẽ.vbi ſubdit ꝙ ſi de parte legatarij ſeu ipſo lega
to ſit quęſtio inter ipſum & hęredẽ nõ erit teſtis.ſecus ſi in-
ter ipſum & extraneũ. inſtit.de leg.§.legatarius.vt dictũ eſt
ſupra in.c.ſubiecta.

¶ Quęritur quę fuit ratio dubitãdi & decidendi in hac de-
cret.ratio dubitãdi potuit eſſe,quia qualiter agãt Iudæi in-
ter ſe cauſas ſuas,nõ videbatur curãdum,quia nil ad nos de
his,quæ foris ſunt.Et quia q̃ſtione vertẽte inter Iudæum &
Chriſtianũ,videbať fauẽdũ Chriſtiano,vt pauciores teſtes
ſibi ſufficerẽt.Ratio decidendi eſt,quia vniformis eſt ratio
ſemper,& quia textus ſacræ ſcripturæ vniformiter omnes
arctat,licet enim fuerit illud verbũ dominicũ,in ore duorũ
vel triũ &c.vt Matthęi.xviij.tamẽ in.l.antiqua ſcriptũ erat,
vt ibi diciť,& ſic Iudæos & Chriſtianos vniformiter cõple-
ctitur,ſaluis his q̃ ſcripſi.ſ.eo.Iudęi.& q̃ dicã in clemẽ.ij.eo.
& quę dixi.ſ.eo.c.in expoſitione ſuper verbo legitimo.

SVMMARIVM

1 *Vxorem domeſticam eſſe: & an teſtis eſſe poßit: & quid in familia-*
ri vniuerſitatis. numero.2.
3 *Familiares propriè qui ſint: & an teſtimonium dicere poßint.nu.10.*
& quotuplices ſint.numero.11.
5 *Teſtem familiaritatis reijciendum,an domeſticum eſſe oporteat: &*
quid ſi deſijt eſſe familiaris dolo vel bona fide.nu.7. & quid ſi re-
dijt.numero.8.
6 *Domeſtica à domeſticis probari poſſe.*
9 *Cognati mutuóne teſtes eſſe poßint,remißiuè.*
12 *Productio an ſolenniter facta præſumatur.*

¶ CAP. XXIIII.



IN literis. Caſus.Non ſunt idonei te-
ſtes quos actor de familia
ſua ꝓducit,& eſt cõmunis diuiſio.ij.ibi re-
ſpõdemus.¶ Expone literã *legitime*,quia pa-
lam,& in facie eccleſiæ,& ideo præſumitur
contra ipſum.ĩ.qui matri.accu.poſ.cũ in tua.quare requiriť
clara ꝓbatio & nõ ſuſpecta.ĩ.de re iudi.lator.Hoſt.per *ſeptẽ-*
niũ,maximè,ſed propter hoc magis præſumiť cõtra ipſum.
arg.de.frigi.c.j.*antequã*,id eſt quia ſi poſt affinitas ſupueniẽs
nõ diſſoluet matrimoniũ.ĩ.de eo qui cog.cõſan. diſcretio-
nem.&.c.penul.& vlti.*ad quid* ſi copulã, & affinitatẽ prędi-
ctam pro illorũ,ſcilicet familiariũ ſuſpectorum. Vnde dicit
Inno.ꝙ licet familiaris nõ ſerui,nec in poteſtate pr̃na cõſti-
tuti,poſsint licitè reddere teſtimoniũ,tñ iudex diligẽter at-
tẽdet honeſtatẽ perſonarũ,vt niſi honeſtę ſint,nullaten⁹ eis
credať,vt hîc &.ſ.de ꝓba.licet *contra ipſos*, ipſorũ coniugiũ,
quia pro parte viri deponũt *aliquos* etiã nõ familiares Inno.
stius & melius est q ipso absoluto ab instãtia primæ inquisi-
tionis aliã incipiat de nouo:super quo vide Nouel.j.de pur.
cano.cũ dilectus.in gl.forsan alterius,vel illi purgationi prę-
iudicat de quo remittit.de coha.cle.tua.ad fi. super quo vide
Arch.in.d.c.motũ.& .iiij.q.iiij.§.item in criminali.& Bern.
s.e.per tuas.§.ratio diuersitatis.quia in primus casibus nõ ti-
metur de subornatione cũ nullus alius sit ibi pars nisi fama
vel iudex sed in alio secus secundũ Inno.hic & Gof.in sum-
ma de accu.§.videamus.& Arch.in.c.notũ.& .§.in criminali.
alle.¶ Secũdò opponitur,nam licet alij testes de nouo pro-
duci possent tñ q super eodẽ articulo post publicationẽ pos
sint quidẽ testes produci satis videf mirabile qa ibi de varia-
tione & subornatione multũ timẽdũ est.Ad hoc rñdet In-
no.vt in auth.de testib.§.si verò.dicens q post aperturam nõ
licet aliquos producere vt mutẽt quod dictũ est ,vel addãt vt
in.d.§.si verò.plus dixi q nec etiam cũ nihil dixerũt nam tũc
nõ possunt iterũ produci quia tũc est ibi patẽs suspicio sub-
6 ornationis dixi tñ,q † secus est cũ testes obscure deponunt;
quia tunc possunt iterũ produci deponi vt se declararent nam
obscurè rñdere nõ per oĩa idem est quod non rñdere & nõ
est cautus timor subornationis,plus dicit Inno.q licet prio-
7 rum testiũ † dicta etiã post publicationẽ per testes alios cõ-
probare verbigratia per testes duos me emisse à tali die, tali
alius probat me eadẽ die ibi nõ fuisse possum,tunc etiã post
publicatas attestationes alios testes producere ad confirmã-
dum priorũ dicta.s.q eadẽ die fuit præsens.& eum arg.d.§.si
verò & .s.eo.ex tenore.& eorũ quæ ibi scripsi post Inn.per
quæ habes moderare hoc dictũ:caue tñ qa vt dicit Inno.nec
etiã ad confirmandũ priorũ testium dicta semp quis admit-
8 tendus est nam † cũ habuit dilationes ad testes producẽdos
nõ est danda alia dilatio,nisi cũ causæ cognitione,vt no.s.e.
in causis.tñ in casu pręsenti satis videf sibi subueniendũ esse
& suo sacramẽto credi.s.q hoc malitiosè nõ credit, probabi
liter enim credere potuit q sufficerẽt ei duo testes ad probã
dum contrariũ:sed superuenientibus probationibus aduer-
sarij cognoscit contrarium : subdit etiam Inno.q scilicet de
9 testibus primo productis aliqui † deposuerunt obscurè , ali-
qui minus obscurè,intelligo.i.nõ obscurè sed clarè , tunc li-
cet qui obscurè dixerũt essent interrogãdi super expositio-
ne dictorũ suorum, tamen alij non essent admittẽdi nisi si-
cut dictũ est ad confirmandum prædictorũ testium dicta,
refert tamen Inn.alios dicere ipsos testes repetendos etiam
10 ad deferendum quæ † obscurè dixerunt, videlicet cum adeò

obscurè dixerũt, quod nullum habet intellectum: nam si di-
uersimodè potest intelligi tunc si dictum testis ex consuetu
dine recipit aliquam interpretationem illam habebit: vt. ff.
de leg. iij. l. nominis. & ff. de legi. l. nuncijs. & l. sed si de inter-
pretatione. & s. de consuet. cùm dilectus. Alioqnin in beni-
gniorẽ partem interpretabitur. argu. j. de spon. iuuenis. & j.
de verb. signi. Abbate. ver. huiusmodi autẽ sensus. Alias ver-
borũ significationi stabitur. ff. de leg. iij. l. nõ aliter. vel cõtra
producentẽ interpretandum est: vt. s. de prob. in præsentia.
secundum Inno. quod prius dictum est plus placet Host. l. q
dictum suum debeat declarare. Præterea dicit Host. q iudex
inquirẽs ex prædictis omnibus debet esse instructus q prius
examinet dicta testium quàm illa publicet, & si videat non
probatũ vel per tales probatum q suspicet posse repelli nõ
publicet si alios speret habere posse. Henr. ex prædictis vnã
longuã distinct. formans in fi. subdit q id quod dictũ est vi-
delicet q si testes cõfusè, & obscurè depoοant quia iterũ de-
11 beant ex officio iudicis examinari † nedum habet locum in
causa inquisitionis vt hîc sed in alijs causis seu iudicijs ordi
nandis. j. ti. j. c. præterea. secũdum Gof. & Vin. hoc idem Ar-
chi. xxxv. q. ix. c. fi. licet Ber. & Inno. hoc cõtra innuant, & di-
cit etiam Henr. q licet post quæstionẽ nulla admittatur ex-
ceptio vel allegatio iuris, vel facti vel instrumẽtum, vt. C. de
compen. l. fi. & arg. s. eo. de testib. de procu. auditis. s. de causa
pos. & propri. pastoralis. j. de fide instr. cùm dilectus. Hoc ta-
men fallit vbi ex officio suo aliquid inquirit vel interrogat:
12 nam † iudex qui cuncta debet vsq; ad sentẽtiam rimari po-
test etiam postquàm est in causa cõclusum de facto interro-
gare quoties aliqd dubitationis occurrit: vt. j. de fide instru.
c. cùm Ioannes. in fi. & hic. & xxx. q vlt. iudicantem. s. de offi.
dele. c. super quæstionũ § intẽtionis. & vbicunq; eum æqui-
tas mouit. ff. de inter. act. l. vbicunq;. ita no. Spe. tit. de posit. §.
iiij. & ti. de renunc. in prin. ver. & scias. & pro hoc bene facit
glo. Io. And. extra de verb. sign. c. sæpe contingit. super verbo
interrogabit in cle. subdit etiam Henr. q si testes in suis de-
13 positionibus non sunt obscurè testificati † etiamnõ debent
reexaminari vt hîc à contrario sensu, & nota etiam q mini-
strans testes iudici inquisitione licet protestetur se non face
re partem: debet nihilominus cõdemnari in expensas si ille,
cõtra quem inquiritur, absoluatur, qui dicit vt plenè not. G.
de Montelaud. extra de verb. sig. c. vlt. glo. vlt. in cle. Collect.
præmittens not. Archi. ij. q. j. notum. & iij. q. iiij. placuit. sub-
dit se credere q etiam vbi ordinariè proceditur iudex licet
non ad instantiam partis ex officio tamen testẽ confusè de-
ponentem potest interrogare, vt se declaret secundum Ar-
chid. xxxv. q. ix. genere. & in. d. c. placuit. & Inno. de accusat.
cùm dilecti. nam cum ex officio proceditur nõ est dubium:
14 quia & noui prodoci possent. Itẽ subdit q impetrator † in-
quisitionis vel denũciationis admittitur in testem in causa
inquisitionis vel denunciationis dummodo eam non fuerit
prosecutus sic intelligens de simonia. licet cum crimẽ § cùm
igitur. secundum Spe. de teste § j. ver. sed pone. sed magis pla-
cet sibi q non admittantur quia quodam modo partem fa-
ciunt. arg. no. s. de dolo. cùm dilecti. in fi. & collectorum per
eum. eo. ti. finem. Rursus ad id quod hîc not. Inno. de confir.
testium. remittit. s. eo. fraternitatis. & subdit q Philip. iij. q.
iiij. de inducijs dicunt hoc intelligendum, scilicet q publica
tis attestationibus si primi testes reprobantur, admittantur
alij testes ad confirmandum dicta eorũ videlicet ad aliquas
præsumptiones inducendum tamẽ non videtur secundum
eos q admittantur ad probandum idem vel directò cõtra-
rium: quia sic indirectè haberet producens id, quod si ibi di
rectè prohibetur contra iura. j. de reg. iur. c. cunctis. lib. vj. &
dixi Collec. hoc rationabiliter esse dictum. Aduerte aut vo-
15 lo probare articulum separatũ licet inclusum vtputa † pro-
duxi testes ad probãdum me emisse Parisijs tali die tu pro-
bas quod illa die eram Auinione, post publicatas attestatio-
nes, & ideò ego volo probare q imo illa die ego fui Parisijs
certè tunc videtur multum æqua opi. Inno. arg. eorum quæ
leg. & not. s. eo. cùm causa. quia non potui præuidere hunc
casum, & ideò si ad hoc testes non produxi mihi imputari
non debet: sed succurri argu. j. de except. c. pastoralis. in fi. &
idem fortius si volo probare articulum omnino non inclu-
sum: vt puta q die præcedenti eram Paris. ad inferendum q
impossibile erat me fuisse Auinioñ. dicta die. arg. d. c. frater-
nitatis. à contrario. Aut volo probare eundem articulum
puta me emisse Parisijs illa die & tunc ego non possum per
rationem Collectarij, & facit quia aduersarius non admitte
retur ad probandum articulum directè contrarium & tamẽ
debet seruari æqualitas. s. de mut. petitio. c. j. & ij. ¶ Supple
glo. in glo. ij. ibi, *veteribus*. & j. de reg. iur. contra eum. lib. vj.
& ibi, *si quis intentione*. Item in actore in principio causæ de
quo no. de rest. spol. cùm accedens. in glo. ij.

SUMMARIUM.

1 *Iudicem alia, quàm testis, forma reijci.*
2 *Instrumentarium testem, ac iudiciarium refelli.*
3 *Scælestum testem aut accusatorem non esse. & nume. 24. ab electione tamen non prohiberi & quæ sit differentiæ ratio & crimẽ in teste quo tempore spectetur. nu. 9. & 10.*
4 *Spoliato crimen non obesse.*
5 *Testem productum, licet eo vsum non sit refelli & quid si pro vtroq; litigatorum dicat, & rursus producatur. nu. 6.*
7 *Productum non refutatum, si rursus producatur, an refellere liceat.*
8 *Crimen, delictum, peccatum mutuò differre: & quid crimen nu. 42.*
11 *Obiecta in testem, si notoria non sint, in diem reijci, declaro, vt nu. 15.*
12 *Testi scælestum se esse dicenti fides an danda sit.*
13 *Testem qualem esse oporteat.*
14 *Caussas ciuiles, & criminales dissidere, & quomodo id deprædendi possit.*
16 *Regula, cui damus actionem &c. quando locus sit.*
17 *Mortuo testi crimen obtrudi.*
18 *Periurij reos quos dicere possimus.*
19 *Iureiurando legitimo contraeuntem, & infamen esse & testem esse non posse: licet in illicito aliud sit.*
20 *Periurum testem à participe criminis non refelli.*
21 *Purgantem satisfactione procuratoris moram peierasse, non videri & ita testem admitti, aliàs secus.*
22 *Calumniantem talione obstringi.*
23 *Confessionem, probationesque reliquas æquiparari.*
24 *Testem emendatum repelli & quomodo accipi debeat. Declaro vt nume. 27. & 34.*
25 *Obiecta in testes, eorumque dicta diuersorum esse effectuum.*
26 *Periurium, & falsitatem etiam publicato testi obijci.*
28 *Testis contra formam receptus, si falsa dixerit, plectendus an sit.*
29 *Testem criminis obiecti confessum, an conuictum satis an sit.*
30 *Testem, siue de publico, siue de priuato iudicio quæratur, qua infamiæ specie refellimus. & quo modo procedat ad finem numeri.*
31 *Relegatum restitutum testem esse: extendo ad infamen. nu. 50. & excludere testem quid sit. nu. 32.*
33 *Cessante caussa, effectum non semper cessare.*
35 *Emendatio qualiter, & fieri, per quos, & à quibus probari debeat. nu. 40. & 46. & cuius commodi sit. nu. 59.*
36 *Iusiurandum quotuplex, & membri cuiuslibet definitio.*
37 *Falsò iurantem, vel legitimo sacramento contraeuntem, quantuncumque pœniteat, refelli: restitutum tamen, vel illicitum non seruantem admitti. nu. 38.*
39 *Temere iurantem non, nisi pœniteat, admitti & quid in dubio.*
41 *Externa pœnitentiæ satisfactio per quos probetur & nu. 60.*
43 *Criminosum testem refelli, quo modo accipiatur.*
44 *Metu delinquentẽ continuata voluntate in omni caussa testem refelli: pœnitentem tamen omni modo, nisi sit infamis, admitti. nu. 45.*
47 *Arg. præteriti temporis ad præsens præsumptiuè in scælesto cessare.*
48 *Infamen restituere qui possint: & quã huius rei episcopo ius sit. nu. 49.*
51 *Infamiam iuris canonicam pœnitentia tolli: in ciuili aliud esse.*
52 *Infamis facto ipso, & hominum opinione testis admitti, vel reijci quibus casibus possit, & quid sit infamia facti, & quis eius effectus. numero. 53.*
54 *Deierans omnis an infamis sit, & ita refelli possit.*

Cardinales,

55 *Cardinales, qui metu Barptholomaeum Barensem antipapam elegerũt an vt infames reijci à testimonio possint.*
56 *Spurij, & contumaces & impuberes an testes esse possint.*
57 *Iuramenti, & falsitatis definitiones à contrarijs causis.*
58 *Inhabilem testimonio à Romano pontifice habilitari omnimodo posse.*

¶ CAP. LIII.

Testimonium. casus. Perseuerãs in crimine à testimonio repellitur emẽdatus vero nõ infamis admittitur in ciuili & criminali mota ciuiliter, fallit in periuro in criminali autẽ repellitur: Abb. dicebat ꝙ tres casus ponit quibus in ciuili & quatuor quibus in criminali testis repellitur primus ibi *si in ipso* secũdus ibi *infamis*, tertius ibi *periurij*, qui cõmunis est ad ciuilem & criminalem: Alij vero patent ex litera & dicam. j. super ver. si vero. hæc decr. habet duas partes, prima tractat de pseuerañ. in crimine: secunda de emẽdato ibi *si veri* & illa subdiuiditur quia primo tractat de emẽdato producto in causa ciuili vel in criminali mota ciuiliter: secũda tractat de producto in criminali mota criminaliter ibi, l. criminali. ¶ Ex-
1 pone literã testimonium ferendũ vel iam latum † habita distinctione vtrũ exceptio fuerit priùs proposita. & admissa, vel protestata, & reseruata. s. eo. ex parte. & c. pręsentium. secus tamen in iudice de hoc. iij. q. vij. in summa. xxiij. q. j. § ijs actibus. & per Inno. de rescri. scilcitatus. & c. super literis. & de offi. dele. cùm super. & per alios. j. de cle. exc. ministrãte si celebrat. & ibi per Pan. nec mirũ quia contra iudicem aggrauantẽ datur remedium appellationis ꝙ non datur cõtra testem deponentẽ: de teste autem scripto in contractu habes
2 in Spe. de teste. § sæpe. ver. sed nunquid. ꝙ contra † ipsum dici potest sicut contra productum in iudicio. arg. ff. de testib. l. ício. vbi infamis repellitur à testimonio in testamento ad idem. C. qui in pig. pot. habe. l. scripturas. ibi probatæ, ac integræ opinionis & c. cuius modi nõ est criminosus, sed contra hoc. C. de hæret. l. quoniam. dixit Pau. ꝙ infamis in testamento non potest esse testis nec etiam in contractu. s. in casibus in quibus oportet ꝙ sit integer status: sed aliâs nõ prohibetur potissimè, parte tacẽte: sed si post producatur in iudicio obstabit ei exceptio criminis secũdum formã huius ca-
3 pituli, facit quod no. C. de testa. l. j. canonicus † autẽ ecclesiæ collegiatæ, licet repellatur à testimonio, & ordinibus nõ tamen ab eligẽdo quia in hoc suum officium exequitur: sed si capitulũ faceret illum electorẽ vel scrutatorem posset repelli: quia nõ est fide dignus. s. de elect. quia propter. secundum Vinc. & ibi de hoc scripsi super verbo fide digni: & est ratio diuersitatis: quia eligendo pro se nulli paratur præiudicium ideo talis actus nõ prohibetur criminoso: sed testificãdo & accusando sic & ideo ab eis repellit criminosus: vt hic & . j. de accu. c. j. secũdum Pet. & Abba. qui de hoc not. s. de elect. c. illa. præterea quia eligẽdo ius suum prosequitur. iiij. q. vij. omnibus. de electione. cũ ecclesia. sed testificando prosequitur ius publicũ à quo criminosus repellitur secũdum Inno. & Host. ad hoc. ff. de testib. l. j. & . ff. quemad. testa. aper. l. j. sed Inno. in. c. nihil. de elect. dicit ꝙ licet testificari sit iuris publici. tamen testis illud non reddit ratione publici officij quod habet: secus in prælato, contra quem agentem nõ obstet exceptio criminis: quia confirmatio eum tuetur quod non est
4 in teste vel accusatore secundum Pau. Item secus † in spoliato petentem restitutionem cui etiam nõ obstat criminis exceptio. s. de resti. spo. Item cum quis, eius vel eorum ad hoc. ff. de lib. homi. exhib. l. iij. de pœn. dist. iij. adhuc instant. Aduersa scilicet contra quem testis producitur pars enim producens hoc non posset, & facit no. s. eo. præsentium. in. j. gl. sed quid si producens eo non vtitur, potestnè ipsum repellere si de nouo producitur contra ipsum Spe. eod. tit. § sæpe. versi. sed quid si eum distinguit. quia aut omisi vti volui & tunc possum aut quia non potui puta quia nil pro me dixit: & tunc non possum: sed contra. iiij. q. iij. si testibus. vbi vius
5 † respicit personam & non dictum & sic ad verbis non recedimus. ff. de leg. iij. l. non aliter. de decimis. ad audientiam. producendo enim vti videor de crimine falsi ad fallarorũ. & c. seq. de exces. præla. inter. ver. viij. sufficit enim ꝙ vti potuerit & sibi imputet. de præbẽ. si clericus. lib. vj. & . ff. quod quisq; iur. l. j. circa princ. ibi sed si impetrauerit & hoc videtur placere Odof. Pet. & Iaco. & Cyn. C. eo. l. si quis. in. j. q. sed
6 † quid si testis dicat pro vtraq; parte quod debet. xiij. q. v. non sanè. C. de epi. & cler. auth. sed & index. & iteratò producitur contra eum nunquid potest opponere contra eum crimen refert Cy. in. d. l. si quis. q. ij. doct. debere autem est visus in casu in quo si non fuisset visus nihilominus habuisset absolutionem & tunc potest: aut non & tunc secus. arg. d. l. sed si recipimus. dictũ de per se separatur ab vso & productione personæ non procedit dicta distinctio. argu. notatorum. in d. l. si quis. iij. q. iiij. & habet locum non solum si producatur inter easdem personas, sed etiam inter alias secundum Azo. in. d. l. si quis. & placet Cy. & Pau. licet Odof. contra. Sed nun-
7 quid † si non oppono cõtra testem in vna causa productum contra me, nunquid possum opponere in alia: videtur quòd non per regulam quod semel placuit. domini legum contra arg. C. de excu. tuto. l. voluntarię. & de ijs qui sponte munera subeunt. l. ij. lib. x. vt. d. l. si quis. in. iiij. q. non enim sequitur semel permisit me grauari igitur iterum volo grauari. argu. j. de censi. peruenit. ff. de oper. liber. l. operas. & quod no. Inno. & Compo. de rescrip. dilectus filius. Alia est enim admissio alia productio. dicit Albe. hic verum si ignoraui tẽpore admissionis quia ignorans non consentit. ff. de iuris. om. iud. l. si per errorem. & de adult. l. si maritus. § si negauerit. & item si sciui. sed tunc non probare potui, sed superuenit probandi copia. arg. s. eo. præsentium. ij. q. vj. plerîq;. j. de elect. vt circa. lib. vj cum concord. Item hic iungere posses si velles materiam dilatare scripta Cy. in. d. l. si quis. in. v. q. & in. ix. q. seq. *parte* vel eius procuratore qui ad hoc admittitur etiam sine speciale mandato, licet secus quando opponitur crimen in casu cle. ij. de procur. vbi de hoc in Spe. de procur. § j. vers. sed nunquid media. Crimen: in quo differunt crimen, delictum,
8 & † peccatum not. Ioã. And. de reg. iur. lib. vj. in regula. iiij. in prin. & de hoc si aduersus delictum. C. eo. l. j. exponit autem Abb. crimen id est peccatum mortale & alleg. de verb. signi. chorus. sed contra hoc facit. de accusa. inquisitionis. § iij. nisi vbi valet testimonium eius qui mentitur, & tamen mendacium est mortale. xxij. q. ij. § item hoc dicitur. cum. iiij. c. seq. Præterea aliud est crimen, aliud peccatum aliud delictum vt prædixi. de pœni. di. j. si peccatum. vbi de hoc, plus enim est in crimine quàm in peccato: quia crimen est peccatum graue accusatione & damnatione dignissimum. lxxj. distinc. c. j. in fi. vnde Ala. & Vincen. s. eo. super eo. dicunt quòd tale debet esse crimen quod repellat à promotione nec cum eo fuit dispensatum quod placet Pau. caue tamen quia secundum Inno. & Hosti. de tali crimine hîc loquitur de quo quis non est condemnatus nec irrogat infamen ipso iure aliâs enim etiam post sententiam repelleretur in ciuili, infamia enim canonica semper repellit à testimonio. xvj. q. j. illi. & not. ij. q. iij. § in quo colligitur. super quo vide quod no. Inno.
9 de purga. cano. cùm inter. secundum Pau. Præterea † hoc intelligit Pau. de crimine commisso tempore lati testimonij secus si post: vt. ff. eo. l. ad testium. arg. j. de reg. iur. factum legitimè. lib. vj. de hoc in Spe. eo. ti. § j. vers. quid si post. & vers.
10 item quòd seruus. Item quid † si erat tempore iuramenti habilis, & tempore depositionis inhabilis, vide in Spec. vbi. s. ver. quid si testis. & § qualiter. ver. is quoq;. & de ser. § sequitur. ver. quid sit tũc testis. & per Guil. de Sus. in. l. iurisiurãdi. C. e. & per Arch. iij. q. v. cõstitutus. & per Nouel. in. d. c. factũ legitimè. in Mercur. Paul. verò distinguit quia aut quæritur vtrum dictũ eius debeat recipi, aut an iam receptum sequi.
11 Primo casu aut iudex examinat testẽ, & tunc † si crimen nõ est notorium recipitur dictũ eius & in tempus disputationis reseruatur: sed si est notorium nõ recipitur. viij. q. j. talia.

ſecundum Spec.in.d.verſi.quid; ſi teſtis. Ant'examinat alter
qui nudum habet miniſterium : & tunc ille recipiat & poſt
contradictum pars ſi velit opponat:nec valet,ꝙ tunc fuerit
proteſtata,ſeu non oppoſuerit:quia tẽpus receptionis bene
poterat ignorare nec ad hoc fuit.vocata ſed ad vidẽdum iu-
rare tantum.ſ.eo.cum.ij.& ij.q.j.imprimis.Sed nunquid te-
12 ſti confitenti ſe criminoſum † creditur ſuper crimine? Inno.
de accuſa.inquiſitionis.dixi ꝙ ſic:quia non eſt veriſimile, ꝙ
ſuam turpitudinẽ quis mendaciter acceleret ad hoc.xij.q.j.
volo.ſed cõtra quia non deponit iuratus ergo ei nõ creditur
ſ.eo.de teſtib.Spe.eo.ti.ver.ſi teſtis.dixit per iuramentũ, vel
tormẽta veritas de hoc inueniri debet. arg.v.q.v.illi. & xxx.
q.vlt.iudicantem.quod poſſet locum habere.in ſuſpectu.de
conceſ.præb.cũm ſuper.& facta ſpecificatione criminũ ob-
iectorũ.j.eo.præſentium.§.teſtes.vtrum autẽ ſi neceſſe in ex-
ceptione circunſtantias exprimi ſcripſi.de elec.conſtitutio-
nem.in cle.de quo per Inn.de purg.can.c.fi.*Opponitur* & pro-
batur.j.de conceſ.præ.cũm ſuper. Hoſt.ſibi tamen non tra-
duntur capitula ſecũdum Nouel.arg.vj.q.j.illi qui *reprobatur*
13 ſecũdum iura canonica teſtis † abſq; enim infamia ſuſpicio-
ne , & macula eſſe deberet quinimo & tales quales ad ſacer-
dotium diuinationibus authoritas cõmoueri.ij.q.vij.teſtes.
& vj.q.j.illi qui.& c.qui crimen.ſ.eo.ſuper eo.j.nec enim de-
bet credi cõtra alios illis quæ criminibus imputãtur.iij.q.xj.
negandę.& c.non eſt.& q.vij.qui ſine peccato. & c.poſtula-
tus.vnde quãdiu in culpa eſt teſtimonium ferre nõ poteſt.
xxxij.q.v.ſecundum imo repellitur , vt hîc & j.de excep.de-
niq;.ſic nec poteſt criminoſus alium accuſare vt in dictis iu
ribus.& iij.q.vij.§.porro.in fi.& ij.q.j.multi.nec iudicare.iij.
q.vij.iudicet.Alij tamen dicunt ꝙ non repellitur à teſtimo-
nio prætextu criminis niſi de hoc fuerit per ſentẽtiam con-
dẽnatus.ff.de ijs qui not.infa.l.athletas.§.calumniator.& ad-
de quod no.j.eo.§.fi.ſuper ver.conuictus. iudices tamẽ ſecu-
lares odio non vtũtur iure canonico in hac parte Hoſt.nec
etiam prædicta ex quacunq; procedunt:vt patet ex præced.
meritò:quia in tali bona vita diffinit & per cõſequens fides.
arg.prædicti capituli forus.& ij.q.vij.nõ poteſt.quã per pœ-
nitẽtiam recuperet.l.diſt.ferrũ.in criminali etiam mota cri-
minaliter quod probat ſequens litera Nouel.Mouetur autẽ
criminali tertio ciuiliter cõ per viam denũciationis , vel in-
quiſitionis agitur.& no.ſ.eo.cũ literis.& j.de accu.ſuper ijs.
vel aliâs vt habes.ſ.de procu.tuæ.in ff.*ciuili* differentia inter
14 ciuilem,& criminalẽ † habetur de qua in.d.c.ſuper ijs.& in-
ſtit.de pub.iud.in prin.& per Inno.de accu.qualiter.ij. & ſe-
cundum canones differẽtia huiuſmodi cognoſcit ex ratione
modus procedendi potiùs quàm aliâs vt patet in.d.c.ſuper
ijs.Pau.*perſeuerat* in reatu licet nõ in actu quod præſumitur
ſi pœnitẽtiam nõ egit vel egit ſed ſimulatã,vel redijt ad pec-
catũ.de pœ.di.iij.ſunt qui dicũt.ergo negans perſeuerãtiam
neceſſe habet probare pœnitẽtiam. de reg.iur.ſemel malus.
lib.vj.quod dixi ſo.verũ in criminali ſed in ciuili diſtinguit
an ſit publicũ:vt tunc ſit probanda correctio,vel occultũ &
tũc ſecus vt fiat interpretatio in meliorẽ partẽ & ne præſu-
mat immemor ſuæ ſalutis,vt no.ij.q.vij.ipſi Apoſtoli. Item
videtur tenere Spe. eo.ti.§.j.ver.item opponitur,ꝙ eſt crimi
noſus.& per hoc videt ꝙ opponens teſti ꝙ non ſeruauit di-
ſpoſitionẽ capituli cõmunis.de pœ.& remiſ.id habeat pro-
bare Pau.ſi verò enim.pars principalis, in qua proſequit ſe-
cundum principale membrũ diſtinctionis:ſed Abb.faciens
ſecundũ ibi *in criminali* dicebat primũ caſum,in quo in ciui-
li quis repellit,ſumi ex verbo perſeuerat,& ſecundũ de infa-
15 mia iuris , ibi præterquàm pro reatu periurij.Secũda † verò
ſecũdum ipſum ponit quatuor caſus in quibus repellitur in
criminali primus ibi *conuictus*, ſecundus ibi *confeſſus*, tertius
ibi *commutatur*, quartus ibi *grauatus opinio emendauitque* intelli-
ge vt dixi.ſ.ſuper verbo crimen , Nouella vt quia egit pœ-
nitentiam veram & perſeuerãtem abſq; iteratione peccati,
infamiam enim canonica tollit pœnitentia.vj.q.j.illi.ſed in-
famiam ciuilem non, quicquid dicant alij.ij.q.vij.hinc col-
ligitur ſecũdum Inno.vel niſi ſecum fuerit diſpenſatum,vel
niſi reſtitutus fuerit in integrũ.j.de re iud.cũm te.ſecũdum
Inno.idem videtur.j.de ſciſmaticis.c.ij.vel niſi purgationẽ
indictam præſtiterit.j.de purg.cann.ex tuarũ. in fi.ſed qua-
re poſt pœnitẽtiam accuſatur. xxxiij.q.ij.admonere. vbi de
hoc.de diuor.gaudemus.& d.c.ſuper ijs.& non excipitur, vt
hîc ſecundum Inno.cum tamen habeat regula ꝙ cui damus
actionem fortius exceptionẽ.j.de reg.iur.quæ ad agendum.
lib.vj.& ff.eo.tit.l.inuitus.& l.cui damus.ſolutio illa quæ re-
ſpiciunt bonum cõſcientiæ reſtituuntur per pœnitentiam
de tempo.ordi.c.fi.ſed nõ illa,quæ reſpiciunt ius alterius,fa-
16 ciunt not.xxvj.di.deinde.in glo.videtur ergo & † regula cui
damus locum habet quando ad idem agitur & exequitur vt
not.Inno.de excel.præla.inter.in fi.j.glo.Pau.crimine obie-
cto videlicet & probato vt ſit maior dubitatio cõmittatur
ipſi inhærendo,& eum ſequendo,& ſociando.de iureiur.&
ſi Chriſtus.de verb.ſig.Abbate.infamia, de infamia iuris lo-
quitur ſecũdum Hoſti.Pe.& Abba.non ob.quod dicitur in
verſi.quamuis.de quo remittunt.de reſcriptis.ſciſcitatus.&
per hoc videtur ſolui de portantibus crucem propter crimẽ
hæreſis an interim ad teſtimonium admittãtur etiam in ci-
uili.de quo in Spe.eo.ti.§.j.verſi.quid de portantibus.quid ſi
17 teſtis eſt mortuus.dixi Spe.vbi.ſ.ꝙ † infamia opponi pote-
rit.C.eo.l.fi.ad fi.C.de inoſ.teſta.ſi quis filium.ff.de iure fiſci.
cum qui.in fi.& not.in.d.§.ver.ſed nũquid poſt mortem.hîc
non quæritur de pœna criminis , ſed de qualitate perſonæ
ſecũdum illud tempus,& ſic non obſt.quod dicitur crimina
morte extingui.de hære.accuſatus.lib.vj.In cauſa,multomi-
nus in tractatu ciuili ſecundum Vin.ciuiliter, dicitur agi de
crimine ciuiliter cum agitur ad pœnam pecuniariam.ff.de
priua.delic.l.vlt.ſecundum Vinc.dic vt not.de procur.tuæ.
prætor,exceptiuè ponitur hic de quo plenè dixi.de elec.du-
dum.ij.ad fi.tex.Nouella & de hoc vide per Pan.j.de ſumma
trini.c.j.in cle.& per hoc innuit periurum nõ eſſe infamem,
aliâs malè diceret ſeu exciperet cum , ſcilicet dixerit & cum
non concomitatur infamia : nam mutatis verbis ſi dicam
emẽdatus nõ infamis teſtificari poteſt in ciuili , fallit in per-
iuro neceſſario oportet inferri ꝙ aut periurus infamis nõ ſit
aut ꝙ malè conceperã cum propoſitio illum non includeret
18 ſecundũ Nouel.reatu,loquit † igitur de eo qui mente,& ani-
mo periurium incurrit ad hoc.xxij.q.ij. homines periuri:vt
quia ſcienter iurauit falſum,vel licitum iuramentũ non ſer-
uauit:ſecus ſi temerariè iurauit.ſ.eo.intimauit. & c.cõſtitu-
tus.facit ad idem quod dixi ſuper verbo crimẽ:ſed Inn.velle
videtur,ꝙ per quem modum in quo recipiunt iuramentum
temerariũ talis ſit periurus,vel loquitur de crimine ꝙ præſu
mitur eò ꝙ iuramẽtum temerarium non ſeruat:vnde vide-
tur ꝙ illa iura loquantur de teſtimonio perhibendo contra
illũ , qui fuit particeps temerarij iuramẽti,& hoc in odium
eius aliâs ex quo temerarium iuramentũ non ſeruat videtur
pœnituiſſe ſecundum Nouel.vnde dicit Hoſti.ꝙ licet qui-
dam diſtinguant inter promiſſorium & aſſertorium iuramẽ
tum vel an ſit de præterito an de futuro:ipſe repulſa illa di-
ſtinctione dicit diſtinguendum ſolum inter iuramentũ lici-
19 tum & illicitum:vt veniens † contra illicitũ non ſit infamis
nec repellatur à teſtimonio , ſed veniens contra licitum in-
diſtinctè infamis, & à teſtimonio repellatur:idem in dubio
an ſit licitum.de elect.venerabilem.verſ.idem. de quo no.de
iureiur.ſi vero.& in Spe.de iur.delib.in prin.aut dicit com-
munem opinionem : quia temerarium non repellit etiam à
dignitate.de iureiur.c.ſicut noſtris.quod tamen ipſe verùm
putat in eo , qui pœnituit : & remittit etiam de ijs ad ſum-
mam.eo.ti.§.ij.verſi.fama.& verſi.exequitur.ſuper quo vide
etiam quod leg.& not.ff.de ijs qui notan.infa.l.Lucius.hanc
opinionem etiam videtur ſequi. B.in.d.c.conſtitutis. & j.
titu.j.peruenit.& dicit hanc opinionem veram niſi produ-
20 citur † contra participem talis iuramenti : quia hanc exce-
ptionem non poteſt opponere : quia repellitur doli repli-
catione.de adulterijs. cap.penultimo. & finali.Si vero pro-
ducitur

ducitur contra alium,tunc non admittitur nisi egerit pœni
nitentiam:vel dic vt dixi super verbo crimen secundũ Pau
lum,quid si testi opponitur periurium,& probetur ꝙ noo
soluit debitum in termino in quo soluere iurauit replicatur
quòd remisit pecuniam per nuncium qui egit infideliter,
vel procuratori negotiorum commisit,qui onus etiam ad il
lud assumpsit,vel aliàs legitimè fuit impeditus nunquid re-
pellitur,vt periurus,videtur ꝙ sic quia remansit obligatus
ergo periurus:quia non seruauit iuramentum de ieu.exc.ve
nerabilibus.li.vj.in § idem.vbi patet ꝙ talis est excommu-
nicatus,nec factum nuncij,nec procuratoris negligẽtia ex-
cusat ipsum.j̃.de elect.si compromissarius.li.vj.in princ.&
& sibi imputet,qui talem elegit de hoc vt lit.non contest.c.
j.facit quòd not.xxxij.q.j.apud.vbi de hoc.de pig.signifi.&
quod no.Inn.& Host.ibi & de offi.dele.P.&.G.solutio aut
21 seruauit† iuramentum stari cum potuit postquam sciuit nõ
esse satisfactum,& tunc non repellitur:quia non est periu-
rus,vt tertijs,aut non,& tunc secus:nam ex vi iuramẽti te-
nebatur ad duo.s.soluere,& in termino soluere, vnde licet
per prædicta excusetur ab vno,non ab alio,de dolo,& con-
tu.cum dilecti.facit.xxxij.q.j.apud misericordem.lviij.dist.
perlatum.de elect.cupientes.in fine primi responsi.li.vj.de
offi.ordi.quanuis.ad finem.e.li.& qđ no.in Spe.de cita.§ se-
quitur.ver.quid si non præfixeris ad. idem de app. cum pa-
rati.Aut dicis,non seruauit,& periurus est sed contra:nam
qualiter ex hoc exemplo negatiuè probetur,nõ apparet iu-
xta not.Inn.& de accu.super his.non obscœna quæ loquun-
tur in excommunicatione,vel his,quæ sine dolo commit-
tuntur.sic intellige quod notatur.j̃.ti.primo.c.ij.quare au-
tem per iura repellatur dicit gl.& an etiã sit infamis dicam
super ea,quid si quis ante baptismum violauit licitum iura-
mentum ounquid post repelletur videtur quòd non: quia
peccatum,& omnis eius sequela tollitur per baptismũ.xxvj.
di.deinde vbi de hoc.&.j.q.vij.si quis omnem.Inn.& Hosti.
de diuor.gaudemus.dicunt quòd licet per baptismum tolla
tur peccatum quoad Deum,& legem promotionis.xxv. di.
primum remanet tamen obligatus quoad pœnas ciuiles,de
hoc in Speculo ti.ij.§ iuxta ver.penul.per Archid.xxviij.q.
j.si quis.satis potest distingui an tantum iurauit per Deos
alienos,& non repellatur:quia in eis cessat ratio licet iura-
mentum debuerit obseruari vt no.Ino.de iureiur.& si Chri
stus.ant verum Deum,& tunc potest accusari, ergo contra
eum excipi,& repellendus est quoad effectum:quia dictum
eius non probat *in criminali*.secunda pars.ij.in qua secũdum
membrum subdistinctionis prosequitur,& dic *criminali*.cri-
minaliter mota.de alia enim.s̃.dixi.*alio iudicio*.inter qualcũq;
personas intentatus,& est casus in quo reconuenerit alios
actus nocet quoad alias concor.de cleri.super eo. tum quia
hæc persona afficitur,& eius status minuitur accusatione.
idem videtur in inquisitione,quam ꝓcedere debet infamia
de accu.qualiter.ij.Idem in denunciatione iudiciali:quia si
in talibus præstat impedimentum pendentia iudicij.j̃.eo.c.
finali.fortius criminis probatio contra ipsum.Quid si ipse
est confessus,vel conuictus de calumnia.sol.licet cessent ver
ba durat rõ quia ratione accusationis† cõtingit.iõ debet de
calumnia puniri de calum.c.ij.C.e.l.j.item calũniosus pati-
tur pœnam accusati,& parem custodiam.ij.q.viij.quisquis.
&.c.seq.ratio probibitus patrocinari pro accusato inhibeť
pro accusatore,vt no.lj.di.c.j.& in Spe.de aduoca.§.j.ver. in
causa.hoc fortiùs procedit si de calumnia de nouo cõtra eũ
fuerit inscriptũ.ij.q.iij.§ notandũ.de *crimine* publico quod
condemnatũ semper infamat.ff.de his qui not.infa.athletas
§ calũniator.& idem de priuato si decedat ab accusatione,
seu actione infamiã irrogante:vt.e.l.§.fi.& vide super his,qđ
no.iij.q.vij.§ tria.ad finẽ.Idem in crimine priuato,qđ etiam
non irrogat infamiam condemnato:nam talis non potest
promoueri,nec sacerdotem accusare,nec cõtra eũ testificari
licet contra Laicũ ad hoc admittať:Idem si excipitur de cri-
mine qđ non infamat,siue sit condemnatus,siue nõ secundũ
Inn.*conuictus*.versi,& claris probationibus.C.de proba.sciãt,
vel præsumptione violenta de quo de pręsumpt.literas.for
tius hoc procedit si condemnatus est,vel confessus.idẽ si pẽ
det accusatio contra ipsum,nisi in casibus except.j̃.e.c.fina.
23 Et nota† probationẽ per testes,vel alio modo legitimo fa-
ctam,& confess.æquiparari etiam in secundo qđ est contra
id,qđ notat Inn.& Compo.de elect.per inquisitionem.vbi
dicunt ꝙ licet cõfessio facta in vno iudicio probet in alio:
secus in testibus,& instrumentis de fide instru.inter. Primi
dicti ratio sumitur.s̃.e.per tuas.&.C.de non nu.pec.l.gñali-
ter.quod intelligunt verum nisi ostendat se confessus aliàs
intellexisse de accu.cum dilecti.nisi fuisset confessio procu-
ratoris,non domini scđm Composte.quia in eo cessat ratio,
& notat etiam Speculator.tit.de confes.§ nunc videndum.
post princ.sed dic primam opinionem veram qñ quæritur
de pœna infligenda hic de fide diminuenda,vt dixi.s̃.itẽ di
cit Paulus.*conclus*.s̃.in hac causa in qua producit in testem
cõfessus idẽ si tantũ.instituta est accusatio nisi forsitã in ex-
ceptis,vt dixi,vt.j̃.c.vlti.Pbi.qđ verũ est qñ accusatio pẽdet
vt ibi, *vel nunc*.habet tres casus diuersos:oã aliud est probare
quã instituta accusatione contra eũ esse cõuictum,aliud esse
confessum.aliud nunc probare crimẽ,*per exceptionem*.si dicas
criminis in quo perseuerat planũ est:sed quia hic loquitur
24 de emendato melius est,vt dicas repelli† testem emendatũ,
sicut repellitur cõfirmatus consecrationem petens scđm In-
no.qui remittit de elect.dudum.ij.de accu.super his. & in-
tellige de probatione testium productorum super intẽtio-
ne,& etiã reprobatorio.Tertiò enim non licet reprobare
testes opponendo contra personas,& reprobationẽ probã-
do per testes,sed per instrumentum,licet,vt in dicto.c.licet.
sed nunquid tertiò licet contra dicta se opponere, videť ꝙ
non quia.e.c.licet.iij.s̃.e.reprobat tertiam reprobationẽ se-
cundorum reprobatorium:sed certum est,ꝙ talis reproba-
tio afficit personã testis:quia reddit eum periuriũ,s̃.eo.sicut
reprobatio enim personæ non fit nisi propter dicta ergo si
nõ licet via directa.s̃.opponendo cõtra personam,nec lice-
bit alia de re.iur.cum quid.li.vj.facit qđ no.de elect.c.j.in gl.
25 electi.e.li.In contrariũ:quia diuersa sunt† opposita contra
personas,& cõtra dicta primũ nõ reddit testimoniũ falsum:
quia licet testis sit criminosus potest habere zelũ veritatis,
& iustitię,& potest verũ dicere de simo.licet Heli.&.c.in si-
dei.de hæret.li.vj.&.c.accusatus.e.ti.Item quia plus offendit
falsus quàm criminosus,vti patet de fal.c.j.quia cõtra Chri
stũ est,qui de seipso dixi ego sum veritas Io.c.ix.satis potest
dici,quia aut opponitur falsum respectu periurij, aut per
hoc vitietur totum testimonium etiam in eo qđ verum di-
xerit,ant respectu eius in quo dixit falsum, vt repellať eius
dictum ratione falsi,& periurij.Primo casu vbi opponitur
crimen principaliter propter qđ totũ dictum vitiatur, &
tunc repellitur:vt.ix.di.si ad sacras.vbi de hoc.ij.q.ix.pura.
de pe.di.iij.non licet.ff.de ædi.edi.cum eisdem.per Innoc.&
Host.de hæret.fraternitatis.per Spe.ti.de test.§.j.ver. itẽ qđ
si aliquid,& sic habet locum dect.licet.& qđ primò dixi.se-
cundo casu subdiuide,aut falsum dicit id qđ sciri potuit ex
forma articulorum scđm id qđ no.Inn.s̃.e.ex tenore.vt pa-
tet in cle.testibus.e.ti.aut nõ.primo casu non audiť excipiẽs.
26 secũdo sic per iura pro ista parte allegata.quid† eñ si in cau
sa sunt factæ duę reprobationes post sñiam opponitur fal-
sum,satis videť posse hoc,cũ iura loquanť generaliter de ex-
cept.venerabilis.cũ concor.ibi positis.nõ esset etiam absur-
dum dicere ꝙ periurium potest tũc opponi,qđ incurrit de-
ponendo falsum:cũ de nouo emergat ar.de offi.dele.insinuã
te.nec potuisset probare ante publicationem,sicut alia cri-
mina post cõmissa,vt in.d.c.licet.&.j̃.c.præsentium.li.vj.&
hoc verius videtur:sed si ex varietate, vel contrarietate di-
cti sui appareat de periurio,vel falso non est dubium illud
posse opponi:vt.d.c.licet.de prob.&.j̃.e.ti.ij.c.inter dilectos.
quærunt Inn.Hostiẽ.Nouel.& Paulus vtrum obstet testi ꝙ
fuerit excõicatus:sed nunc est absolutus de quo not.iiij.q.j

27 in sententia. dicunt ꝙ non nisi † probetur crimen propter
qd fuerit excõicatus. ratio quia excommunicatio nõ est cul
pa: sed pœna culpę & eius correctio non est medicina. de
senté. exc. c. j. li. vj. ideò ea cessante non remanet infamia, sed
potius tollitur. l. dist. ferrum cum eam præcedat satisfactio
de verb. sig. ex parte. & c. se. nno obstat ꝙ hec pœna non est
infligenda nisi pręcedat culpa. xj. q. iij. nemo. quia sępè sine
manifesta culpa, vel prob ita infligitur, & tũc debet sine dif-
ficultate relaxari de sent. excõ. sacro. Ad idem. iiij. q. v. c. j. de
re iud. cum Bertholdus. vnde probari debet culpa, aliâs non
repellitur. Item si excõicatio probatur culpa per absolutio-
nem videt esse sublata non obstat. ff. de his, qui no. infa. l. ij. §.
ignominię. cũ tenoe. quia exauctoeare militem propter cul-
pam est proxima causa, & pœna delicti: sed excõicatio non:
sed contumacia, vt di cto. c. sacro. quod verum est in snia ab
homine lata: secus si à iure. xvij. q. iiij. si quis suadente. cũ si-
milibus. facit. ff. de arbi celsus. quid si testis deposuit falsum
28 non iuratus, vel non solenniter nũquid † punietur de falso?
hanc quęstionem disputauit Rich. mal quam posuit Alber.
in. l. iurisiurandi. C. c. ti. & sol. per. l. si quis legatum. ff. de fals.
qd adscribens in testõ non solenni, vel non perfecto, vt quia
erat falsum, si habet figuram auth. testamenti, ita ꝙ apparet
testamentum licet desit solennitas intrinseca adhuc idem. si
autem caret forma exteriori non incidit in pœnam. dici po
test scdm Pau. ꝙ aut deponit, vt iuratus, aut nõ: vt primo ca-
su repellatur secũdo nõ. Idem dicam de eo, qui primo depo
suit dictum suum, & postea iurauit ꝙ periurus erit si iura-
uit verum esse id quod dixi cũ sit falsum hoc testimoniũ nõ
valeat scdm Goff. & Albe. sed Barto brix. contra de hoc in
Spe. e. ti. §. se. ad finem. & dixi. s. e. de testibus. quid si contra
29 testem excipio de homicidio, † & probabo ꝙ cõuictus, vel
confessus est non videtur sufficere: quia aliud est quicquam
cõmisisse, aliud conuictum, vel confessum fuisse ad hoc de
suc. ab intest. c. vlt. facit qd no. in Spe. e. ti. §. j. ver. sed pone. &
quia probari potuit, vt dixit Vinc. de accus. euidentia. Solu-
tio, si loquimur de confessione qua vtimur ad probationem
satis videtur sufficere per id qd s. dixi. per not. in. c. per in-
quisitionem. secus si loquimur de aliter conuicto, & sibi im-
putet qui sic excipit cum potest excipere eum conuictũ ass
fuisse, vt patet in litera præcedenti. quid si melius probo sa-
tis videtur sufficere si mors est secuta. ff de dam. infect. l. dã-
ni. §. sabinus. ff. ad. l. aquil. l. ait. § ꝙ si morte. nisi constaret illũ
ex alia causa mortuũ, satis de homici. significasti. *committur*.
tunc regularis non punitur, sed eius testimonium reproba-
tur. de ordi. cog. cum dilectus. Gratuita quartus casus est, &
dic saltem de facto secundum Host. vnde dicit Pe. ꝙ pro eo-
dem summitur infamia facti, & opinio grauata quandoq;. i. in
alio iudicio. *quomodocunque*. vnde dicit Host. ꝙ si semel con-
stet in iudicio perpetuum grauamẽ illi generatur nisi testis
de falsitate posset reprobare. s. e. ex parte. & c. sicut tali mo-
do. s. in modum exceptionis, & sic non fuit de iure infamis.
30 de ordi. cogni. c. ij. secundum Host. & sic † infamia etiam fa
cti tantùm repellit testem in criminali. In ciuili verò infa-
mia iuris tantum: vt patet. s. de hęre. iij. q. vij. porrò. in glos.
vbi reperies bonam summam de infamia iuris, & facti. & in
Spe. ti. e. §. j. ver. Item ꝙ est infamis. vbi ponit opinionẽ Inn.
dicentem infamen non admittendum ad accusandum, vel
testificandum, nisi accusatus sit malę famæ. ij. q. j. imprimis.
de simo. per tuas. secus in denunciatione. e. ti. ex insinuatio-
ne. s. e. qm̃. sed videtur ꝙ infamia facti tantũ repellat à testi-
monio etiam in ciuili per. l. Cassius. cõ sua gl. ff. de senat. Itẽ
talis non accusat. ff. de accu. qui accusare. ergo nec testificat.
C. de testi. l. qm̃. §. sed & si. contra facit qd no. C. de digni. l. ij.
& quia hoc non reperitur iure cautum. Dicit Nouel. putaiẽ
infamatum de crimine etiam de facto à testimonio repellẽ-
dũ etiam in ciuili. ad hoc. s. ti. j. licet. ver. quidã. no. s. e. c. licet.
j. & ij. & c. in literis. & j. ti. primo. pręterea & de except. c. j.
qd intelligit qñ infamia facti, vel infamatio causat à crimi-
ne ita ꝙ crimẽ sit proxima cã infamiæ, vbi verò infamatio,
vel operis aggrauatio nõ causat à crimine, sed ab alio medio
puta, quia carcerat⁹ fuit, vel à testimonio aliter repulsus pu-
tat locũ habere qd hîc dicitur, & talis aggrauatione opponi
non repellat in ciuili, licet secus in criminali, vel aliter infa-
matio facti causata à crimine de quo constat quẽ emendatũ
non repellit in ciuili: vt hîc, sed vbi de emendatione nõ con
stat repellit: vt in prædictis iurib⁹. In criminali verò semper
repellit scdm eum. Dicit dñs Marti. has duas solutiones cõ-
iungendas incipiendo tñ à scda distinguẽdo. Aut est emen-
datus, & nõ repellit &c. Aut est emẽdatus, & tunc aut desce-
dit à crimine &c. & sic habebis bonã doctrinã scdm eũ. Pau
lus aũt dicit posse dici ꝙ aut loquitur de causa ciuili, aut cri
minali, aut de excepto, aut nõ excepto, si de excepto, aut Lai
cus contra Laicum, aut cõtra clericũ, aut clericus cõtra cleri
cũ: item aut agitur ciuiliter, aut criminaliter, qd prosequere
vt no. de accu. cũ Pe. per. B. Inn. & Host. de simo. licet heli. si
loquimur de non excepto, & in criminali tunc repellit infa-
mia etiam facti, vt hîc. & ff. e. l. iij. § lex iulia. vbi de hoc. si ve-
rò loquimur in ciuili. tunc subdistingue, aut non potest per
alios veritas apparere, & talis recipitur in defectum, sed cũ
tormento de hoc. v. q. v. illi qui. Aut potest per alios veritas
haberi tunc aut infamiam causatur à delicto de quo cõstat,
aut apparet testem emendatũ, aut nõ. Primo casu indifferen
ter admittit, secundo nõ: vt hîc: si infamia causat à causa me
dia, quia aliâs propter hoc fuit repulsus, vel carceratus, tũc
non repellit etiam in ciuili: vt hîc, hęc vera nisi grauiter es-
set infamatus, ita ꝙ nihil reputatus esset, & malę famæ. e. ti.
licet. & ver. quidam. & no. s. e. licet ex quadam j. de pręsump.
c. j. & hæc vera in infamia facti iuris autem infamia indiffe-
renter repellit: vt dixi. s. repulsus, & non admissus. quid si bã
nitus, qui ex forma statuti pro confesso habetur fuerit cãcel
31 latus disputando tenuit Ia. Butrig. ꝙ talis † nõ remanet infa-
mis, & admittitur ad testimonium: quia cãcellario infamiã
tollit, qd posuit Albe. in. l. iurisiurandi. nec mireris si contu
macia facit aliquẽ haberi pro cõfesso: quia idem operat de-
fectus purgationis de accu. accedens. de simo. insinuante. ra-
tio ibi redditur in gl. sed ad idem de purg. canonica. cũ. P. cũ
similibus. & idem in perseuerante per annũ in excõicatione
xj. q. iij. rursus de ætate. cũ bonę. ad idem de hęre. cũ contu-
macia. li. vj. *excluduntur* ergo admittentur alij ad testimoniũ, ꝙ
illud edictũ regulariter est permissorũ. ff. eo. l. j. dicit Paulus.
32 dicit Nouella ꝙ excludere † testem est non admittere eũ ad
actũ testificandi, vel intra ordinẽ, seu numerũ testificantiũ,
vel iam admisso fidem nõ dare: sicut excludere eligentẽ est
non admittere illũ ad actũ electionis, vel ad ordinẽ, vel nu-
merũ eligentiũ. s. de cã poss cñ ecclesia. scdm eum, *ciuile*. nisi
extũc cõmunicaret, nec tunc si esset de crimine emendatus.
s. §. proxi. hoc potest. & debet de except. c. j. *pœnitentia*. hîc ꝓ-
bat emendationem de qua pręmisi *pœnitentiam*. exponit hic
qd prædixerat de emendato *remouere*. ratio quia in crimini-
bus requirũtur probationes luce clariores. & c. v. q. vj. epipha
niũ. & C. de prob. l. fi. Primò not. quẽ peccato in conscientia
vulneratũ à testimonio repelli duplex ratio redditur in gl. j.
contra de confess. c. ij. de simo. per tuas. si dñs. &. c. tanta. de
resti. c. j. li. vj. de hęret. in fidei fauore. e. li. solutio illa oĩa sunt
specialia. ratio aũt vlti. gl. est: quia accusatores. j. de simo. per
tuas. scdo no. ꝙ remota causa remouet prohibitio causa ab
illa, & hoc nisi remaneãt reliquię, itẽ ratio primi reddit in
prin. literę, & cõcor. ad primũ de rescript. eam te. de renũc.
post translat. vbi de hoc, & de iureiur. & si Christus. xlj. dist.
neophitus. contra quia licet pœnitentiã egerit potest accu-
sari. xxiij. q. iij. admonet, vbi de hoc, & de diuor. gaudemus.
de accu. de his. ergo fortiùs excipi de reg. iur. qui ad agendũ.
b. vj. solutio, vt dixi in textu qñ accusatio, & exẽplo ad idem
33 dantur locũ habet consiliũ: secus † si super diuersos effectus
& circa diuersa, vt hîc accusatio enĩ fit propter pœnam quę
per pœnã non tollitur, vt in. c. repulsio enĩ à testimonio fit
propter carentiã bonę conscientię cuius causa cessat acta pœ
nitentia, & sic diuersos modo a iuris ex quo variat effectus:
item qñ

Item quãdo causa in prohibito, vel permisso ponit per mo
dum terminum habet locum notabile, sed est terminus pec
cati, & sic cessat prohibitio, ad exceptionem factam à nota-
bili concor. ff. de quęstionibus. l. vnus. §. seruus. vbi seruus dis
tractus contra dñm antiquũ in memoriã prioris dñi non
torquetur. Item ad idem. ff. de decu. l. fi. C. e. l. pe. Ad idẽ. xvj.
q. j. mulier. de æta. & qua. intelleximus. & Inn. intellexit de re-
liquijs iofamię ciuilis nõ canonicę, & sic soluitur contrariũ
quia remoto peccato remouetur infamia. vj. q. j. c. ij. vbi ple
nè de hoc, ad idem. xxxij. q. v. pręceptũ per Archid. ij. q. vij.
34 testes. tertio nota † periurum semper etiam post pœniten-
tiã à testimonio repellendum concor. alle. gl. de hoc. xxij. q.
vlti. paruuli. & ibi Archid. & C. de fideiuss. l. ij. in fi. & ff. e. l.
iij. §. lege Iulia. ratio quia ex quo semel deierauit semper talis
pręsumitur de præsumpt. scribam. ff. de suspec. tu. l. iij. §. quę-
ri potest. Contra de maio. cum ecclesia. vbi de hoc in gl. pe.
solutio iuramentũ oneris pręstat periurus, vt in cõtrario ho
noris nõ scdm opi. quæ placet Inn. & Host. vt no. de iuramẽ
to calum. cum causam. in fine primę gl. & hic ratio, quia in
iuramento honoris qd præstat testi honor, qd exhibet te-
sti, dum eius statur testimonio, ideò requiritur pura, & sim-
plex veritas. iij. q. ix. pura. iiij. q. iiij. c. j. quam confirma: quia
iuratur Christo de iureiur. & si Christus. versi. quodã. cuius
contrariũ est falsitas in auth. de instru. fid. & cau. & hoc iu-
ramentum vincit homicidium. xxij q. v. ille qui. sed nũquid
periurus est infamis scdm ius canonicũ sic. ij. qõ. j. quicunq;.
secundum leges. dicũt Goff. & Vinc. q non etiam si cõdem-
natus sit. ff. de cri. stel. l. fi. in fine. in casu. l. si quis maior. C. de
transact. Dixit etiam Vinc. q Papa potest dispẽsare, vt per-
iurus à testimonio nõ repellatur, vel constitutus in mortali
ar. de re iud. cum. I. & A. facit de hæret. accusatus. li. vj. Idem
Spe. ti. de teste. §. j. ver. sed quæritur vtrum Papa. sed quęritur
vtrũ sit idem in accusatore, qd in teste no. in. c. quicunq;. all.
& dicit q non. Quartò nota quòd opiniu suspicione graua-
ta repellit testem qd prosequitur gl. tua Pet. & ponitur alibi
gratuitas pro ponderositate leuitati contraria. s. eo. licet ex
quadam. Item no. q snĩa inter alios acta fidẽ facit in alio iu-
dicio, & vide qd dixi in textu soper ver. confessus. Item not.
quintò q dicẽti quem correctum incũbit onus probãdi, ra-
35 tio sumit ex regula semel malus. de re. iur. li. vj. sed † qualiter
probet tractat vlti. gl. circa quam dic q licet cõfessio, & pœ
nitentię impositio probẽtur per sacerdotem tñ satisfactio
probari debet per illos qui viderunt scdm Host. & si crimẽ
fit occultum sufficit q sit occulta. si verò fuit publicũ debet
esse publica non tñ solẽnis. ij. q. j. si peccauerit. l. di. in capite.
scdm Inn. de pœ. & re. c. j. nũquid sacerdos deponet iuratus?
quidam q nõ quia gerit vicẽ Dei de off. ord. si sacerdos. vnde
sicut à Deo nõ exigit iuramentũ. cxiiij. di. c. si. sic nec ab eius
vicario. xci. di. c. j. Alij cõtradicũt q vt priuatus deponit nõ, vt
vicarius hoc verius, sed primũ ęquius. & no. casum in quo sta-
tur vni propter qualitatem facti de pœni. & remiss. omnis.
vtrũ testis cui obijcit crimen possit opponenti obijcere de
alio crimine. dicit gl. q non. Alij vt Io. Vinc. & Phi. dicũt q
testis põt se ostendere innocentẽ, ne fama eius grauetur. sic
ostẽdit se quis liberũ per chartã manumissionis, vt in auth.
e. ti. §. si verò. & põt approbare pari testes suos fore honestos
quos aduersarius dicit malę famæ secũdum eos all. iij. q. iiij.
de iud. facit qd no. s. e. ex tenore. in gl. fi. & materiam huius
gl vide in Spe. ti. de teste. §. j. ver. itẽ opponitur. q crimiosus
est. & ver. sequẽti. & per hęc habes expeditas gl. cũ not. Hen
ricus dicit q in ista decretali ponũtur tres casus in ciuili, &
iiij. in criminali quibus à testimonio repellunt. & ad euidẽ-
tiã istius decre. sed quęritur, & qñ periurus est infamis, & à
testimonio repellat? Io. & Azo doctores iuris ciuilis sic dis-
stinguit: aut iuramentũ habet rei obseruantiam: vt quia est
de futuro, & cõsistit in dãdo, vel faciendo, vel alio simili: &
tunc tale iuramentũ nõ obseruãs est infamis: vt. C. de trãsac.
l. si quis maior etiã ipso iure. C. de digni. l. quoties. li. xij. Aut
nõ habet obseruantiã rei, vt cũ quis iurat ita esse, vel nõ esse
& tũc periurum nõ infamat quia continet sub crimine stel-
lionatus: vt. ff. de crimine stell. l. ij. & vlt. de hoc satis not. ff.
de his, qui no. infa. l. Lucius. quidã alij habita ista distinctio-
ne dicũt q si iuramentũ habeat rei obseruantiam, & fiat cũ
solennitate tũc infamat, & aliâs nõ, vt in. l. all. si quis maior.
& hæc videt magis canonica opinio scdm quod no. Hug. vj.
q. j. quicũq;. & istã opinionẽ tenuit Io. de fa. vt no. Arch. xv.
q. vj. authoritatem. tu verò circa hoc aliter distingue qa du-
36 plex † est iuramentũ vnum est assertoriũ aliud promissoriũ.
Assertorium est qd fit re præterita, vel pñti, & qd se habet
ad verũ, vel ad falsum: & istud iuramentũ habet sub se plu-
res species. qñq; eñi dicitur de calũnia, qñq; de malitia, qñq;
de veritate dicenda, vt patet de iuramẽto calũnię. c. j. & . ij. li.
vj. Itẽ aliud necessariũ est, vt in teste: vt hic, & . j. ti. j. per to-
tũ. aliud voluntarium, vt in iuramento delato à parte parti
in iudicio, vel extra: vt. j. de iureiur. c. vlt. Promissoriũ est qd
sa habet ad dandum, vel nõ dandũ ad faciendũ, vel nõ fa-
5 netæ: sed non † in contractibus de quibus deponunt, & tũc consentiat vtraq; pars volentes admittuntur, & si opus fuerit compelluntur, sed vna parere volente, & altera contradicente tunc admittuntur volentes: sed non compellũtur inuiti, neutra autem parte volente nullo modo: vt in auth. de testi. §. quoniam. coll. vij. vbi de hoc per Accursium.

¶ TERTIO quæritur quid in causis criminalibus? Ber. j. c. dilectorum. tenet q siue criminaliter, siue ciuiliter tunc agatur testes non sunt compellendi: sed Host. ibi dicit, q ista
6 † opinio est abijcienda tanquàm viam, per quam Deus offenditur, res publica læditur, proximus corrũpitur, materia delinquendi, & corrũpendi testes ministratur, mẽs vtriusq; iuris peruertitur, obediẽs opprimit, & punitur, inobediẽs, de sua malitia gloriat, nocẽs absoluit, & innocens condẽnatur cõtra iura. ff. de pœnis. l. absentem. j. de simo. licet Heli. §. finali. quia cum accusans sciat quòd non cogetur testis non accusabit timens pœnam Talionis, & hoc contra iura. ff. ad l. Aquiliam. l. ita vulneratus ff. de fideiussoribus. l. si à reo. §. id quod vulgo. infra de sentent. excommu. vt famæ. & facit quod scripsit Inn. j. eo. cum contra. in fine, dicens plus pla-
7 cet q † vbicunq; ex probatione crimina quis consecuturus est, vel sententiam lucrosam, vel vitaturus damnosam sem per cogendi sunt testes: quia tunc peccatum esset in alterius præiudicium tacere veritatẽ accusator enim in probatione deficiens damnosam consequeretur sententiam, pter Talionem, vel extraordinariam pœnam iuxta lecta, & not. j. de calum. c. j. & c. ij. & ideò Inn. j. c. gl. vlt. versi. vel dic generaliter dicit q vbicunq; celare veritatem est peccatũ, ibi testes sunt cogendi. Dic ergo q aut loquimur extra iudicium, &
8 tunc procedat opinio Bernardi: quia † nemo cogitur extra iudiciũ ad infamiam alicuius prosilire. vj. q. j. ex merito. & in c. sequenti. Aut agitur in iudicio indirectè tamen obiecto contra testem, vel procuratorem, vt à testimonio repellatur, vel à iudicio excludatur, & in alijs similibus casibus in

quibus non agitur ad punitionem, licet fama aliqualiter ag-
9 grauetur, & tunc† adhuc procedat dicta opinio: quia tunc
testes non compelluntur, vt. j. c. j. & . c. dilectorum. & quod
legitur, & notatur. de ordine cogn. cum dilectus. in fine. Aut
agitur criminaliter, & directè ad pœnam criminalem impo
10 nendam, & tunc† testes sunt cogendi per prędicta, siue aga-
tur io foro ecclesiastico etiam vbicunq; criminosus pręlatu
ram, vel aliquid aliud admitteret, aut aliâs puniretur, ppter
crimen ar. ff. de testi. l. j. & l. iiij. ar. j. e. c. cum cõtra. & c. super
his. & c. prætereà. & c. cæterum. & c. super eo. & c. seq. & de
iureiur. ad nostram. ij. siue in foro seculari per eandem ra-
tionem. Aduertendum tamen est: quia si agitur in foro secu
lari ad pœnam sanguinis, nec per iudicem secularẽ, nec per
11 iudicem ecclesiasticum clerici† præsertim in sacris ordini-
bus constituti compelluntur ferre testimonium: vt. d. c. sen-
tentiã. nec etiam laici per iudicem ecclesiasticum etiãsi aga-
tur coram iudice temporali Epi qui vtrunq; habet gladium
quia talia non spectant ad eius officium arg. eorum quæ le-
guntur, & notantur in prædicto. c. sententiam. & de immu-
12 nitate ecclesiarum. c. inter alia. sed laici† compelluntur tũc
per iudicem secularem si sunt de iurisditione sua aliâs non.
& ideò iudex secularis nõ posset compellere laicos, qui sunt
de iurisditione ecclesiæ ar. de iudi. at si clerici. & de consti. vt
animarum. li. vj. & sic patet qualiter testes in criminali sunt
cogendi, de quo per Host. de accusa. meminimus. ex quo pa-
tet qualiter possit procedere id qđ no. Inn. j. c. j. dicens φ ad
13 probandum crimen occultum non coguntur testes: nisi† es
set tale crimen ex quo nisi corrigeretur in ecclesia Dei peri-
culum immineret sicut hæresis, blasphemia, & dilapidatio.
Talia enim sine euidenti offensa Dei dissimulari non pos-
sunt. de accusa. qualiter. ij. de hæreti. excommunicamus. & c.
ad abolendam. nam etiam si crimen occultum sit, & sit cri-
mẽ aliud à præmissis: & agatur per viam accusationis testes
cogendi sunt: quia secundum Host. nõ est verum, nec aliquo
iure cauetur, quòd ex quo quis in testem inducitur merito-
rium sit veritatem celare imò contrarium patet. xj. qõ. iij.
quisquis. licet contrarium sit vbi non inducitur in testem.
vj. q. j. ex merito. & c. deteriores. quid autem in causa inquisi
tionis, & denunciationis satis patet ex dictis. & dicetur. j. e.
super his. & tangitur aliquid per Inn. j. c. j.

¶ QVARTO quæritur qualiter testes compellũtur? &
14 dic φ præmissa monitione per censuram ecclesiasticam: vt. j.
e. cum contra. secundum canones, secundum leges verò per
mulctæ indictionem. ff. si quis ius dicenti non obtempera-
uerit. l. j. in prin. vel captis pignoribus. ff. de testi. l. curent. C.
de fide instru. l. iudices. simile insti. de satisda. §. vltimo. & de
excusa. iu. in prin. vt notatur per Host. in summa. eo. ti. §. si &
in Spe. de teste. §. de testium compulsione. versic. sed qualiter
coguntur. & §. qualiter autem. ver. & nota.

¶ QVINTO quæritur vtrum secundum theologos, &
canonistas in extraiudiciali ad testimonium proferendum,
testes sint compellendi. super quo Thomas in secunda. ij. q.
lxx. c. ij. & frater Io. in summa confessorum rubrica de rapto
15 ribus rubricella de testibus. q. clxxxiiij. dicit sic: quia† si te-
stimonium requiratur ad liberandum hominem ab iniusta
morte de pœna quacunq; iniusta, vel à falsa infamia, vel ab
aliquo damno iniusto, tunc tenetur homo ad testificandũ,
plus dicunt quòd si tunc eius testimonium non requiratur,
tenetur facere quod in se est vt veritatem denunciet alicui,
ad hoc possit prodesse. Dicitur enim in psalmo, Eripite pau
perẽ. & egenum de manu peccatoris liberate, & numerorũ
xiiij. Erue eos, qui ducuntur ad mortem & ad Rom. j. digni
sunt morte non solum qui faciũt: sed etiam, qui consentiũt
facientibus, vbi dicit gl. consentire, & tacere cũ possit argue
re. & prouerbiorũ. xxiiij. & de homicid. sicut dignum. §. illi.
vbi dicitur φ qui potuit hominẽ liberare à morte, & nõ li-
16 berauit eũ occidit. Dicunt tñ φ super his, quæ pertinẽt† ad
condemnationem alterius nõ tenetur aliquis ferre testimo-
niũ nisi cum à superiore compellitur secũdum ordinem iu-
ris: quia circa hoc si veritas occultetur nulli ex hoc speciale
damnũ nascitur, & si immineat periculum accusatori non
est curandum: quia ipse se in in hoc periculum ingessit. alia
autem ratio est in reo, cui periculum imminet, etiam eo no
lente, & satis concordat his Raymũdus in summa sua. ti. de
testi. §. xl. testis. & Astensis in summa. ti. de falso testimonio.
ar. li. v. sed nunquid licet homini testimoniũ ferre de cõmis
sis sibi? dicunt Tho. vbi. s. arti. ij. & frater Io. vbi supra. q. se-
quẽti. vtrum liceat, & frater Astens. vbi supra. φ de illa quæ
17 sunt† homini commissa in secreto confessionis, si nouit ea
tantùm per viam confessionis, nullo modo debet testimo-
nium ferre: quia vinculũ sacramenti est maius hominis prę
cepto. circa verò ea, quæ committuntur homini sub secre-
to aliter quam per confessionem si sunt talia quæ statim vt
nouit ea manifestare tenetur? vt si pertineant ad correctio-
nem multitudinis spiritualem, vel corporalem, vel etiã gra-
ue damnum alicuius personæ, tunc per secreti commissum
obligari non potest quin de his testificetur, vel ea denun-
ciet: quia aliter fidem frangeret, quam alteri debet. si verò ta
18 lia sint† quæ quis prodere non tenetur. bene potest obligari
ad celandum ex hoc quod sibi committitur, & tunc nullo
modo tenetur ea prodere etiam ex precepto, etiam superio
ris: quia celare ea tenetur de iure naturæ. s. quod no est prę-
latus secundum eos.

SVMMARIVM.

1 *Veritatem celare piaculum esse & quid in causa capitali. nu. 2.*
3 *Testes in subsidium omni modo cogi, & vlicius hoc loco quis sit. nu. 4.*
5 *Omnes ad verum dicendum indistincte cogi. & nu. 6. & quando cogen-*
di sint. nu. 7. 8. & 9.
10 *Sententiam probare ad probationem excommunicationis an satis sit.*

CAP. I.

CAusam matrimonii. ¶ Casus. In
causa matrimoniali cogendi sunt testes, &
dirigitur ordinario, videlicet papieñ. electo
fortè: quia plus timebatur: nam & delegati
non possent. ar. s. de offi. delegati non possent. ar. s. de offic.
dele. prætereà secundum Vinc. & Abbatem. ¶ Expone lite-
ram *ab vtraque parte.* vt in iudicijs seruetur ęqualitas. j. de iu
di. l. licet. li. vj. *assertionis.* id est ad faciendum fidem de eo qđ
asserit. & idem verbum de causa possessionis pro ecclesia.
versicu. parte *occultant.* subtrahendo se à testimonio ferendo
per Inn. *odio.* & intelligo eos taliter semper se subtrahere qñ
non põt veritas aliter aperiri maximè in ciuilibus, vbi quis
1 proprium interesse prosequitur: quia† tunc peccatum est ce
lare in damnum proximi veritatem. xj. q. iij. si quis metu. qđ
tñ verum est, nisi hanc præsumptionem alia elidat: puta q
sit religiosus, & ideò magis vereaᵗ iurare, vel alia consimilis
2 causa. In criminibus† aũt & vbi non est peccatũ celare veri-
tatẽ nõ præsumo eũ qui non vult reddere testimoniũ taliter
subtrahere se, & idcirco non est cogendus nisi manifestè ap
3 pareat malitia eius, vt. j. e. peruenit. Item† dicimus φ in ci-
uilibus, & in criminalibus causis in quibus nõ coguntᵗ testes
se non subtrahunt gratia, odio, vel timore tñ si deficiũt aliæ
probationes cogẽdi sunt, vt. j. e. peruenit. ij. scdm Inn. nã vt
dicit Host. eo casu cõpelleretᵗ clericus. xiiij. q. ij: quanquã. qui
aliter nõ cogitᵗ. ij. q. vj. statuendũ. nec obstat φ prohibitũ sit
iuramentũ sine quo testis nõ deponit: quia id verum nisi in
casibus quorũ iste est vnus scdm eũ. de quo scripsi plenius. s.
e. in rub. & j. e. dilectorũ. timore. his modis etiã iudices eorũ
puniuntᵗ, de quo. s. ti. proxi. quoties nũcio. qui hic notatᵗ nũ-
4 cius† alibi vocatur executor, adiutor, vel cognitor quẽ põt
iudex ad certũ arti. deputare. de off. deleg. super quęstionũ. §.
j. & §. verũ. Nouel. & intellige de nũcio publico, super quo
vide. s. ti. j. si qui. sic intelligit hoc verbũ nũcio Archi. de psᵗ.
si tibi super verbo notificata, & probatᵗ. j. de iud. mulier. lib.
vj. sed dic, vt notatur. in. c. si quis alleg. scdm Collect. qui de
materia compulsionis testium recitat dicta Cyni. C. de
testibus. l. si quãdo. in prima quæstione, & aliqua de scriptis
per me

per me.s.e.in rubric.&.j.e.dilectorum.&j.e.c.in.j.q.
¶PRIMO quæritur qui testes compellendi sint ad per-
hibēdum testimonium veritati.& licet quoad hoc satis de-
berent sufficere quę sub breui summula scripsi.s.e.sub rub.
in tribus primis quęstionibus:tamē propter scripta hîc per
Inn.nolui eandem quæstionem repetere.refert Inn.opinio-
5 nes.Prima opinio † habet omnes indifferenter cogēdos per
legem si qñ.C.e.Secunda illos solos cogendos,qui iactant se
scire veritatem.Tertia habet eos in defectum probationis
alterius compellendos,ne pereat,quam celari peccatū est,vt
d.c.quisquis.&.xiiij.q.ij.quanquàm.&.j.c.peruenit.ij.Quar
ta habet,q secundum leges in omni causa coguntur.j.e.sn-
per eo.pręter priuilegiatos de quibus.ff.eo.inuiti ij.sed se-
cundum canones in causa criminali non coguntur.j.e.c.pe.
sed in ciuili,& dum ciuiliter agitur de crimine bene cogun-
tur.j.e.peruenit.&.c.vltimo.&.c.super his.&.c.cum contra.
hoc addito q in causa inquisitionis coguntur.j.e.super his.
& in causa denunciationis.j.de simo.licet heli.& etiam in
causis spiritualibus:vt hîc,&j.e.cęterum.¶ Quinta opinio
6 quę videtur placere Inn. † habet,q generaliter vbicunq; ce-
lare veritatem est peccatum ibi cogendi sunt testes:quia in
testem inductus peccat mortaliter,nisi reddat testimonium
ergo est cogendus ar.ij.q.j.si peccauerit.xxij.q.v.hoc vide
tur.& ex hoc infert Inn.q in causa inquisitionis testes sunt
cogendi:quia peccatum esset si ageretur contra aliquem dif
famatum,*inquirendo*.de aliquo crimine inquirendo nisi indu
cti testes veritatem deponerent:quia peccatum est sustine-
re infamem personam in aliqua dignitate.xxv.dist.primum:
vt patet.j.e.super his.Secundò infert q cum agatur ciuili-
ter, instrumentum de falso,vel aliter agendo quem ciuiliter
non ad pœnam:sed ad commodum pecuniarium consequē
7 dum,vel † damnū vitandum,cogendi sunt testes argu.C.de
fal.l.vltima.&.j.e.cum contra.& idem si testes subtrahant,
siue ciuiliter,siue criminaliter agatur:quia tunc testes eadē
ratione cogendi sunt:vt dictum est supra.& idem eadem ra
tione si testes ipsi se subtrahant maliciosè:vt.j.eo peruenit.
8 ij.&.c.cum contra.habet † etiam eadem opinio quòd vbi ce
lare veritatem non est peccatum:vt scilicet quando agitur
criminaliter,vel etiam ciuiliter.s.excipiendo ad pœnam tā
tum non sunt testes cogendi:quia ibi celare veritatem non
est peccatum:sed meritorium puta celare crimē fratris:vt
d.c.si peccauerit.Fallit primò si perseueraret in crimine ar.
xxij.qō.v.hæc videtur.& secundò,vbi esset crimen,de quo
etiam occulto esset periculum,sicut hæresis,& dilapidatio-
nis:nam,tuncetiam super occulto cogendi essent:quia talia
sine periculo dissimulari non possunt de accusat.qualiter.j.
xxij.q.ij.si quis per capillum.& idem no.per Inn.de simo.li-
9 cet hely.in fine primę gl.item dicit Inn.testes cogendos † cū
super fama,vel infamia agitur,vt.j.e.super.item cum agitur
contra condemnatos de crimine:quia cum per sententiam
factum sit crimen notorum,peccatum est illud celare:de co
habit.cleri.c.tua.& idem secundum eum,si dicatur excom-
municationis sententia lata in eum:quia hoc non est crimē.
cum potuerit excommunicari etiam sine causa.j.de sent.ex-
com.c.inquisitionis.& eadem est ratio in alijs casibus simili-
bus secundum eum.si tamē diceretur excommunicatus ipso
iure,puta propter manuum iniectionem in clericum,tunc
quia oportet primam probari:non sunt testes cogendi,nisi
in casu qui est infra.c.peruenit.ij.vel in alijs casibus,vbi es-
set peccatum celare veritatem:vt dictum est supra:& idem
dicendum est si sententia excommunicationis sic sit lata ex-
communico te nisi solueris decem ratione prædicta:quia
tunc non sufficit probare sententiam nisi probetur crimen
scilicet eum cessasse in solutione quamuis posset responderi
quòd vbi sit probare sententiam nisi aduersarius probet cō
trarium de quo tamen plenius notatur.j.de accusa.c.inqui-
sitionis.&.c.super his.secundum eum sed dic verius vt scri-
psi.s.eo.super rubrica,& dicam fortè latius.j.e.dilectorum.
Collectarius multùm impertinenter quærit,vtrum si obij-
citur testi,quòd est excommunicatus,& probatur contra
eum,quòd lata fuit in eum excommunicatio nisi certa die
solueret infra certum tempus nunquid sufficit probare sen
10 tentiam.Dicunt Inn.& Host.quòd † sic:nisi probetur con-
trarium,scilicet eum satisfecisse:sed contrarium videntur
ipsi notare de accus.super his.q etiam ipse Inno.& Nouella
de clerico excommunicato ministrāte.proposuit.sed ibi lo-
quuntur ad opposita contra electum:vt ab electione repel-
latur,vbi sunt notoriæ probationes clariores:secus si ad de-
bitum repetendum:vt notatur per eos in.c.super his.allega
to,& fortius ad testem repellendum:vt hîc secundum Coll.
Item quod dicit Host.qualitercunq; agatur de crimine cu-
riam non dare literas contra testes,est verum in remissione
quæ datur ad partes,aut contra laicum secundum Collecta-
rium,qui de modis testes compellendi refert aliqua ibi not.
s.e.in rub.¶ Supple glossas.In glos.vltima ibi *ad personas*.vel
fœminæ.de iud.c.ij.li.vj.& in fine.vel illud cum absens testi
ficari vult per literam,vel scripturam.

SVMMARIVM.

1 *Vocatum negotijs implicitum,etiamsi non sistat excommunicatum non esse.nu.2.& 4.Limita,vt nu.3.& quod in dubio.nu.6.& 7.*
5 *Edicto omni iustam causam inesse.*
8 *Testes diebus.xv.retineri posse,& cur.*

CAP. II.



CVm super.¶Cas.Per suspensionis,
excōmunicationis,& de-
positionis sententiam cogendi sunt testes,&
primò præcipit.secundò punit ibi *si verò*.
tertiò aggrauat,ibi *& si*.¶ Expone liter *ne-
cessarium*.quia per alios veritas non poterat liquere:& ideò
erant compellendi secundum Goff.vel expone,id est vtile,
seu expediens,& est simile quod no.in cle.j.de procurat.cir
ca principium vltimæ glossæ *præsentem*.expensis producen
tis.de rescriptis.c.statutum.§.penult.li.vj.*suspensos*.nota hîc
ad ea,quæ not.s.de procur.querelam.Dicebat tamen Vin-
centius,hoc ideò esse quia in citatione fuit expressum ali-
ter non puniretur prima contumacia.*venerius*.in secundo
termino in eodem citatorio assignato excommunicationis.
Host.sic legebat dicens,quòd assignauit secundum terminū
in quo si non venirent voluit illos esse excommunicatos,&
demum si non venirent in tertio comminatur.
¶PRIMO quæritur occasione glos.vltimę,pone iudex
excōicat citatum,nisi in termino comparuerit,qui iusto im
pedimento detentus non potuit comparere.quæritur vtrū
sit excommunicatus,& indigeat absolutiōe,vide hîc not.in
gl.vltima.& quæ addam super gl.illa Laurentius.iiij.q.v.c.j.
1 dicit q † non ar.infra de pigno.significante.&.ff.de solutio-
nibus.l.si seruus.& idem videtur hic tenere Bernardus pro
eo,quòd præceptum impossibile non ligat.ff.quæ senten.si-
ne appella.rescindantur.l.Paulus.& hoc quoad Deum quia
ecclesia illud impedimētum ignorat,& ideò exposcit quòd
doceat de illo,& tunc absoluetur sine difficultate de sentē.
excommu.sacro.sed Io.Fauentini,& Bartholomęus Brixiē.
tenent contrarium dicentes quòd absolueretur sine expen-
sis.Host.verò dicit q si Papa tulit talem sentētiam omninò
ligat de officio dele.ex parte.ij.nec est nostrum eum repræ-
hendere.ix.q.iij.aliorum.sed si inferior eam tulit:tūc aut de-
tinetur impedimento commoditatis,vt quia non potest ve
nire sine damno suo temporali;vt.ff.de iudic.l.si longius.&
tunc est ligatus.tamen probato impedimento commodita-
tis:vt quia non potest venire sine damno suo temporali:vt
ff.de iudi.l.si longius.& tunc est ligatus tamen probato im-
pedimento:nisi iusta causa esset expressa in citatione pro-
pter quam debuisset dimittere negotia propria sine difficul
tate debet absolui,vt dicit Bernardus hîc aliàs debet satis-
2 facere argumen.prædicto.c.sacro.Aut † detinetur impedi-
mento facti,& tunc nec est ligatus,nec absolutione indi-

get: quia nec ipsum potuit iudex ad impossibile obligare, &
si hoc intendebat snia continebat manifestum errorem, &
sic erat nulla ipso iure: vt. s. de offi. dele. c. cum contingat. de
sent. exc. per tuas. in fine. nec talis eget absolutione: sed suffi-
cit, q relaxetur solũmodò nudo verbo. ar. j. de solut. Odoar-
dus. scdm eum. dicit autem hic Henricus q hęc quæstio ho-
die est expedita. j. de sent. exc. c. venerabilibus § idem est. li.
vj. secundum Archi. ibi remittens etiam ad not. Inn. & Ho-
stiã. s. de offi. delega. c. Pe. & G. Adnerte: quia magna est fa-
cienda differentia vtrum iudex citatum, & non comparen-
tem in termino contumacia accusata † eum tanquam contu
macem excõicet: quia tunc tenet excõicatio eo q lata est à
iudice suo dispositiuè, & etiam ex scientia certa, talis enim
timenda est: quia tenet. xj. q. iij. sententia. & qđ leg. & not. in
d. c. sacro. & in prædicto §. idem est. An verò in ipso citato-
rio, nisi in termino comparuerit excõicet: quia tunc debet
distingui: quia aut allegatur, & probatur pro parte excõmu
nicati tale impedimentũ, de quo est certum de iure, aut etiá
verisimile, q iudex non debuerit, seu non voluerit mandare
4 citare, q in tali casu coram eo compareret, & tunc † non cé
setur ligatus, nec absolutione egeat: quia tunc sub mandato
comparendũ de futuro ille casus de iure nõ censeť cõtineri.
ar. de iure in. c. quẽadmodũ. & e. ti. c. j. li. vj. & de off. vica. c. si.
5 & de reg. iur. c. in gñali. e. li. In quolibet † eñ edicto iusta cá
excipiť. de sen. exc. de cętero. & c. quamuis. xj. q. iij. excellẽtissi
mus. & c. qm multos. ff. si quis cau. l. ij. de iuri. om. iud. l. si qs
id quod. ex quibus cau. ma. l. j. qui sa. cog. l. finali. & quod legi-
tur, & notatur. de elect. c. vbi maius. in princ. & in § primo.
versi. illis tamen in verbo suggerit. Aut est certum, vel veri-
simile de contrario, & tunc secus, & iste casus est clarus. Aut
6 est dobium, & † tunc debet ecclesia viam magis securam in
huiusmodi dubio recipere, & illum pro excommunicato ha
bere. de homicid. ad audientiam. cum concordantijs ibi si-
gnatis in gl. ij. at. s. de elect. c. venerabilem. ante finem. versic.
idem etiam. vide tamen circa hác materiam quod notat gl.
7 de solu. c. Odoardus. Collect. refert Host. tenere † in summa.
de sent. excommunicationis § qualiter. circa principium. q
per verba ista si non veneritis, sciatis vos &c. suspẽsis, & ex-
communicationis sententiam ferri arg. j. de appell. præter-
eà. licet Goff. contra de hac materia no. in Spe. de citatione.
§ iam de citatione. circa finem. sed vide, quæ ple nius scripsi
circa hoc de iudicijs. c. j. ¶ Supple glossas. in gl. ij. ibi, *iurando*. si
8 non deponendo, possunt enim † teneri à iudice per. xv. dies
si non vltra. C. de testi. l. penul. secundum Vinc. vel saltem ve
niant tali hora quòd deponant ieiuni. xxij. q. v. honestum. s.
ti. j. c. j. in gl. iij. in fine. & de sent. excom. constitutionem. ij. ar
ticulo. li. vj. In gl. vltima. ibi, *intelligatur*. idem Vinc. & ibi, *non
potuit*. hæc quæstio notatur. iij. q. v. c. vno. in glos. sed pone. &
in Speculo de citatione § penult. ad finem. & facit quod no-
tatur j. de solut. Odoardus. & quod scripsi de offi. deleg. P. &
G & videtur expeditum de sent. ex c. c. venerabilibus § idem.
secundum Nouellam. sed dic vt scripsi. s. e. c. in quęstione. &
ibi, *si prætor* § Marcellus. & aliàs. est lex, & incipit si per dolũ.

SVMMARIVM.

1 Testem timidum etiam in capitalibus cogi, & omni caussa in subsidium numero. 2.

3 Deperditam veritatis dicendæ caussa acceptam pecuniam repeti nõ posse verum est.

4 Veritatẽ non liquere ad testium coactionem vter ex litigatoribus probet. & numero. 5.

6 Impediens regulam limitationem probet.

CAP. III

SVper eo. ¶ Cas. Qui timore aduersę partis se subtrahit testificari compellitur, & in prima decisa consultatio, in secunda responsio ibi, *consultationi*. in qua distinguit, & secundum mẽbrum prosequiť. ibi, *verum*. cuius risum moderatur ibi, *nisi*. & demum quæ-
rentem instruit, ibi *licet*. ¶ Expone literam. *factum*. i. delictũ,
vt pleriq. enim contractus non sunt notorij, vt dicam de co
habi. cleri. vestra. probationem, nec purgationem de purga-
tione canonica. c. vlti. *conuenitur*. i. accusatur, & sic patet q in
criminalibus coguntur testes, ideò j. e. dilectorũ. *interfuerunt*.
quasi diceret oportet testificari de visu, & non de auditu. *au-
ditum facto*. i. delicto commisso timore non dicit amore secun
1 dum Abbatem, & per hanc † literam dicit Inn. testem cogẽ-
dũ in criminali si timore, vel aliter maliciosè, per partẽ ad-
uersam à testimonio retrahatur. j. c. proximo. idem Pe. pas-
2 sim. quasi diceret non facta † distinctione inter ciuiles, & cri
minales possint aliter probari, vel alius non impediatur per
aduersarium. vel non, aliàs etiam secundum leges sunt mo-
nendi. ff. de ta. exhi. l. locum § exhibere. Host. *humani*. i. ciui-
lis de iuramento calum. c. j. versi. prętereà. Collect. quærit si
3 perdat pecuniam † testis, vt deponat veritatem, quam mo-
uit, nunquid potest repetęre? videtur q non, tanquàm cor-
ruptor. ff. de condi. ob turpem causam. l. ij. sed contra. xiij. q.
v. non facit. dicit Collect. q potest repetere, si non dedit anĩ
mo corrumpendi: sed suam iustitiam conseruandi de simo. di
lectus. secundum Goff. & Host. & simile no. per Io. & Arch.
in prędicto. c. non sanè. ¶ Supple glossas. in gl. ij. ibi, *necessa-
ria est*. & etiam citatio secundum Tanc. & Vinc. in glo. iij. ibi
sunt cogendi. similis expositio. de spons. requisiuit. & ff. de tab.
exhi. l. locum § hoc interdictum. & § exhibere. Host. in glos.
seq. si quis. ibi compellitur. Idem Vinc. & Phi. s. eo. c. primo.
& Alanus hic. Damasus hic autem format hanc quęstionẽ:
sed illam non soluit, sed subdit aliam, scilicet cum actor di-
cit veritatem per alios liquere non posse: cuius sit probatio
4 † an ipsius, an rei dicentis per alios liquere posse, dicit quòd
actoris, quia etiam excipienti negando incumbit probatio
de renũc. super hoc. si enim diceret, quòd incumberet testi,
qui producitur esset res in circuitu, si quilibet testis proba-
ret per alios rem posse liquere probet ergo actor. facit de eo
quod certo loco. l. non vtiq; § j. in contrarium allegat: quia
qui dicit per alium nõ posse liquere excipit, probat ergo. ff.
de probat. l. in exceptionibus. & ponit affirmatiuam, & sic
probare debet. vj. q. vlti. actor. de causa possess. cum ecclesia.
de probatio. ad nostram. Dicit Collectarius quòd actor ad
suam negatiuam non debet eum probare: tum quia negat:
tum quia hoc scire non potest, cum attestationes sint clau-
5 sę tu verò stes † cum gl. qualitercunq; propositio fieret: quia
aliter esset titulus iste ludibrio, & sine effectu, quod esse nõ
debet. C. communia de legatis. l. ij. in fi. & de elec. c. cũ ipsam.
§ porrò. li. vj. nam ista negatiua, quod nõ potest liquere per
alios nullo modo arctata natura sua est improbabilis. C. de
accus. l. actor. canonisata. vbi. s. & de elect. c. bonæ. cum ergo
regula faciat contra testem deponere recusantem, & contra
partem impedientem: vt patet ex his, quę scripsi. s. e. in rub.
6 & quę dicam j. e. dilectorũ. qui † vult effectum huius regulæ
impedire probet specialitatem aduersus regulam, & ibi, *&
sic seruatur*. standum est ego huic interpretationi consuetu-
dinis secundum Phi. *& in fine*. Petrus dicit, q probat actor,
quòd aduersarius subtrahit, & quòd hoc probato testes cõ-
pelluntur in odium ipsius subtrahentis: sed ad veritatẽ hoc
esset arctare nimium producentem cum probatio subtra-
ctionis sit plerunq; difficilis vltra modum.

SVMMARIVM.

1 Die ad testes producendos dicto, an instrumenta proferri possint.

2 Præsumptionis iuris factum probari oportere.

3 Probationis subtractę conuictus malam caussam agere videtur, nisi præsumptionem tollat.

4 Subtractoris probationum pœna.

CAP. IIII.

PEruenit. i. ¶ Cas. Compellitur testis fraudem illius detegere qui probationis copiã aduersario subtrahit: circa quod vide quę scripsi de postulá. c. j. in j. q. post princip. & in prima parte ponitur facti

facti narratio,& in secunda iudicis instructio ibi: *nos igitur.*
Vel communis diuisio,in prima narratio,& in secunda de-
cisio causam decisionis præmittens ibi.*nos igitur.*& respõsio-
nem subdens ibi *respondemus.* ¶ Expone literam *accusatum.*er-
go criminaliter agebatur Host.ducendus.& de quo certum
erat q veritatem criminis nouerat Host.*Continentur.*ff.de fi.
de instru.l.j.& de verb.signi.l.notionem.§.instrumentorum.
1 dicit † tamen hic Pet.in termino dato ad producenda instru
menta non produci testes cum illa producantur post pu-
blicationem attestationum.j.ti j.cum dilectus.sed ista ratio
non valet:quia ante produci possunt licet,& tunc possunt
ar.optimum.j.de verb.sig.c.sępe cõtingit.post medium.vers.
eo saluo q vbi per quem iunctis alijs.s.proxi.alleg. puto q
dictum illius non procedat *experiri debet.*pœna docente *con-
tinentur.*Idem verbum de testi.in iote.c.j.li.vj.Iuxta hanc de-
cretalem quæri posset nunquid ille qui subtrahit malitiosè
aduersario suo probationem ex hoc solo habeatur pro con-
uicto?Host.hic dicit q sic:sed Vincen.tenet contrarium si
aliâs habeat iustam causam.& idem innuunt Ber.& Inn.di-
centes q talis ostendit se præsumptiuè malam litem fouere,
vnde circa hoc distinguit Henricus dicentes q si talis nõ sit
plenè conuictus de huiusmodi substractione fraudulosa,
tunc nõ habetur pro cõuicto,nec præsumitur contra ipsum in
2 negotio principali;quia licet † præsumptionem probare nõ
oporteat eo q vis ipsum inducit:tñ factum ipsum ex quo
resultat præsumptio probari oportet.s.de elect.cũ inter.R.
seniorem.de probat.c.iij.&.j.de præsumpt.c illud.&.c.ter-
tio.Aut de hoc est conuictus ad plenum,& tunc bene facit
3 † præsumptio contra talem quòd foueat malam causam,&
sic procedit opinio Ber.& Inn.etiam super causa principali
pro conuicto habetur,si non ostendit claris, & euidenti-
bus documentis iustitiam causæ suæ,& sic etiã procedit opi-
nio Host.ar.C.de pœ.iud.qui ma.iudi.l.j.&.C.de probat.l.si
de possessione.sed si claris,& euidentibus documentis ostẽ
dit iustitiam causæ suæ non habetur in ea pro conuicto: sed
in sua iustitia audietur,& sic procedit opinio Vinc. cum.ij.
4 pro † motu iudicis ex hoc sit extraordinariè puniendus. vt
hîc in ver.& experiri iniquum esset ipsum alia pœna.l.amis-
sionis causæ,& sic duplici pœna puniri:vt.s.de iud.at si cle-
rici.ar.j.de cleri.ægro.ex parte.ff.de offi.præsi.l.dudum.secũ
eum. ¶ Supple gl.in gl.iij.ibi præsumptiuè.adde non tñ eo
ipso litem admittit,si bonã causam habet Phi.& dixi in ex-
positione in gl.vltima.ibi fraude reuelata quasi diceret,si ha
beret alium testem vinceret ad hoc.C.de probat.l.si de pos-
sessione.quod non credit Vinc.sed fortius secundum eum
defertur tunc iuramentum.s.de procura.c.ex insinuatione.

SVMMARIVM.

1 *Delicti notione quem de foro ecclesia efficit:& c.peruenit.ij.decidendi ratio.nu.2.& id,quod interest,quo modo hic accipiatur.nu.3.*
4 *Iureiurando clericos delicti non probare abrogatum fuisse.*

CAP. V.

PEruenit.ii. ¶ Cas. Super probanda iniuria clerico illata co-
gendi sunt testes.commonis diuisio,secũda ibi
cõsultationi ¶ Expone literam *commisisse.*quo
casu si laicus laboret infamia,aut purgat se,
aut absoluatur ad cautelã,aut vitatur,vt ex-
cõicatus.j.de sent.excõicationis.cum desideres.§.ij.Host.sed
in eo qd dicit de absolutione ad cautelam videtur obstare,
quod legitur,& notatur de senten.excõicationis.solet.li. vj.
secundum Collect.*& infra.*i.quæris an sint cogendi de re-
bus.i.negotijs.& sic bene respondet consultationi directæ.
5 cum † hoc sit negotium ecclesiasticum ratione personæ lęsæ.
xj.q.j.§.ex his.&.j.de verb.sig.super quibusdam.*clerici.*maxi-
mè dummodo gratia,vel odiosè subtrahant.s.c. primo all.
vel intellige hoc quoad priuilegiatos iuxta illud quod scri-
psi super rubrica,& super.c.primo.secundum Hostien. vel
6 † hoc inductum fauore clericorum,& ne laicorum iniuria
remaneat impunita secundum Inn. ¶ Supple gl. In glo.j.ibi
vel dic secundum Inn.à tempore cuius fuit hæc glos.secun-
3 dum Nouellam,& ibi *interesse.*puta † ad impensas factas, &
operas obmissas secundum Pe.& Abbatem,*& in fine.*in au-
4 then.subiungebatur quòd si † clerici iniuriam probare non
possent staretur eorum iuramento:sed quia continebat ini-
quitatem fuit remotum per quod arguit Host.de intentio-
ne Papæ fuisse testes esse cogendos.

SVMMARIVM.

1 *Testes quibus casibus cogi nequeant:iure tamen scripto eos omni caussa & casu cogi.nu.2.*
3 *Leniores probationes ad tollendam præsumptionem sufficere.*

CAP. VI.

CAEterùm. ¶ Cas. Consanguinitate probanda cogendi sunt
testes ¶ Expone literam *Consanguinitate.*nota
in spiritualitate testes cogendos.s.e.c.j. Inn.
& procedit hęc glossa quando agitur ad ma
trimonium disiungendum probatur consanguinitas:vt.s.ti.
1 primo.cum in tua.si verò ad † successionem, vel tutelam de-
ferendam,aut iudicem recusandum,vel his similia:tunc ces
sat gl.Nouella.*non dubitatur.*sic alibi dicitur nec Pomponius
dubitat.nec nos dubitamus.ff.de tributo.l.procuratoris.pri
mo responso.*ius scriptum.*dicens generaliter quemlibet cogẽ-
dum qui se subtrahit gratia,odio,vel timore.s.c.j.&.ij.Gof.
2 Dicit † autem Host.ius scriptum dicens indistinctè testes
cogendos indistinctè sumendum esse de priuilegijs.quia cir
ca.ergo in omni causa spirituali.s.c.primo.&.j.c.proximo.
& ciuili.xiiij.q.ij.quanquàm.ac criminali.j.c.super his.&.c.
sequenti.sunt cogendi secundum eum. ¶ Supple Glossas.in
gl.tertia ibi dictum est supra eo.c.primo.&.c.super eo.in gl.
penultima,& vltima,*& in fine.*Alanus dicebat quòd necessa
3 ria erat probatio si propter talem † præsumptionem suffi-
ciebat lenior,dixi in prędicto.c.super eo.super gl.vlti.

SVMMARIVM.

1 *Testes synodales non,nisi in subsidium,cogi:id tamen sine iuramento. fit numero. 4.*
2 *Intellectus.c.præterea.multiplex.& quis verior.nu.3.*
5 *Denunciandorum delictorum quibuscunque ius esse.Declero,vt nu.7.*
8 *Officiales officio suscepto diffamatos denunciare,& testificari non posse:ante susceptionem verò quid iuris,hac decret.rescripti non fuisse .numero.9.& 10.*
11 *Synodales testes qui:& incontinenti se corripere,quo modo accipiatur & an tum testi fides detur.n.12.& si testis sese mox corrigat,quæ iudici obseruanda sint.numero.13.*
14 *Testationem testi statim augere liberum esse.*
15 *Varians,contradicens,& vacilans qui dicantur:& an probẽt,vel puniri possint,arbitrarium esse nu.16.& 28.*
17 *Vocis,incontinenti,varias esse acceptiones:easdemq; ad dictionẽ,confestim extendi.nu.18.*
19 *Metu elegisse se dicentibus credi:& quibus rationibus eorum testimonia eleuentur.nu.20.22.23.& 24.*
21 *Testi varians quo casu resellatur.*
25 *Incontinenti facta quæ censeri debeant.*
26 *Iusiurandum res fideliter gerenda ad omnes iurantes extendi.*
27 *Iudicio mutato,cautione alia opus esse.*

CAP. VII.

PRæterea. ¶ Cas. Testis synodalis,qui super matrimonio corã or-
dinario deposuit corã delegato,sup eo iurare
nõ cogitur.hoc primo ꝑpter superuenientẽ
autem infamiam à testimonio repellitur hoc
secundo.potest tñ si errauit incontinenti non ex interuallo
dictum suum corrigere hoc tertio.secunda pars ibi *huius ve
rò.*tertia ibi,*quorum testimonium.* ¶ Expone literam coram te.
*institutia sede suo capitulo.*fortè vacante sede.j.de hæret.ad abo
lendam.primo responso.vel habebat hæc consuetudo præ-
scripta secundum Vincen.& concordat.s.titu.primo.Albe
ricus *testimonium.*dicit Innocentius,quòd ista propriè non

repręsentat officium testis, sed officialis, vel denunciatoris
allegat Host. C. de accus. l. ea quidem. ff. de rebus eorum. l. ma
gis puto. §. cuius officio. *compelli*. dicit Inn. q hoc intendit q
1 si testes synodales semel † iurati denunciauerunt id qd secdm
Christianitatem, vel bonos mores intellexerunt fieri in ma
trimonio, vel alijs, posteà cogi non debent super eodem te-
stimonio dicere in publico nisi qñ alij testes super eo ne-
queũt inueniri, & hoc ideò ne per redditionem testimonij
sibi plures inimicos acquirant, vel dic q testimonium prę-
stabunt: sed non iurabunt secundum eum, & in hoc vltimo
concordat gl. sequẽs Nouella *iuramentum*. hæc est mens lite-
2 teræ secundum Host. q testis synodalis, qui semel † testimo-
nium suum tulit à modò nõ cogitur super eo iurare, nec te-
stificari, dummodo aliter fides fieri possit aliâs compelleret
testificari: sed non iurare, nisi fortè nouus sit articulus non
compręhensus sub primo iuramento, quo casu compellitur
non solum testificari: sed etiam iurare, & sic legitur secdm eũ,
& bñ & sic videtur sensisse gl. secũdũ Nouellã. Dicebat tñ
Goffr. alternatiuè, q hoc intelligi posset in casib⁹ in quibus
datur optio parti cõtra quam recepti sunt testes secdm de-
cre. s. tit primo. cũ causam. & c. præsentari: quia si eligat eos
iterũ deponere: non tamen iterum iurabunt. Plus enim pla-
3 cet, vt prędixi: sed † dñs Martinus de salua tenent literã, put
iacet, & vltra dicit q in casibus, in quibus testes synodales,
vel alij quicunq; propter alium finem, vel propter aliũ agẽ-
di modũ tenentur de nouo deponere, tenentur etiem de no
uo iurare erg. s. ti. j. c. veniens. & c. cum in tua. & hoc magis
credo: quia iuramentũ inest ipsi depositioni. s. ti. j. in nomi
ne. nec illud, quod fuit præstitum propter primam deposi-
tionem ad certum finem, & secdm certum modum procedẽ-
di non potest extendi ad aliam depositionem quæ posteà
ad alium finem, & secundum alium modum procedẽdi fie-
ret quia iuramentum non extenditur ad futura. j. de iureiu-
rando. clericis. & c. veritatis. & quod hîc notatur in gl. iij. nec
4 etiam ad inexcogitata. j. de iureiurãdo. c. j. li. vj. si eñ † inter
easdem partes, & ad eundem finem, & secdm eundem modũ
agendi, & super eodem articulo deberet testis synodalis, vel
quiuis alius iterum interrogari, & rñdere, siue deponere fa-
teor tunc q non tenetur iterum iurare: quia eadem iuramẽ-
ta semel præstita reiterari non debent ar. d. c. veritatis. aliter.
s. per testimonium receptum coram ordinario, *nouo*. qui nõ
continebatur sub primo iuramento eò, q nõ pertinebat ad
officium denunciandi, puta hæreditatis. j. qui filij sint legi-
timi. c. j. vel dotis j. de donat. inter virum, & vxorẽ. c. iij. secdm
Host. cui non placet exemplũ, qd ponit Inn. de adolterio *pu
blici*. sic dicti, quia rei publicæ seruiunt coius interest ne ma-
leficia remaneant impunita de sen. exc. vt famę *infamiam*. in-
famis repellit à testimonio: vt hîc, & . s. ti. j. licet. ij. & . xxxv. q.
vj. Eps. *à denunciando*. vt in gl. ¶ Opponitur ibi, *non debent cõ-
5 pelli*. de. c. si peccauerit. ij. q. j. vbi videtur q † mandatũ de de-
nunciando delictum proximi omnibus factum est tam infa
mibus, quã alijs: quia magis videretur remouẽdus, qui ante
officium est infamis, quã qui post. solutio dic quòd ista est
ratio, quare potius repellitur, qui infamiam post contraxit:
quia super infamia procedente videtur dando officium dis
pensari: qa semel approbatus reprobari nõ potest. xxxij. q. v.
horrendus. ff. de procur. l. Pomponius. sed si post officium as
sumptum aliquid committat grauius est, quâm in anteà ar.
xj. q. iij. pręcipuè. & . j. de voto. magnę §. j. idcisco plus posteà
quã enteà repelluntur, vel dic q ideò non vult valere testi-
monium talium, si posteà incurrunt infamiẽ: quia hoc testi-
moniũ reddũt ratione offici, & ppter hoc magis credit eis,
quâm alijs, & indignũ esset q infames officiales haberet ec-
clesia, vel dic q infamis potest reddere testimoniũ sicut qli-
bet alius: sed non sicut testis synodalis. vel dic q testis non
admittitur ad testificandum: vt hîc, & . ij. q. j imprimis. & . s.
ti. j. ex parte. j. rñso. ver. si. sed bene admittitur ad denuncian
dum secundum Inn. quod dic, vt no. s. ti. primo in omni. &
per hoc solutum est ad lecta, & nota. in. c. si peccauerit. alle-
gato: sed nunquid procedit de iure, quod prædictum est, vi
delicet, quòd crimen commissum antequam assumeretur
testis ad officium ei non potest obijci. Dicit Host. quòd il-
lud dictum videtur intelligendum de notorio aliâs saltem
famoso: secus de occulto de quo imputandum videtur po-
tius testi qui hoc tacuit ar. in eo quod legitur, & notatur. s.
de corpore vitiatis exposuisti, & adde secdm eum qd not. j.
6 de pręben. cum ignores §. fi. sed prædicta non placent mihi
quoad primum membrum: quia aut loquimur de infamia
facti, aut de infemia iuris, si de infamia facti, nec iudex, nec
princeps illã tollere põt si de infamia iuris illã nõ iudex: sed
solus princeps potest tollere notat Inn. j de re iudi. cum te.
& sic Eps ad tale officium assumendo super præcedenti cri-
mine famoso dispensare non potest. Præterea: quia & si dis-
pensare posset tamen talem actum faciendo non videretur
soper hoc dispensare: vt patet ex his, quæ scripsi . s . de filijs
præsby. veniens. & quę no. per Nouel. j. de scimatic. c. ij. itẽ
quia infamis infamia iuris vndecunq; hoc veniat nõ debet
admitti ad testimonium, nec etiam infemis infamia facti,
nisi secundum ea quæ scripsi. s. titu. j. c. testimonium. tu er-
go dic q hîc non quæritur, nec etiam respondetur an infa-
mis, seu persona vilis ad istud officiũ admitti debeat? quia
7 certum est, quòd non: licet † enim infami, vt priuato liceat
denunciere, hoc tamen sibi non licet, vt in publico officio
constituto: quia ad illud tantam requirens veritatem viles
personę de quarum corruptione dubitatur admitti non de-
8 bent: sed † dubitatum fuit, & quęsitum quis citaret officia-
les post susceptum officium infamantur an repelli debeant
à denunciando, & testificando? & respondetur q sic, & po-
tuit esse ratio dubitandi: quia videtur hæc infamia habere
ortum eb inimicis, & emulis quod prępositi in huiusmodi
officijs habere solẽt, vt j. de accus. qualiter. de hoc verò quid
9 si ante susceptum † officium fuissent infamati, non quærit
nec respondet, quia iste casus erat minus dubius: nec obstat
si dicas hîc à contrario colligi, ar. quòd prę latus propter de-
lictum præcedens remoueri non potest: vt quidam colligũt
inducentes ad hoc de ætate, & qualitate ordinandorum. ac-
cepimus. de purgatione canonica. c. finali. de iureiurando.
quemadmodum. octaua quæstione secunda dilectissimi. li.
cet sit argumentum contra. j. de probandis. cum non igno-
res. & colligitur. & notatur de corpore vitiatis. exposuisti.
secundum Host. potest enim dici secũdum Nouellam quòd
illud argumentum hîc sumitur: qoia ibi non dicitur quòd
propter præcedentem causam non remoueatur testis ab of
ficio: sed quòd in officio manens non repellitur à testimo-
10 sed verius † dico quòd nec hîc dicitur quòd non repelletur
quòd non repellatur à testimonio propter causam præcedẽ
tem, nec obstat ar. à contrario sumptum: quia iuris absurdi
tatem induceret, vt declaratum est argu. eorum, quæ notan
tur per Cyoum. C. de Episcopis, & clericis. l. conuent iculas.
& eorum quæ scripsi. s. de elect. publicato.

¶ PRIMO quæritur qui sunt testes fiodales. respondet
11 Ligna. quòd sunt testes † in synodo constituti vt discurrant
per totam diœcesim & referant crimina publica, & matri-
monia male contracta. xxxv. q. vj. Episcopus in synodo. j. de
accu. c. sicut sic. C. de accu. ea quidem. & dicunt aliqoi quòd
de iore ciuili non poterat fieri inquisitio nisi ad denoncia-
tionem talium, vt. d. l. ea quidem.

¶ SECVNDO quætitur in verbo incontinenti quali-
ter istud intelligitur. respondet Inno. quòd incontinenti vi-
12 dentur † se corrigere si se corrigant ante quam partibus seu
alicui personæ loquantur: alias enim posteà præsumeretur
contra eos nec valeret eorum correctio, sed staretur tan-
tum primo dicto argumen. s. de testibus. c. sicut. quamuis il-
lud loquatur post publicationem testium, & etiam post sen-
tentiam: sed eadem ratione videtur etiam ante publicatio-
nem, subdit autem Inno. quòd licet stetur primo dicto dum
videlicet ex interuallo se corrigit, erit tamẽ minor fides ad-
hibenda ei: quia per secundò dictum licet ex interuallo pro-
latum

13 latum debilitatur primum, pręterea subiungit Inn. q si † te-
stis antequam exeat conspectum iudicis se corrigat, debet
iudex prudenter attendere modum, & causam correctionis
j. de accusa. cum dilecti. nam nisi cognoscat eum probabili-
ter se corrigere incidet institutionem vacillationis: vt. ff. de
testi. l. in testibus. vel variationis: vt. ff. de testibus. l. qui falso.
14 sed quid si non corrigat, sed addat. respondet Inn. quòd † si
hoc faciat antequam exeat præsentiam iudicis constat hoc
licitum esse. si autem posteà hoc faciat nūc si hoc facit post-
quam potuit loqui partibus audiendus est: sed minor fides
ei adhibenda est arg. huius capituli, & in auth. de testibus §.
15 quia verò. Verum quia de variante edictum no. Inn. q † va-
rians dicitur, qui primò aliquid dixit, & posteà dicit cōtra-
rium nullam variationis causam assignans: sed quid dicitur
contradicens? respondet Inn. quòd contradicens sibi est qui
dixit primo duo incompassibilia, vt quia dixit se sciuisse cō
tractum concelebratum & in tali loco, & tali die. & posteà
dixit se illa die fuisse alibi: sed quis dicit vacillans? rñdet Inn.
q vacillās dicit qui dubitādo, & timēdo loquit. itē, & q va-
riè loquit. ff. de falsis l. eos qui. ff. de testi. l. ij. & l. qui falso. iiij.
q. iij. § item in criminali ver. qui falso. horum autē testimo-
nium non valet, nec depositio, imò puniunt, vt. C. de testib.
l. nullum. secundum Inn. de quo vide in Spe. de teste § j. vers.
item quòd testes sunt varij. & ver. seq. vbi ponitur dictū Iac.
Bal. de ignorante, & turbante de quo dicam. j. de cleri. excō.
excommunicato ministrante apostolicæ. Caue tamen quia
Hosti. & Henricus ponunt hîc vnum dictum mihi gratum
16 videlicet. q † hæc omnia relinquenda sunt arbitrio iudicis,
qui ex qualitate personarum varietatē reprobet, vel admit-
tet ar. eorum, quæ leguntur, & notantur. Si quæris autem de
ista dictione incontinenti, qualiter debeat intelligi, vel ex-
17 poni solet distingui: quia † aut ponitur in materia habente
vnum contextum, siue structum, vt in negotio electionis sti
pulationis duorum reorum, constituti, & testamēti, pactio-
nis, & tunc debet exponi, id est, antequàm diuertat ad aliū
actum: vt. ff. de verbo. obli l. j. § si præsens. & de duobus reis.
l. duos reos § duo. & l. eandem § cum duos. cum sua gl. & ff.
de testamentis. l. hæredes palam § vltimo. & ad l. Iul. de adul-
terijs. l. quod ait. & ē. de elect. c. quia propter. & c. cū post pe
titam. & hîc: sed si modicum interuallum interponatur, nō
obest. ar. ff. ad leg. falcidiam. l. j. § item si ita. & C. de testamen
tis. l. cum antiquitas. Illa enim quę incontinenti fieri debēt,
nec præcipiti festinatione, nec moratoria cunctatione faciē
da sunt: vt. ff. de administratione tu. l. tutor, qui repertoriū.
primo responso in fine. Aut ponitur circa, ea quę non ha-
bent vnum contextum, siue strictum, & tunc aut ponitur,
aut profertur circa ea, quæ de natura sua, vel à iure habent
tempus limitatum & determinatum sicut sunt ꝓbationes,
quæ debent fieri post litem contestatam: vt. s. vt lite non cō
test. per totum. & tunc debet exponi secundum illud tem-
pus, & ad illud referri, nisi ex conuentione paremur, aliud
inducatur. & sic intellige quod legitur, & notatur j. de elect.
quàm sit. li. vj. Aut profertur circa alia, & tunc debet intelli-
gi, quàm cito commodè fieri potest: vt. ff de sta. liberis § si pe
culium. l. vltima. & ad Tertullianum. l. ij § cōfestim. Illa enī
possumus, quæ commodè possumus. ff. de verb. sign l. nepos.
& vide quod not. Archid. ij. q. j. in fine. in glossa. adde regu-
18 lariter fortè & fortè. & † idem potest dicere de verb. confe-
stim de quo in prędicto § confestim. & de verbo statim. de
vi armata l. iij § cū igitur. & vide hoc. & de verbo celeriter.
de quo. j. de locato. c. potuit. ver. emphyteuta. in verb. celeri.
& vide qđ ibi not. per gl. Nouellam, & Paulum.

¶ TERTIO quęrit circa casum scismaticis ecclesiæ Ro
manę (proh dolor) nunc currētis de quo tetigi. s. ti. j. in. viij.
q. & s. de his, quę vi metu sue causa fiunt. in. c. sacris. vbi de
hoc plenius, nunquid cardinalibus, qui Bartolomęū de pi-
gnano post mortem Gregorij. xj. anno à natiuitate domini
millesimo. ccc. lxxviij. die octaua mensis aprilis in vrbe Ro-
mana in Papam per metum, & impressionem elegerunt, &
qui adhuc stantes cum eo in vrbe, & durante eadem causa
metus ad mandatum eius Regibus, & principibus scripse-
runt se eum elegisse. & qui posteà extra vrbem, & posse Bar
tholomęi in Anagnia cōstituti veritatem in facto, & in iu-
re super facto dictæ electionis pręfati Bartholomęi denun
ciarunt vniuersis populis Christianis minus ex eo sit credē-
dum: quia contrarium per anteà scripserant, vt pręfertur, &
breuiter videtur q nec eis, nec eorū denunciationi sit cre-
dendum: imò quòd tanquàm varij, & contrarij, vel saltem
tanquàm suspecti sint à testimonio meritò repellendi per
si. huius decre. sed constanter dico contrarium: nam illi, qui
19 † actum per metū gessit, metu cessante, licet asserere se actū
huiusmodi gessisse per metum: quia aliter frustra emanasset
edictum quod met° causa, & probat hoc ille titulus cū om-
nibus legibus, & decre. sub illo titulo collocatis. quinimò de
metu, seu causa metus constito tali assertioni creditur: quia
aliter probari non posset: & sic totus ille titulus esset ludi-
brio contra. l. secundum. in fine. C. communia de legatis. & j.
de elect. c. commissa § porrò. & probatur. ff. quod metus cau
sa. l. si cum exceptione § in hac actione. sed constat per noto
rietatem facti de metu circa dictam electionem à libito, &
de iure præsumitur metus causa durare, quandiu durant in
loco metus, & sub posse Romanorum inferentium metum
& illi° Bartholomæi qui de statu Papali retinēdo certabat:
vt patet ex lectis, & notatis. s. de his, quæ in metu sue causa
fiunt. c. primo. & ex his, quæ scripsi & etiam ex his, quæ le-
guntur, & notantur maximè per Bar C. de his, quę vi metus
ue causa fiunt. l. ij. ¶ Præterea hoc probo: q nā aut repellerē-
tur à testimonio ratione contrarietatis, aut ratione suspicio
nis, aut ratione infamię, aut ratione interualli: sed null° isto
20 rum potest dici. Dico enim primò, quòd non possunt † re-
pelli ratione contrarietatis, & primo quia hîc nulla contra-
rietas: nam ista stant simul Cardinales Bartholomęum ele-
gisse, vt primò scripserūt: & illam electionem fuisse per me-
tum, & impressionem celebratam, & de iure non valere:
quemadmodum posteà denunciarunt: præterea quia & si
haberent primæ literæ quòd spontè, libere, atq; canonicè
elegissent: quia tamen de iure literæ præsumuntur metu ex-
tortæ, vt præfertur: habetur de iure perinde ac si non ema-
nassent: quia confessio metu extorta non valet. ff. de quæ-
stionibus. l. j. primo responso. & § diuus. xv. qō. vj. c. j. & xxxj.
quęstione secunda Lotharius. & not. supra de confess. c. fina-
li. maximè: quia notoriè constat de contraria veritate: nam
quod facit populus publicè non potest esse nisi notorium.
argu. supra de translatione pręlatorum. c. quanto. Præterea
21 tunc † repellitur testis ratione contrarietas sibi imputatur:
quia tunc constat fidem ipsius titubare, atq; vacillare: secus
autem quando contrarietas ipsi testi imputari non debet:
sed alteri: vt quia primum dictum, vel secundum dixit com
pulsu metu mortis, & aliud in locu libero, sine metu: illud
enim quòd quis facit ob tutelam sui corporis iure fecisse vi
detur, & ideò non debet imputari sibi: sed illi qui metum
non tulit, & ideò ex hoc, nec notatur, nec diminuitur, nec
titubare, nec vacillare censetur fides eius: ar. ff. de iustitia, &
iure. l. vt vim. ad l. Aquil. l. sc. ētiam § qui cum aliter. ff. de bo
nis eorum qui ante sententiam sibi mortem consciuerunt. l.
prima, & secunda. C. de transactionibus. l. transigere. ma-
gis enim ad finem periculum euitandi, quàm veritati testi-
monium perhibendi primas literas concesserunt, & tamen
animus, & propositum distinguūt maleficia: vt. ff. de iniu-
rijs. l. qui iniuriæ. nam intelligentia dictorum ex causis est as
sumenda dicendi. j. de verborum significatione. intelligen-
tia. & optimè faciunt ea, quæ scripsi. s. titu. proximo. c. te-
stimonium. in tertia, & octaua quęstionibus. Dico secundò
quòd non possunt repelli ratione malæ suspicionis: quia
22 † nondum erat pars formata quæ corrumpere, vel suborna
comparatio instrumenti. ¶ Quartò quęritur, à quo siue per
quem & qualiter fiat cōparatio. ¶ Quintò quęritur, quis sit
effectus comparationis. ¶ Sextò quæritur, quid si instrumē-
tum admissum fuerit. ¶ Septimò quæritur, quid sit apocha
seu chirographum. ¶ Octauò quæritur, quid de cōtractibus
sine scriptis. ¶ Nonò quæritur de ædi. instrumenti, & eius
effectu. Quæ omnia prosequere, vt in summa Host. eo. ti. §.
ij. & § seq. vsq; in fi. & in Spe. parte. j. de instru. ædi. § j. cùm o-
mnibus § seq. vsq; ad tit. de præsump. cum addi. lo. vbi etiam
multa alia reperies. Item etiam de ijs satis videbis per trans-
5 cursum tituli in dicendis. ¶ Ad materiā † facit. iij. q. ix. si de-
bitum. & c. quàm te. & q. iiij. nullus. & xix. di. in memoriam.
Item conuenit rub. de maio. & obe. cùm in ecclesijs. ver. cùm
igitur. & de faciendis instrumentis datur cōsilium. de testib.
c. significauit. rasuræ autē & interlineaturæ tollūt fidem in-
strumentis. de reli. do. cùm venerabilis. de priuil. cùm olim. ij.
6 Item † per instrumēta probatur manumissio, de natis ex li-
bero ventre. c. vno. facit. de elect. lib. vj. vt circa. & c. funda-
menta § vt ergo. in fi. de temp. ord. c. j. de offi. ord. si canonici.
j. respon. de sent. exc. c. j. § exemplum. de priuil. cùm personæ.
j. respon. in fi. & clemen. de elect. causam. de vsuris. c. j. § cæte-
rùm. de verb. sig. sæpe. ver. eo saluo. de notario loquuntur in-
7 rs sequentia. de præscrip. ad † audientiam. de præsump. illud.
in fi. ne cler. vel mona. sicut te. de simo. c. j. de hæret. si aduer-
sus. & c. excommunicamus § credentes. de sent. exc. nouiter.
ij. & iij. respon. & iij. q. vj. de rescri. c. statutum § notarium. de
elect. fundamenta § iudices. de offi. Archi. c. vlt. § pen. de hæ-
ret. vt officium § verum. & § seq. de pœ. fœlicis § q si quis. &
in clemen. de sta. mo. accedentes § pen. de hæret. c. j. § notarij
quoque. & c. seq. § notarij vero &c.

SVMMARIVM.

5 *Instrumenta authētica ea dici quæ etiam nullo iudice authore testata signataue sunt. nu.2. & 3. Amplio, vt nu.8. Limito, vt nu.7.*

4 *Instrumento signato, non tamen à testibus subscripto in leuibus negotijs credi. Limito, vt numero.5.*

6 *Instrumentum priuatum quo casu absque subscriptione valeat.*

9 *Publica scriptura significatu cōmuniore quid, & quid priuata. nu.12.*

10 *Notarium quem fuisse multis instrumentis à se confectis probari: & quo modo hoc accipi debeat. nu.11.*

13 *Abbatum, & Archidiaconorū literis quatenus, & quibus casibus credatur & nu.14. & 36. Eorum tamen voci, sicut nec notariorū, non credi. numero.15.*

16 *Extraiudicialium instrumentorū sigillatoribus quid sit obseruādum: & quando signandi sint. nu.17. & an per aliū id fieri possit. n.18.*

19 *Tempus rogati instrumenti, & contractus diuersa non esse & cur.*

20 *Instrumenta non, nisi ei, cuius intersit, prodesse, vel obesse, etiā si non mandet ea fieri, & nu.22. Limito, vt nu.21.*

23 *Notario liberi ab eo, cuius nihil interfit, vel vno. in possit instrumē. ti confectio: & confectum an valeat. nu.25. quibus tamen casibus ab altero rogari satis sit, nu.24.*

26 *Notarium rogatum esse oportere: idque quo modo probetur.*

27 *Notarius, quid agatur, publicè perquirat, idque illi ignorandum non esse: quod etiam ad contrahentes, testesque extēdi ibidem secretò tamen plerunque perquiri. nu.29.*

28 *Instrumenta loco suspecto vitiata nullius esse momēti.*

30 *Priuatæ scripturæ fidem in eum, qui scripsit, dari: eam tamē negatam probari debere. nu.31. Amplio in eum, in quem scripta est. nu.32.*

33 *Scripturā priuatam certis casibus fidē facere, & nu.34. & 35.*

37 *Litera Episcopi, & notarij quibus casibus æquiparentur, vel non.*

38 *Executoris expectatiua literis quo casi credatur.*

39 *Exemplaria casibus certis fidem facere & quatenus. nu.41. & quid in sententia. nu.40.*

CAP. I.

SI scripturam. Non summatur quia
breue, & quia breue
ideò repetibile quod erit facile si not. per me
ꝟ. de prob. c. post cessionem. & c. quoniam cō
tra falsam. & in remissionibus vtrobiq; p me
datis. & per Cy C. de eden. auth. si quis in aliquo documēto.
in duabus oppositionibus. & vj. quæstionibus cum seq. con-
iungantur. ¶ Expone literā *authenticam* super isto verbo po-
nunt omnes glossatores principalem eorū discussionem, *non*
videmus. de visione loquitur iudiciali: quia requirit produ-
ctionem iudicialem. ĵ. eo. cùm dilectus. & terminū ad dicen-
dum cōtra parti alteri assignatū, & contra eam iuridicè ob-
seruatum. ꝟ. de testib. c. ij. & ĵ. de verb. signi. sæpè. in clemen.
nihil facere. diffiniendo quia non negatur quin per illam scri-
pturam fiat præsumptio seu tale quale iudicium, secundum
Host. possumus. de iuridica loquitur potestata non absolu-
ta sic. ꝟ. de cau. posses. c. j.
¶ PRIMO quæritur, in verbo authenticam subintrādo
magnam glo. Inno. quæ scriptura dicatur authentica. super
1 quo præmitte. hîc not. per Ber. in glo. j. refert † Inno. quosdā
dicere, q scriptatur authētica est, quæ fit authoritate iudicis
per quascunq; personas, & probant exemplificando de actis
iudicialibus. per. c. quoniam contra falsam. de prob. refert ta-
men q opinio aliorum est in cōtrarium, & illa magis placet
domino Mart. & mihi quia. c. quoniam contra falsam. ponit
actum specialem in actis iudicialibus. ¶ Secūdò subdit In-
2 no. scripturā authenticam † esse illam quę fit per personā pu
blicam etiam sine authoritate iudicis cū subscriptione ta-
men duorū vel trium testium. in authē. de instrumentorum
cautela § sed instrumēta. & § sed & si quis. & ĵ. de testib. cùm
à nobis & C. de tabu. l. iij. lib. x. & C. de dona. l. in donationi-
3 bus. ¶ Tertiò subdit Inn. scripturam † authenticā esse illam
quæ authenticū habet sigillum, saluo q dicit q debet habe-
re subscriptionē totidem testium, hoc est, duorū vel trium,
alleg. ꝟ. de procu. c. j. & ĵ. eo. c. j. vbi de hoc, tallit tamen secū-
4 dùm eum in leuibus, in quibus † creditur scripturæ habenti
sigillum authēticum etiam sine subscriptione testium cum
non sint multùm præiudicabilia qualia sunt illa de quibus
legitur. xj. q. iij. cutæ. xxix. dist. c. j. & ij. lxxij. & iij. distin. per
totum.

totum.xcvij.dist.nobilissimus.xcviij.dist.transmarinos.&.c.
affines.xcix.dist.c.j.&.ij.sed dicit Hosti.ꝙ imò multa ex ijs
5 sint multùm præiudiciabilia,& ideo in aliquibus † eorundẽ
requiruntur plura sigilla:vt patet in.c.transmarinos.&.c.af-
fines.alleg.& de cler.pereg.c.j.&.ij. ¶ Subdit tamen Inno.ꝙ
6 in † instrumento priuato,quod quis de suo facto facit nõ est
necessaria subscriptio,vt.ff.de procura.l.qui procuratorem.
dum modò constet scripturam illam esse suam:vt.C.de non
nu.pecu.l.cùm fidem.& authẽ.contra qui propriam. ¶ Item
7 subdit non † esse necessariam subscriptionẽ vbi consuetudo
habet ꝙ credatur literæ sigillatæ sine subscriptione testium.
j.eo.cùm dilectus. ¶ Quartò refert Inno.quosdam etiam di
8 cere authenticã † scripturam esse quam facit priuatus cum
subscriptione testium.arg C.qui po.hab.in pig.l.scripturas.
& in auth.de instrumẽtorum cautela.§.si quis tamẽ.aliâs in-
cipit si tamen quisquam.sed verius est secũdum eum ꝙ talis
scriptura priuata est,Host.autem remittit ad lecta & not.j.
c.proxi. ¶ Quintò finaliter dicit Inno.sit item publicã scri-
9 pturam † appello generaliter omnem scripturã cui creditur
sine aliquo adminiculo de iure,vel cõsuetudine.j.c.cùm di-
lectus.aliâs autem si cesset specialis consuetudo præter scri-
pturas tabellionũ,& actus iudiciorum omnes scripturas re-
puto priuatas.cum ad hoc officium non sint specialiter de-
putatæ personæ per quas factæ sunt. Subdit etiam ad pro-
positum se appellare publicam scripturam illam,quæ sine
adminiculo viuæ vocis authoritatem habet:vt puta,quia
est instrumẽtum notarij,qui fortè mortuus est,aut testium
mortuorum depositio recepta legitimè vt in authẽ.eo.ti.§.
sed & si instrumenta.&.§.si verò moriantur.colla.vj.oportet
tamen,quòd per testes,vel publicum instrumentum con-
stet illum fuisse notarium secundum eum.

¶ SECVNDO quæritur,ecce dictum est.s.proximè,ꝙ
vt credatur instrumento oportet ꝙ illum qui fecit constet
esse notarium per testes,vel publicum instrumentum,pone
ergo testes solum deponere ꝙ publico officio notarij funge
10 batur,quæritur,nunquid hoc sufficit? rñdet Inno.† dicens
se credere ꝙ sic.arg.ff.ad Maced.l.iij.in prin.&.C.de testa.l.j.
& secundum hoc potest intelligi.de elect.c.scriptum.§.j.sub-
dit etiam sufficere si appareant instrumẽta inter multos su-
per contractibus,vel negotijs,quæ firma manent sine con-
tradictione aliqua:& quæ tãquàm vera,& publica ab omni-
bus cõmuniter recipiuntur & approbantur. Credunt tamẽ
aliqui in hoc casu non sufficere duo instrumẽta imo tot esse
necessaria ꝙ bene appareat eum commune officium pro o-
mnibus gerere,vel gessisse secundum eum:de quo tamẽ nec
certus numerus,nec certi tradũtur limites & ideo est ad hoc
ad arbitrium boni iudicis recurrẽdum. ff.de vsur.l.mora. de
testib.l.iij.de verb.obli.l.continuus.§.j.& in eo,quod legi.&
not.de offi.dele.de causis.& in Spe.de instr.ædi.§.restat.ver.
& si has.& ver.illud autem.& quod not.de longinqua regio-
ne.vide quod no.in Spe.in.d.§.restat.in si.j.col.ver.sed si pro-
ducitur.& per Azo.in summa.in auth.eo.ti.& per Cy.eo.ti.
l.comparationes.ex quibus patet ꝙ est opinio,ꝙ necesse sit
instrumentum adiuuari per modos quos proximè dixi:est
etiam opinio cõtraria,& est opinio media quam ponit Spe.
Alia distinguit de præiudicio per modum quem scripsi.de
11 cler.pereg.c.j. ¶ Aduerte tamen:quia præmissa locum † ha-
bent cum quęstio vertitur inter duos quorũ alter vtitur in-
strumento,secus enim si quęstio esset cum ipso notario sicut
scripsit ipse Inno.j.de verb.sign.veniens.lib.vj.cuius verba.
vide in Spec.de probatio.§.j.ad si.ver.verum licet probatio.
cum versi.sequentibus.

¶ TERTIO quæritur,quæ dicitur scriptura priuata,re-
12 spondet Inno.dicens priuatam autẽ † dicimus,quæ sit non
à publicis personis & non habet per se authoritatem & cui
non statur nisi aduersarius hoc confiteatur,vel nisi per colla
tione scriptoris eiusdemq; aduersarij & testium qui subscri-
pserunt probetur cõtrarium,vt.C.de proba.l.instrumenta.
Subdit ꝙ ad hoc ꝙ per comparationẽ probetur instrumen-
tum necesse est ꝙ illa scriptura ex qua fit cõparatio quatuor
habeat testes subscriptos.in authẽ.eo.tit.§.si quis igitur vult
cautè deponere.Item subdit alius dicens dicimus ꝙ hoc sci-
licet vt subscribantur testes in instrumẽto vel literis Episco
13 porũ aut non subscribebantur.Item ꝙ † credatur literis Ab-
batum,vel Archidiaconorũ de ijs,quæ fiũt extra iudicium,
& quantum eis credatur scilicet vsq; ad quam summã,& in-
ter quas gentes totũ relinquitur consuetudini,& consuetu-
do tales scripturas publicatas facit arg.j.eo.cùm dilectus.&
C.de eman.lib.l.j.&.ix.q.iij.conquæstus. Et quo ad primum
remittit Host.ad not.sua in summa.eo.ti.§.quibus instrumẽ
tis.sub.§.item obijcitur.ver.item ꝙ non est confectũ.& ver.
seq.& quo ad secundum remittit ad lecta & not.s.de foro
compe.cùm contingat.§.si.&.j.c.proxi.Sed oppones contra
primum quia imo ius statuit & expressè reperitur scriptum
in iure ꝙ saltem Episcoporum literis est credẽdum.xj.q.iij.
cure.s.de proba.post cessionẽ.s.de treuga,& pace.c.j.§.j.re-
14 spondet Inno.posse dici † in excõmunicatione esse speciale
propter periculum participationis.j.de rapt.c.j.aliâs autem
constat ꝙ si Episcopus vel alius dicit talem sententiam dedi
vel talem citaui ei,vel etiam soli sigillo suo nõ creditur nisi
sentẽtiam seu citationẽ ostendat,vel aliter probet.s.de pro-
ba.quoniam.C.de arb.l.neminem autẽ.& sic in cæteris quæ
in iudicio contingunt secundum Inno.Host.autem dicit ꝙ
d.c.quoniam.hoc non probat imo contrarium vt ibi nota.
15 Fatetur † tamen,quòd verbo Episcopi non credetur:vt ibi
sicut nec arbitri.C.de arbi.l.ne in arbitris.nec tabellionis.in
authẽ.de hære.& Falc.§.si vero absint.in prin.colla.j.de quo
satis scripsi.in.c.quoniam.&.c.post cessionem.alleg.

¶ QVARTO quæritur,nunquid ad hoc ꝙ literæ,& in-
strumenta valeant & fidem faciant necesse est ꝙ mandatum
16 vel rogatio interuenerit.dicit Inno.primo ꝙ † in instrumẽ-
tis,quæ extra iudicium fuerit:vt de cõtractibus & similibus
cauere debent illi,qui sigillare debent ne in literis aliquid
apponant,nisi quod iniunctum est eis apponere:non enim
credit ꝙ tales de ijs,quæ vident possint facere literas:nisi ab
ambobus contrahentibus,vel ab altero tantùm,vel saltem à
quocunq; altero cuius intersit vt si fortè eis prodesse pote-
rit.alleg.in auth.de tabellionibus.§.nos autem.& idem dicit
Host.de tabellionibus.super quo vide in Spe.de instru.ædi.
§.ij.ver.sed pone.Subdit Inno.ꝙ instrumentũ non proderit
nisi ei qui mandauit,probat res inter alios acta alijs nõ præ-
iudicat.C.res inter alios acta in rubro & in nigro. & sic po-
test etiam colligi.C.de prob.l.ad probationẽ.j.Secundò sub-
17 dit quantùm † ad hoc principaliter dicit Inno.ꝙ non debet
componi literæ.sigillum apponi nisi in præsentia prælati:
vt in.d.§.nos autem.de tabellionibus.subdit etiam ꝙ præla-
tus debet cõmittere sigillum certæ personæ:verumtamẽ di-
18 cit,ꝙ si per alium † faciat sigillari valet nihilominus instru-
mentum:sed prælatus puniendus est,vt in auth.de tabellio-
nibus.§.per tabellionẽ.quid intelligit Hosti.nisi hoc ex iusta
causa fiat puta quia tangit personã sigillantis.arg.ff.qui satis-
da.cog.l.si.& in eo quod leg.& not.j.de iureiur.c.breui.§.si.
Tertiò dicit Inno.ꝙ litera debet cõtinere tempus rogati in-
strumenti.in authẽ.de tabellionibus.§.vlt.& dicit ꝙ per illũ
qui scribit prothocollum siue abbreuiaturã debet retineri
siue tenor ipsius registrari:vt in authẽ.de tabellionibus.§.il-
19 lud quoq;.subdit † autem Inno.ꝙ tempus rogati instrumẽti
idem est seu esse debet cum tempore celebrati contractus si
enim aliud esset iam per hoc ferret testimonium de præte-
ritis,& sic non valeret.j.de coha.cleri.& mul.c.tua.§.si verò
publicum.secundum vnum exponendi modum.dicit tamẽ
Host.ꝙ secus esset si hoc diceret non testificando seu recitã-
do:quia tunc valere posset secundum eum:quod tamen dic
vt not.s.de probat.quoniam contra falsam.§.j.& probantur
hæc omnia.in auth.de tabellionibus.§.nos autem credimus.
vsque ad.§.illud quoque.

¶ QVINTO quæritur,vtrum instrumentũ ab vno pre-
ceptum,seu rogatũ omnibus alijs præiudicet seu proficiat?

20 Inno.primò dicit † ꝙ non prodeſt niſi ei qui mandauit vt
ſcripſi.ſ.q.prox.ver.ſubdit Inno.ſed poſteà paucis interpo-
ſitis Inno.in ead.glo.refert alios dicere ꝙ vnò inſtrumẽtum
præceptum ab vno omnibus præiudicat, ſeu potius omni-
bus ſufficiens eſt probatio quia ſeruus priuatus eſt quia o-
mnibus publicè ſeruit,obligationes enim prodeſſe & obeſſe
debent partibus non inſtrumentum quod non eſt obligatio
& ex quo non oritur obligatio ſed tantum obligationis ſeu
cuiuſcunq; facti alterius probatio ad hoc rem publicam ſal
uam fore.l.ij.iij & iiij.j.reſponſo.Poſteà refert Inno.redeun
do ad primam opinionem dici poſſe inſtrumẽtum non no-
cere niſi ijs inter quos fit & non alijs, dicitur enim fieri in-
ter contrahentes licet non ambo ſed alter tantum vel etiam
quicunq; extraneus cuius tamen interſit,exinde fieri præci-
piat inſtrumentum & hæc videtur eſſe finalis opin.Innocẽ.
¶ Quid dicendum?miror Hoſt.& Nouel.Cald Lig.& Col-
lect.ꝙ nil eligunt,neq; extendunt:ego autẽ puto ſic poſſe di
21 ſtingui circa hoc:quia aut quæritur an geſta † ipſe iudicialia
vel extraiudicialia ſuper quibus fiunt publica inſtrumenta,
ſeu aliæ publicæ ſcripturæ proſint, vel noceant alijs inter
quos ſeu cum quibus acta non fuerunt:& tunc dic regulari-
ter ꝙ non,& ſic procedit opi.Inno.ſuper quo vide lecta, &
not.ĵ.de re ind.c.quamuis.&.c.cùm ſuper. Aut quæritur de
huiuſmodi inſtrumentis ſeu ſcripturis & quoad effectum
probationis de quo nunc ſolùm principaliter quærimus:&
tunc, aut quæris quoad illos, quorum nullo modo intereſt
& tunc fateor ꝙ illis non prodeſt, neque eis nocet & eſt ra-
tio:quia ſi eis poſſet nocere vel prodeſſe iam quoad hoc poſ
22 ſent prætendere intereſſe:aut † quæris quoad illos, qui poſ-
ſunt pretendere intereſſe & tunc dico ꝙ quoad effectũ pro-
bationis faciendæ eis obeſſe,& prodeſſe poteſt, licet nõ ro-
gauerint neq; mandauerint inſtrumẽta vel literas huiuſmo-
di ſuper ijs fieri, nec etiam cũ eis ſeu inter eos illa geſta acta
non fuerint & ſic procedit alia opinio & ita interpretatur
conſuetudo,quæ eſt optime legum interpres.ſ.de conſue.c.
cùm dilectus.ff.de legib.l.ſi de conſuetudine.
23 ¶ SEXTO quæritur vtrum extraneus,cuius † nõ intereſt
& cum quo res non agitur poſſit rogare notarium de confi-
ciendo ſuper eo, quod agitur publicum inſtrumentum, aut
illud ſibi præcipere & vtrum notarius ad rogatum vel man
datum illius teneatur ſuper ijs conficere publicum inſtru-
mentum.Inn.refert quoſdam dicere & bene ſecundùm eum
non poſſe præcipi ab extraneo imò nec ab vno contrahen-
tium,niſi ambo cõſentiant & facit pro eis quia nec aliter eſt
contractus nec diſtractus vt patet.ff.de pac.l.j.§.& ſi pactio.
&.l.ab emptione.&.C.de act.& obli.l.ſicut.quid enim inter-
eſt cuiuſcunq; extranei præcipere inſtrumentum de alieno
facto?certè nihil ſecundum Inno.& Hoſt.& hæc eſt veritas.
¶ SEPTIMO quæritur nũquid ſufficit, ꝙ rogetur ſolũ
notarius ab altero cõ trahentium. Dicunt quidã non in cõ-
tractu quia ab vtroq; cõſenſu dependet & quod plures tan-
git à quolibet eorum approbari debet:vt.ff de aqua plu.arc.
24 l.in concedendo.ſed † in alijs,quæ non fiunt de cõſenſu par-
tium ſicut ſententia,& teſtimonium,proteſtatio,contradi-
ctio,appellatio,& ſimilia: ſufficit mandatum eius, qui fieri
facit & ꝙ ſic debeat obtinere ſatis probatur ex tenore iura-
menti quod preſtat notarius in ſuſceptione officij ſui,ſcilicet
ꝙ de ijs quæ vident & audiunt fideliter conficient inſtru-
menta ſecũdum ꝙ eis à partibus vel iudice iniungetur: ſub-
dit tamen Inn.ꝙ de facto videt contrarium obſeruari: quia
quicunq; tabellioni præcipit ꝙ faciat inſtrumentum ipſum
confici, ſed non bene fit ſecũdum eum.ſubdit autem,quòd
pro ijs,qui hæc indifferenter ſic faciunt,poteſt talis ratio aſ-
ſignari,videlicet quia non ſolum ratione præſentis intereſſe
fiunt inſtrumenta ſed etiam quia in futurum poterit inter-
eſſe & quia vix eſt aliquid,de quo non poſſit cuiuſcunq; in-
tereſſe habere inſtrumentum. Finaliter concludit Inno.di-
cens ꝙ omnibus inſpectis plùs videtur inniti rationi,ꝙ ſiue
ab vno contrahentium tantum ſiue ab eo etiam cuius nihil

25 intereſt rogetur † notarius & ſi fiat inſtrumentum valet in-
ſtrumentum,& probat tanquam à publica perſona factum:
quia hoc nullo iure prohibetur.ff.de proba.l.ab ea parte.itẽ
pro ijs facit ff.de iure fiſci.l.in fraudẽ.§.ex ijs bonis.&.§.ſeq.
Subdit tamen Inn.ꝙ ille,qui non rogauit inſtrumentum re-
cipi,non poteſt agere vt ſibi ædatur: vt argu.ff.de æden.l.ſi
quis.§.ij.& ſeq.&.§.ex hoc edicto.intereſt ergo cuiuſlibet ꝙ
præcipiat ſiue roget vt poſſit petere æditionem inſtrumen-
ti quia aliâs ſibi denegaretur.
¶ OCTAVO quæritur, ecce, neceſſe eſt notarium eſſe
26 rogatum vt patet ex dictis,ſed † quomodo conſtabit, ꝙ ro-
gatus fuerit?Inno.autem propter difficultatem probationis
euitandam notat vtile eſſe ꝙ notarius ſemper ſcribat in in-
ſtrumento ſe eſſe rogatum : quia ſi mortuus eſſet notarius,
vel non recordaretur de rogatione inſtrumenti pro nihilo
eſſe inſtrumentum.arg.in authen.de tabellionibus.j.reſpon
ſo.&.§.j.& in authen.eo.ti.§.ſi vero moriantur.&.§.ſeq.colla.
vj.Si tamen viueret, credit Inno.quòd tunc ſufficeret ipſius
teſtimonium.argu.in authen.de tabel.in princ.& de fide in-
ſtru.§.ſi vero.proxi.alleg.refert tamen alios dicere quòd ſem-
per præſumitur fuiſſe rogatus.arg.ff.de contrahen.ſtip.l.j.&
inſti.de fideiuſ.§.fina.& de ijs vide in Spe.de inſtru.ædi.§.iij.
verſ.ſed nunquid in conficiendo.& ver.ſeq.
¶ NONO quæritur, qualiter debet rogari notarius nun-
quid eſt neceſſe quòd rogetur in publico vel nunquid ſuffi-
cit quòd rogetur in priuato?Inno.notat hîc quòd cum offi-
cium notarij ſit publicum, & commune quando rogantur
27 nõ debet in ſecreto manere:ſed debet bene quærere † omnia
vt ſciant,quid agatur.in authẽ.de tabel.§.nos autem.& ideò
ſi dubitat veritatem inquirat publicè & faciat iterum ſi ne-
ceſſe fuerit verba repeti vt non ſolùm ipſe & partes, quin-
imò teſtes & omnes alij adſtantes ſciant & intelligant quid
agitur & de quo rogatur facere inſtrumentum.in authen.de
tabellionibus.§.nos autem credimus.alleg & ſi contrarium
fiat id eſt in occulto rogetur notarius nihilominus credit
Inno.valere inſtrumentum : ſed magna ſuſpicio eſt contra
illum quia occultè rogatus eſt imo tunc notarius punien-
dus eſt.arg.ĵ.vt eccle.beneficia.c.vt noſtrum.§.porro.in prin
cip.cum ibi not. ¶ Sed oppones quia ex quo inſpectum eſt
inſtrumentum, ergo obijciendum, niſi producens per alias
probationes dederit eis fidem:vt.C.de probat.l.ſubemus.&
28 C.eo.l.ſi &.ff.eo.l.ij.Solutio † ibi loquitur quando ſcriptura
vitiata eſt, aut aliàs ſuſpecta: ex ſui forme vel raſure. C.de
edicto diui Adri.tollen.l.fi.ĵ.eo.ex literis.&.ĵ.eo.c.inter di-
lectos.vbi de hoc, aliâs autem ſecus:quia licet aliquæ ſuſpi-
ciones ſubſint non tamen propter hoc ſolum caſſandum
eſt,imò durat & valet niſi contra ipſum probetur.argu.ij.q.
29 j.c.j.ſecundum Innocen.ſed & huiuſmodi ſuſpicio † ex cauſa
tollitur ſecundum Hoſtien.puta quando propter iuſtum ti-
morem partis vel iudicis, nec pars, nec tabellio audent ſe
publicare: hoc enim caſu putat inſtrumentum valere, &
quòd ex hoc ſolo, quòd notarius occultè requiſitus fuerit,
nulla tamen oritur ſuſpicio contra ipſum, & quòd etiam
tunc excuſatur omnino tabellio, vt patet in eo, quod legi-
tur,& notatur.ĵ.de appellationib.ſi iuſtus.&.ſ.de offi.ordi.
c.paſtoralis.§.fi.
¶ DECIMO quæritur,quando fieri debeat priuatæ ſcri
30 pturæ.reſpondet Inno dicens † quòd ſi priuata ſcriptura in-
troducitur contra eum,qui fecit eam : nec ipſe eam neget ei
ſtabitur.ff.depo.l.Publius.in fi.C.de non nume.pecu.l.gene-
raliter.niſi in mutuo vbi habet excipiens biennium ante,
quàm valeat.C.de non numerata pecunia.l.in contractibus.
in princip.&.l.cùm fidem.& authen.contra, qui propriam.
quod dic,vt plenè nota.ĵ.de ſolutio.c.fi.&.ĵ.eod.ſi cautio.ſi
autem † negat ſuam ſcripturam eſſe propriam, oportet hoc
probari & ſuper hoc eum conuinci & poſteà proceditur
ſecundum quod habetur.in.l.cùm quidam. & in auth.cõtra
qui propriam.& tex.§.ij.de inſtr.fide & caut.colla.vj.& hoc
verum de ſcriptura ſcripta manu propria illius cõtra quem
producitur:

32 producitur. Si autẽ producitur cõtra aliquẽ † instrumentũ aliquod quod nõ est scriptũ manu illius cõtra quẽ producitur, saltẽ ꝙ appareat negaturq́; esse illius cui ascribitur opotet hoc probari. Si verò certũ sit suã non esse scripturã dicituŕq; ei nõ esse credendum, tũc etiã si dicatur, ꝙ de ipsa certum est per sigillum authẽticũ, vel alio modo tali scripturę, vt prędictũ est, nõ creditur: nisi per manũ tabellionis sit cõfecta, vel aliter de cõsuetudine ei fides sit adhibenda, secundum Inno. Excipiũtur tamen certi casus secundum eum in
33 quibus talibus literis priuatis credere. Primus † casus est in actis iudicialib⁹: quia actis cuiuslibet iudicis credit, vt. d. c. quoniã cõtra falsam. Secũdus casus est: quia creditur literis cuiuslibet de his quę facere debet, vel facere potest ratione officij: vt si Archiepiscopis ad cõcilium citet. xviij. distin. si Episcopus Metropolitanus. &. c. propter ecclesiasticas. j. & ij. vel ad aliũ suffraganeũ cõsequendum, vt. d. c. si Episcopus. & c. lxv. distin. nõ debet. & in subsidium etiã ipsos extraneos potest etiã Episcopus simplex conuocare. vij. q. j. Pontifices. vel si capitulum citat canonicos ad electionẽ faciendam. s̃. de elect. cum inter vniuersas. vel si Abbas siue cõuentus, aliquem monachũ licentiet. xix. q. iij. statuimus. vel si Episcopus mãdet excõmunicato vitari. xj. q. iij. curę. & idem est in literis cõmendatitijs. lxxvij. distin. per totũ. secũdum Inno. de quo scripsi in. d. c. post cessionẽ. & . in. c. statuimus. de ele-
34 ctione. lib. vj. Tertius † casus est de his quæ ratione officij quis facere nõ debet, in quibus etiam aliquãdo creditur, vt in literis testimonialibus ordinum vel morũ alicuius quas
35 dant Episcopi. s̃. de cleri. peregri. c. j. & . ij. Quart⁹ † casus est in omnibus alijs, vbi nullum vel modicũ præiudicium alij generatur: vt in procuratore constituto ad impetrãdum & cõtradicendum: nam in omnibus prædictis casibus etiamsi non constet sigilla eorũ esse qui scribũt, vel etiamsi modicę authoritatis homines ascribant eis creditur secũdum Inno. & in his decem quęstionibus summatam habes magnã glos. ipsius Inno. Subdit tamen Hosti. ad vltimũ dictũ Inno. vide delicet denegari & potissimè de speciali Romanæ curiæ
36 consuetudine approbata. Subdit Hosti. ꝙ quicquid † dicat Inno. literis Episcopi, qui in cõsecratione sua tam solẽniter profitetur canones se seruaturũ credi debet etiam in iudicialibus secundũ eum: nam & sua authoritas tabellionis authoritati bene æquipolet, & plus: quod patet in eo quod legitur & notatur. ĩ. c. penultimo & finali. sed & secundum Inno. & Hosti. vt prædictum est sigillum suũ debet cõmittere alicui
37 certę personæ idoneæ, & honestæ, & † etiam æquiparatur litera sua instrumento tabellionis, vnde de vno ad aliud argumentatur, & quod in vno obseruatur, dicit in alio obseruandum: vt patet in multis casib⁹. s̃. eadem. glo. notatis. sed & si suo cappellano collaterali fideli & honesto sigillũ suũ commiserit & ipsum iuramento adstringerit, ꝙ officio sigilli fideliter exequatur, & ꝙ nihil sigillabit sine cõscientia sua speciali, vel saltẽ in aliquib⁹, quæ leuia sunt generali: quare non credetur ita bene: vel etiã melius literis tali sigillo sigillatis: sicut & instrumento per manũ tabellionis quandoque pauperis abiecti, & humilis nulla diuersitatis, siue cõtradictionis occurrit ratio cõtraria. arg. C. de decur. l. j. in fine. & . C. de accusa. l. singuli. & . ff. de testibus. l. iij. & quod legitur & notatur. ĩ. de appel. cum parati. & . s̃. ne cleri. vel mo. c. sicut te accepimus. Ergo & idem vtrobique est dicendũ: & facit quod nota. ĩ. de cõsan. & ideo dicit Hosti. tenẽdum de hac materia quod plenè notatur de testibus. cum à nobis. & . c. quoniã cõtra. ad finem. & . c. possessionem. allegatis in quibus de hac materia dixi.

¶ VNDECIMO quæritur occasione præmissorũ, vtrũ
38 † credatur executori gratiæ expectatiuæ cõcessæ in forma cle. vnicæ. §. secus. de cõces. pręben. testificãti per literas suas sigillo suo sigillatas & acceptatione expectantis? hæc quæstio fuit proposita in cõsilijs Rotæ de tempore domini Bernardi de Bosqueto: & dixerunt quidam & nõ: quia nõ testificatur de facto suo, sed impetrãtis: primo enim & nõ secũdo casu creditur iuxta Compo. de rescript. c. capitulum. S. Crucis. arg. ff. de rebus eorũ. l. magis puto. §. si æs alienũ. tamẽ maior pars tenuit ꝙ satis credi debet, saltem cum iuramento partis: quia talis acceptatio solet fieri corã executore: & est de circunstantijs negotij sibi cõmissi cum sit necessaria ad prouisionem per eum fiendam, & satis vicina mandato. arg. ff. iudicatum solui. l. iam tamen. §. qui tamen. facit quia creditur literis exequutorũ confectis in modum actorũ designatis loco, & tempore super appellatione per partem interpositam vt per eam causa ad curiã deuoluatur: vt notat Compo. de elect. statuimus. colum. iiij. ver. item quęritur de modo probandi.

¶ DVODECIMO quęritur in verbo *exẽplaris*. in qui-
39 bus casibus statur † exemplarijs. Primus casus est cum vocatis vocãdis facta fuit exemplatio per iudicẽ. vide in Spec. eo. tit. §. ostẽso. ac lecta & notata. lxj. dist. maximianus. & . centesima. distin. cõtra morẽ. & melius in his quę scripsi. s̃. titu. ij. Albericus. & . c. significauit. Si tamen nemini pararet prę-iudicium nõ requireretur fortè talis solennitas, vt in Specu. eo. tit. §. ij. & quod notatur. ĩ. eo. c. finali. sed nõ est tutũ: & facit cõtra illos qui glo. allegat. textus limitantes. arg. xj. q. iij. nolite. vbi per Archid. ix. distin. ego. xxxvij. dist. relatũ. Si ergo dicitur in instrumento talem sic fecisse prout in alio tali instrumẽto ostẽso & lecto cõtinet: nisi illud exhibeat nihil probat, secundũ Lauren. & Collec. quia si diceret notarius exemplari ꝙ debet facere iudex, licet Collec. eo. tit. §. restat.
40 in fine. vide Collec. de cõuer. cõiug. dudum. ex quibus † etiã sequitur ꝙ instrumento sententię narrãti processum nõ creditur, nisi de sententia secũdum Inno. in. c. quoniã contra. & Archid. de priuileg. si Papa. & Ioan. iij. q. vj. hoc quippe. Sed facit prę sumptionẽ, vt in Specu. eo. tit. §. restat. circa finẽ. arg. ĩ. de censibus. cũ olim. ad finẽ. C. de cõtrahen. stipu. l. optimã. facit pro Inno. cle. literis. de proba. iũge tamen notata Cyni in authen. si quis in aliquo documẽto. in. v. q. ¶ Supple glos.
41 in glo. ij. ibi. *iudicis authoritate*. aliter † nõ sufficeret exemplũ, licet per tabellionẽ sumptũ, licet dñs Alberi. de porta Rauẽ. cõtra p auth. vt fratrũ filij. §. illud. coll. ix. Dicebat enim ꝙ sicut authẽticũ à psona tabelliõis sumebat fidẽ: eadẽ rõne habẽda erat fides sumpta p eum vt tantũ operet authoritas, & officiũ tabellionis in secundo sicut in primo. Sed fert cũ de facto habeat opinionẽ defenderet: & iudex nihilominus fecisset & ibi originale in quo liturę & plura vitia sunt reperta ex tunc mutauit opinionem vt scilicet, requiratur iudicis authoritas vt fides adhibeatur & tunc ei creditur. ĩ. c. finali & sic intelligunt doctores. c. illud. s̃. de probatio. quoniam. versi. ad originalia recurrunt. Si de sumptis dubitetur Solutio ibi sumpta per iudicem non fuerunt examinata: nec ipsius authoritate exemplata secundum Hosti. & ibi dicas quòd non. Idem Hosti. & Guill. in speculo de instru. ędi. §. videndum. versi. sed quòd ecce.

SVMMARIVM

1 *Authenticum instrumentum à publico dissidere: & hoc quo casu faciat fidem, vel sit suspectum nu. 2.*
3 *Priuatæ scripturæ quatenus detur fides, & nu. 23. & quid in instrumento forensi.*
4 *Prothocolum sigillasse, nisi id expressè dictum sit, satis non esse declaro limitando, vt nu. 5. Declaro etiam vt nu. 10.*
6 *Episcopo inferiorum sigilla quo casu fidem faciant.*
7 *Alieno sigillo signare non, nisi ex causa, licere. Et quid tum faciundum sit. nu. 8. & 9.*
11 *Signo suo, non alieno quando censeatur vsus episcopus.*
12 *Inscribẽs signatis, quæ vocant, albis an, & qñ falsi nota possit inuri.*
13 *Albis signatis quem non obligari & nu. 18. & cur nu. 16. nec ea facere fidem. nu. 17.*
14 *Eius, quod nõ est, nullã esse qualitatẽ: nec quẽ tractatu obligari. nu. 15.*
19 *Delegato iure sigilli, omnia, que iudicij sunt, signari posse: contractus verò instrumentarios non, nisi delegante præsente numero. 20. Et quid de consuetudine numero. 21. Ea tamen non nisi expresso mandato fidem facere numero. 22.*

¶ CAP. II.

SCriptura. Breue est, & repetibile, vt precedens. ¶ Expone
literã *authentica*. quia litera ista videt distin-
guere authenticum à publico. Dicebat hic
1 Inno. q̃ illa dici † publica, quæ habẽt sigil-
lum: vel etiã quæ fiũt per tabellionẽ, etiamsi nõ sit illis fides
adhibenda. Authentica vero sunt illa quibus fides est adhi-
benda, & isto modo omnia authentica sunt publica, sed nõ
cõuertitur: vel melius secundũ eum hæc se habẽt sicut exce-
dentia & excessa. Vel vocat authenticũ originale, & ita reci
pitur. s. c. proximo. etiamsi nõ sit manu publica scriptũ, vel
acta iudicialia, vel scripturã, quę habet subscriptionẽ cõtra
hẽtiũ, & testiũ: publicã vero vocat, q̃ facta est manu publi-
2 ca, vel quæ habet authẽticũ sigillũ. Et tali † scripturæ credi-
tur etiã inscriptis testibus mortuis: dũmodo nõ sit vitiata,
vituperata, suspecta, vel calumniosa. C. edicto diui Adri. tol.
l. finali. in authen. eo. tit. §. si vero variãtur. is tamẽ, cõtra quẽ
producitur, potest illam dicere falsam. C. eo. l. ij. si vero sit ali
quo modo vituperata vel suspecta, is, qui eam producit, te-
neretur ꝓbare esse verã. C. de proba. l. iubem⁹. & ff. eo. l. ij. &
sic intelligitur. j. eo. c. inter dilectos. Subdit, q̃ scripturæ pri
3 uatę nõ † credit, nisi testib⁹, vel literarũ cõparatione iuuet.
in authen. eo. §. si verò. & C. de proba. l. instrumenta. & idem
fortè, dicendũ est de instrumento forensi. arg. C. de dona. l. in
donationibus. secundũ eum. sed Hosti. ad euitandam perple
xitatẽ, de qua in prin. huius glo. exponit, authẽtica id est au-
thenticata: nam si verè authentica esset mors testiũ nõ no-
ceret, vt sequitur.

¶ PRIMO quęritur quæ scriptura dicitur authentica, &
quæ scriptura dicat publica, & quæ est differentia inter ista
& qualiter hic accipiãtur? super quo premitte, quę scripsi. s.
c. proximo. in. j. quęstione, & ix. sequentibus: & dic vt scripsi
s. eodem cap. in expositione.

¶ SECVNDO quæritur in verbo sigillũ, & hic subin-
tro magnã glos. Inno. nũquid ad hoc q̃ litera sigillo authen-
tico sigillata dicatur publica atque ꝓbans sufficit ostendere
4 sigillũ esse appositũ. Respõdet Inno. dicens q̃ non † sufficit
sigillum apponere minutę, nisi is qui apposuit, dicat se appo
suisse. arg. ff. de testa. l. vltima. & C. de testamen. l. si vnus. & l.
hac cõsultissima. & l. in testamentis. & l. iubemus. & j. de re
iudi. c. cũ inter vos. § j. ver. placet. & si. vbi de hoc. ¶ Subdit
tamen q̃ videt sufficere si loquẽtiũ in charta vel cõtrahen-
tium in instrumẽto nominatorũ sigilla apponãtur, etiamsi
non dicãt sigilla nostra posuimus. tẽn si nõ dicat notarius q̃
sigilla sua apposuerint. arg. C. de arbi. l. finali. & j. eo. inter di
5 lectos. & hoc † verũ si sigilla talia sint authentica: videlicet
talia quib⁹ credendũ sit, vt sunt sigilla Episcoporũ. xj. q. iij.
summus. aliàs incipit statuim⁹. lxxxvij. distin. nobilissimus. s.
de eo qui mittitur in posses. cũ sicut. s. de proba. c. tertio lo-
co. s. de elec. cum inter. R. Iuniorẽ. § sanè vbi de hoc, & pro
& cõtra. ff. de custo. reorũ. l. diuus. ¶ Sed nũquid sigillis infe-
riorũ prælatorũ ab Episcopo de iure creditur? Respondet
6 Inno. dicẽs & † eis nõ creditur, nisi hoc habeat cõsuetudo.
vt. j. eo. cum dilectus. vel nisi fortè habeãt iurisditionẽ: quia
tunc in his quę sunt iurisditionis suæ instrumẽta cuiuslibet
ordinarij vel delegati iudicis authentica reputaret: vt dicit
Archid. s. de testi. c. cũ à nobis. Sed adiurando clamat Hosti.
dicẽs nõne hęc glo. Inno. directè cõtradicit notatis Inno. in
d. c. cum à nobis. & s. c. proximo in principio & posteà re-
spõdendo dicit super. l. iudica, vt infra dicetur, & de hoc &
de his quæ sequuntur habes in Speculo de probationibus. §.
finali. ver. decimo.

¶ TERTIO quæritur nũquid alieno sigillo sigillari po-
7 test? Respõdet Inno. dicẽs † quòd quis debet sigillare sigillo
proprio & nõ alieno, si sigillum habet: & tũc si alieno sigillo
sigillet nil valet: nisi ex causa fieret, vt sequitur, nec etiã fidẽ
facit sigillum propriũ ad aliud officiũ deputatũ. j. de appel.
significauit. ¶ Verũ si nullũ sigillũ propriũ, inquã, habet, vel
si habet nõ tenet illud prę manibus: nec potest illud tenere
8 de facili: tunc potest vti alieno sigillo: debet † tamen expri-
mere cuius sigillo sigillet, & quare alieno sigillo sigillet: est
vna ratio reddita in lege quia aliàs turbatũ esset signũ: vt. ff.
de testamẽtis. l. ad testium §. si signa. Item est & alia ratio effi
cacior, vt videlicet discerni possit, quo & à quo ex qua cau-
sa signatũ est instrumentũ: nam ex multis & diuersis causis
sigillum & subscriptio apponuntur in literis, verbi gratia
quandoque enim apponitur in signũ cõsensus. xij. q. ij. sine
exceptione. s. de ꝓcur. eo. c. ff. de pigno. l. fideiussor. § finali. l.
sequenti quãdoque in signũ testimonij ff. de pigno. actio. l.
Caius. quandoque in signũ authoritatẽ præstantis. xij. q. ij.
cum redemptor. & c. sacrorũ. quandoque in signũ cõfirma-
tionis. j. eo. inter dilectos. § j. ver. iij. sed & ex multis alijs cau
9 sis potest sigillũ apponi vel subscriptio fieri. Vnde † appa-
ret q̃ semper in litera debet exprimi ad quod sigillum appo
natur, & cuius sit, & à quo appositũ fuerit. arg. s. de transact.
c. finali. & xix. distinctio. c. j. & ij. & in eo quod legitur. & no
tatur. s. de libel. obla. c. finali. Sed & si in litera hoc sufficien-
ter nõ specificaretur, tamen qualitercunque hoc sciri, vel
perpendi possit, videtur sufficere: nam & si in scriptura au-
thentica aliena & etiã alterius hominis cõtineatur aliquid,
per quod sciri possit, ad quid & à quo in hac litera, de qua
nunc agitur appositũ est sigillum: sufficit: vt. j. de cõfir. vti. §.
quia vero. & j. de fideius. peruenit. § j. nec quęro qualis sit il-
ille, qui scripturã facit & sigillat, publicata rex vel infimus
10 homo. Sufficit enim q̃ sigillũ † authenticũ sit sic, quòd au-
thoritatem præstet scripturæ principaliter, nõ secũdario se
cundũ Inno. hoc tamen nõ est semper necessariũ, imò quan
doque sufficit priuatũ sigillũ, vt infra patebit ex infra dicen
dis secũdum Hostien. vnde secũdum Inno. si esset talis per-
sona, quæ non principaliter, sed secũdario authoritatẽ præ-
staret scripturæ, vt est testis contractus in eadem scriptura
cõtenti: tunc nõ est necesse sigillũ, quod apponitur, esse au-
thenticum: sed sufficit qualecunque sit, dummodo caracte-
res habeat: vt. ff. de testamentis. l. ad testiũ. § vltimo. nec exi-
gitur q̃ ibi sint literæ dummodo certũ sit de sigillo: si verò
ibi sint literę tunc oportet, q̃ legi possint in totũ, vel saltem
in tanta parte q̃ indubitanter intelligi possit quid velint di
cere. Alioquin contra in eo quod legitur & notatur j. eo. in-
ter dilectos §. sed cõtra. ver. nam & in ipso sigillo. Subdit au-
tem Inno. q̃ cum corrigia vel alia re quę non sit insculta ad
signãdum sigillari nec potest, vt prędicta. l. ad testium. & ff.
11 de auro & argen. lega. l. argento. § ornamenta. Item † Episco
pus non censetur alieno sigillo sigillare quando sigillat sigil-
lo ecclesię suę. lxxiij. distin. in nomine domini. & vij. q. j. lici-
re. Contrahens etiã obligat se sigillo proprio. C. deposit. l.
publia. sed nõ nocet ei, si nõ cõsensit licet in scriptura surre
ptitia ponatur. C. de rebus nõ alie. l. ij. sed nec est vis in nomi
nib⁹ faciẽda. arg. in eo quod legitur & notatur. s. de procur.
petitio. nam & quod vocamus sigillum anulum appellat ius
ciuile secundum Inno. vel hoc ideo dicit secundum Hostiẽ.
quia antiqui nõ habebant sigilla, sed anulos insculptos cũ qui-
bus signabant, sicut etiam reperiuntur modernis tempori-
bus multi tales. Item nõ est ius an litera loquatur ille qui se
obligat, vel aliquis alius facit vel ille qui se obligat, vel ali-
quis alius facit, vel ille qui sigillat secundum Innocen. sicut
nec ius est an loquatur in prima vel tertia persona tabellio
quicunque sit instrumentum: vt patet in eo quod legitur &
notatur. j. de conuer. coniug. dudum. § penultimo. secun-
dum Hostiensem.

¶ QVARTO quęritur quid de his procuratoribus, qui
à dominis cædulas vacuas recipiunt ad scribendum si ali-
quid scribant ibi & de hoc communicantur nunquid erunt
12 tanquam falsarij puniendi. Respondet † Inno. dicens se cre
dere tales non esse falsarios: nam ex quo cędolam vacuam
sigillatã quis fidei alterius cõmisit prima facie quicq̃d in ea
scribitur, creditur eidem cõmisisse licet sit argumẽtũ cõtra.
ff. cõmo. l. cum quis. § finali. Crederẽ enim (dicit Inno.) q̃ il-
lud manda

lud mādauerit quod ſcriptū eſt dummodo tale ſit quod ibi
ſcribitur, ad quod procurator poſſet cōſtitui: ſi tamen pro-
baretur ꝙ aliud ſcripſerit, quàm quod mādatū fuerit, quaſi
falſarius punietur. arg. ff. cōmo. l. iij. §. finali. & l. ſeq. & l. ſi vt
certo §. ſed incertū. & §. planè. & §. quinimo. & §. denique. ff.
mandati. ſi quis negauerit. ff. de falſis l. j. §. qui in rationib⁹. &
ſequēti. & §. ijdem principes. & l. ſi quis legatū. & l. impube-
rem §. qui codicillos. Alij autē dicūt ꝙ in illis cædulis nihil
poteſt ponere quod alium obliget, niſi illum cuius eſt ſigil-
13 lum. Alij † vero dicūt ꝙ nec obligare poteſt illum, & ꝙ nō
licet tales cædulas vacuas ſcribere, nec valet aliquid quod in
talibus ſcribaſ cædulis, nec ille cuius eſt ſigillum dat autho-
ritatē ſigillo: & ſigillū debet dare fidem ſcripturæ, & ſcriptu
14 ra cōtractui. Sed quādo † incipiet, vel quando poterit dare
authoritatē is cuius intereſt ſigillū vel ſigillū fidem ſcriptu-
ræ, cum ſcriptura fuit facta nō quando appoſitū fuit ſigillū,
ſed poſteà: ei enim ꝙ eſt fidem dare nō poteſt. arg. ī. de cōſti.
cum acceſſiſſent §. j. in fine. cum ſuis cōcor. & ff. de cōtrahen.
emptio. l. fundi venditi. & l. Rutilia polla. ſed nec authoritas
nec decretū poteſt id quod futurū eſt cōfirmare. ff. quod cu-
iuſque vniuer. itē ſi. §. j. ver. ſed ſi ita decreuerūt. ſed & quan-
do dabit authoritatē ei, qui ignorat, non videtur hoc poſſe
fieri: cum nec authoritas ſine cognitione debeat interponi.
ff. de offi. procōſul. & lega. nec quicquā §. vbi decretū. iij. q.
iij. §. ſpaciū. Sed dices quod is cuius eſt ſigillū nō videtur pr̨-
ſtaſſe authoritatē rei futuræ, ſed præſenti ſcilicet mandato
quod fecit portanti cædulas in præſenti. Solutio, dic ꝙ ſigil
lum nō præſtat authoritatē mandato, vel tractatui, vel ſcri-
pturæ. Vnde & ſi cenſeatur authentica hæc ſcriptura non
15 † tamen de tractatu, quem cōtinet, fidem facit: imò & cum
procurator poſſit ſcribere, quicquid vult in hac cædula nō
ſigillum præſtat ei authoritatē, ſed ipſe ſcribēs. Ad hoc etiā
ꝙ tale inſtrumentū fidem nō faciat, videtur eſſe efficax. arg.
in authen. de tabel. §. nos autē credimus. & ſeq. vbi dicitur ꝙ
tabellio qui dat authoritatem inſtrumento debet intereſſe
quando cōpelletur, & debet audire totū negotiū vt ſciat re-
ſpondere, ſi interrogetur: eodem modo dicēdum eſt & de il
lo, cuius ſigillum eſt, cum hæc duo æquiparentur: ſed etiam
multæ abſurditates poſſent ſequi de talibus ſigillis. Quid
enim ſi cædulæ fuerit ſigillū appoſitū eo cuius eſt ignorāte:
& quid ſi de eius ſciētia fuerit appoſitū: ſed antequā ſcriba-
tur aliquid in cædula moriaſ, certū eſt enim ꝙ morte man-
datoris vel mādatarij re integra finitur mandatū. inſtit. man
da. §. rectè. & patet in eo, quod legitur & notaſ. ā. de offi. de-
16 lega. gratū. Sed & † quid ſi ꝓcurator moriatur vel ſpoliatur
& cędula perueniat ad manus alicuius Dei ſpiritū nō habē-
tis nempè poterit in ea ſcribere quicquid placuerit in domi
ni cædulę grauiſſimū detrimentū: de quo nūquam actū fuit
nec etiā cogitatū. Iniquum erit igitur abſentē & ignorantē
ſic damnificari poſſe & ſine aliquo peccato puniri in eo, de
quo cogitatū doceſ. arg. ff. de pactis. l. tres fratres. ff. de trāſac.
qui cum tutorib⁹. §. finali. C. de dona. nec ignorās. item ſi ini-
17 micitię oriuntur. Quia † etiā prędictę cędulæ credendum
nō ſit, ex hoc conſtat, quia cuius nomine confecta eſt de illo
quod in ea ſcribitur, nihil ſciuit: ſi enim cōſtaret eum man-
daſſe vel ſciuiſſe de aliquo certo ſcribēdum fortè ſecus eſſet
dicendū. Sed forſan de pręſumptione iuuabis te, dicēs, ꝙ ex
quo procuratori dedit dominus cædulam vacuā videtur ei
poteſtatē dediſſe, vt ſcriberet in ea quicquid vellet. arg. ff. de
pactis. l. ij. ff. de cōtrahen. empt. clauib⁹. ā. de cōſuetu. c. ij. cū
multis ſuis cōcordantijs ibi ſignatis. Sed ſi prędicta iura di-
ligenter inſpicias nō ita pręſumes: nam vt in eiſdem iurib⁹
euidēter apparet quādoque etiā ex datione alicuius rei etiā
aliud dediſſe intelligitur, vel ratione loci, vel temporis, vel
cōtractus, vt ſi dedi claues horrei iuxta ipſum horreum vi-
deor dediſſe & ea quę in horreo ſunt. ff. de cōtrahen. empt.
clauib⁹. vt ſi obligo inſtrumenta etiā in inſtrumento cōten-
ta videor obligaſſe. C. quę res pigno. oblig. poſ. l. j. Et ſi reddo
debitori inſtrumentū in quo cōtinetur ſubſtantia debiti in

quo mihi aſtrictus eſt, ipſum etiā debitū videtur remiſiſſe. ff.
de pact. l. ij. ſecus ſi pignus crederē. ff. de pactis. l. iij. hoc nihil
tale eſt. Vnde nō videtur magis pręſumendum de vno man
dato quàm de alio, maximè cum ex multis & diuerſis cauſis
inſtrumentū ſigillare contingat: vt patet in eo quod ſcripſi,
ſcilicet. eo. c. in proxima quæſtione. Item eſt alia ratio effica
18 cior &c. & ſic apparet † euidenter ꝙ hoc inſtrumentū aliqua
pręſumptione certa iuuari non poteſt.

¶ QVINTO quæritur, ecce ſupra dictū eſt ꝙ ſi litera illa
ſigillata committitur alicui vt in ea ſcribat quicquid volue-
rit, & ille in ea ſcripſerit ꝙ litera ipſa etiam ſi ſigillū ſit au-
thenticū quoad hoc nullam fidem facit. Sed pone iuxta hoc
quòd nō litera ſigillata, ſed ipſum ſigillū authenticū cōmit-
titur alicui, vt ipſe de eo ſigillet literas, quę ſibi videbuntur
ſigillandę, nūquid ſi ſigillet literę erūt authēticę & fidem fa
cientevidetur ꝙ nō per ꝓximè dicta. Inno. vero volens ſub-
19 intrare materiā huius quęſtionia dicit ſic cōſitemur ꝙ † Epi
ſcopus poteſt cōmittere fideli pſonę ſigillū ſuū vt ſcripſi. ſ.
c. j & ille cui ſit cōmittitur ſecundū poteſtatē ſibi datā, ille
ſigillo ſcripturas poterit ſigillare de his quę pertinēt ad Epi
ſcopū: puta cōmiſſiones cauſarū, citationes & confirmatio-
nes, & generaliter de omnib⁹ alijs quę cōmiſſa ſunt ei pote
rit expedire literas, etiāſi pręlatus illas nō viderit ſigillare: ſi-
cut Papā & alios prælatos & principes ſuis pręlatis & can-
cellarijs hoc videmus cōmittere. ī. de cri. fal. c. iura. Subdit
20 Inno. ꝙ in † cōtractib⁹ aliorū nō poterit talis nomen Epi-
ſcopi ſigillū teſtimoniale apponere, niſi ſi ipſe Epſ cōtractui
interfuerit, cū teſtimoniū ſit tantū de viſu, vel auditu, & de
his quę teſtis plenè nouit. iij. q. ix teſtes. & loquitur ſecundū
eum in authen. de tabel. §. nos autē credimus. Subdit etiā ꝙ
tamē dici poteſt ꝙ talis ſigillū etiā teſtimoniale poteſt appo
nere vbi hoc de cōſuetudine eſt ſicut in Lugduno Viēneñ,
Ebreduno, Vabrico, & multis alijs ciuitatib⁹, in quib⁹ pręla
ti habēt dominiū temporale, ſecūdū Hoſti. nō ꝙ cōtractus
cenſeaſ habere teſtimoniū ab Epo, ſed ab eo cui cōmiſſum
ſcilicet à cancellario vel alio, qui ſigillum apponit: fingitur
enim eius ſigillū ſicut ſigillū eccleſię fingiſ Epi. lxxiij. diſt. in
nomine patris bene tamē debet exprimi in litera cuius no-
mine deponaſ, ſcilicet an Epiſcopi vel officialis, ſecundum
Inno. & in his cōſiſtit ſumma totius magnę glo. Inno. ¶ Ho-
ſti. autē dicit ꝙ quicquid dicat Inno. in pdictis ciuitatibus
21 obtinet de cōſuetudine † ꝙ nomine pręlatorū ſcribūtur li-
terę de cōtractibus & alijs quę ipſi prælati nūquā viderunt
vel audierūt: & ſigillantur ſiue bullantur ſigillo vel bulla ad
hoc ſpecialiter deputatis nec fingūtur ſigillantis, ſed pręlati
cuius nomine ſcribitur quāuis abſentis, ac ſi pręſens eſſet,
quod in alio caſu vix fieri poſſet ſine vitio falſi: vt patet in
eo quod legitur & notatur. ī. de his quę fiunt à pręla. c. quan
to §. abſentiū. Putat etiā Hoſti. ꝙ talis cōſuetudo quę priua-
tæ ſcripturę dat vim ꝓbationis, vt not. ī. eo. cū dilectus. in
fine, & prælatū, & ſcribentē ac ſigillantē à crimine falſi excu
ſat: quia hîc nihil fit dolo ſine quo nō cōmittitur crimen fal
ſi: vt. ff. ad l. Cornel. de fal. l. iij. in prin. & l. penul. j. reſponſo.
Sed neceſſitati cōtrahentiū ſubuenitur, vt ad hoc ꝙ maio-
ris authoritatis ſiut inſtrumēta poſſint ita expediri, licet nō
fuerint pſentes: quia nec poſſibile eſſet quòd omnibus pręſ-
ſentialiter intereſſet, ac ſi pręſentes fuiſſent. Sed nec debent
dici omnino abſentes: quia ex mandato & authoritate eorū
alij vice eorū pręſentes ſunt. arg. ff. de admini. tut. l. ita autē.
§. geſſit. ſe. ſ. de offi. deleg. paſtoralis. de ſenten. excom. mulie
res. ad finē. cum ſuis cōcor. Item nec debēt dici omnino ab-
ſentes qui ex mandato & authoritate dantis pręſentes ſunt
ſpiritu. arg. ij. q. j. de manifeſta. ſ. de do. & cōtu. veritatis §. ſi.
ver. in nomine domini. cū cōcor. Et adde quod notatur de
his cædulis. C. de ſolu. c. ij. ſup verbo quib⁹. ſecūdum Hoſti.
& quod tangitur per Nouellā. ī. c. inter dilectos. ſuper ver-
bo facilius. ¶ Quid dicēdum: diſtinguo in quæſtione prin
cipali: quia aut committit aliquis ſignū vel ſigillum ſuum,
licet authenticū vni perſonæ priuatę nō iuratæ, nec tanquā

in officio publico, quoad hoc cõstitutæ, vt illud apponat in
22 quacũque litera, vel quibuscũque literis sibi placuerit, † &
tunc puto ꝙ literis per dominũ nõ visis, quas ille sigillabit
in absentia domini, & sine speciali mãdato ipsius nullã fidẽ
faciũt, per ea quę dicta sunt de literis albis in quęstione pro-
xime precedẽti. nam rationes ibi adductę hîc fortius vrgẽt,
hîc enim est maius periculũ fraudis, quia hic sigillũ & char-
tę omnes alterius arbitrio, sed ibi nõ sigillũ ipsum, nec char
tæ omnes sed vnica charta alieno cõmittitur arbitrio. Aut
cõmittitur sigillũ alicui personę iuratę & tãquã quoad hoc
in officio publico cõstituto: & tũc dic vt scripsi. s. post Inn.
& Hosti. ¶ Collec. recitat aliqua de his quę hîc scripsi. s. c.
proximo, quæ omitto postea quoad materiã literarũ albarũ
vt valeãt dat consiliũ ꝙ dñs cõmittẽs corã testib⁹ dictet seu
ordinet cũ cõsilio peritorũ formã scribẽdi die iniũcti man-
dati corã testibus expressata vt falsitas fabricari nõ possit.
¶ Supple glossas in glo. j. ibi *in reali*. hoc intẽdit ꝙ si habẽs pu
blicũ instrumentũ de debito, & ego habeã talem scripturã
in adiudicatione hypothecæ rei ꝓferens mihi, & ibi *suum,
vel amplius*. Et si negetur ꝙ tali scriptura cõtinetur nõ faciat
fidem, nisi per testes subscriptos vel alios, cõprobet: vt in au
23 then. eo. tit. §. si quis igitur vult cautè. & sequẽtibus, nisi † iu-
dicis authoritas interuenerit, & per alia iudicia cõprobet.
In quo etiã casu testes videntur sufficere, vt. s. de proba. quo-
niã. vel nisi cõfecta sit manu tabellionis vel roborata sigillo
authentico secundũ Hostiẽ. qui dicit sic intelligendũ quod
notat in summa. eo. tit. §. quib⁹ instrumẽtis. ver. item obijci-
tur. & ver. item quod nõ est cõfectũ. & ver. sequentib⁹. *& in
fine*. sex modos quib⁹ dicitur publicũ instrumẽtũ, & tres spe-
cies priuatę scripturæ. vide in Specu. de instru. edit. §. nũc di
cendum *in glo. ij*. in fine, & j. de vsuris. c. ij. lib. vj. in glo. vlti-
ma. *in fine*. de hoc satis in Specu. eo. tit. de proba. §. finali. ver. x.
vbi reperies hîc notata per Hostien. super hoc quod tangit
glos. videlicet quod dicimus sigillum authenticum.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta quorumcunque contractuum quo casu suspecta fiant, & instrumenta quo casu induci, abradique possunt. nu. 2.*
3 *Falsum quot modis committi possit & grauius delinquentem plecti. numero. 4.*
5 *Falso instrumento vsus quibus casibus excusetur: declaro. vt nu. 7.*
6 *Suspectum instrumentum à productore verum probari debere.*
quis. de teſti. ſuper eo. ij. ad finem. & c. conſtitutus. j. de iure-
iur. c. vltimo. in fine. de pręsby. non bapt. veniens. in fine. de
ſpon. is qui. & c. ſi. de cri. fal. c. pe. & de no. ope. nunc. cum ex
iniuncto. vbi pręſumitur pro religioſis q iniuſtam litem nō
habeant. facit. li. vj. de fil. pręsby. c. ij. in fine. de reſti. ſpo. c. ij.
de teſti. c. vlti. ij. reſponſo. de præſcript. c. j. de regula. non ſo-
3 lum. de hæret. in fidei. & c. ſeq. ¶ Itē ſi † vis ſcire quid eſt præ
ſumptio, & quot ſunt præſumptiones, & quis ſit effectus in
quolibet eorundem, & quid ſit fictio, & quis ſit fictionis ef-
fectus, & qualiter præſumptio, & fictio inter ſe differunt, &
etiam quid ſit indicium, & qualiter articulus obiectiuus nō
debet ex præterito in modum præſcriptionis inferre: ſed de
præſenti debet ex neceſsitate cōcludere, vide quod Cy. poſt
Pe. de bella pertica ſcripſit multum notabiliter. C. de proba.
l. ſiue poſsidetis. in ſecunda, & vltima quęſtionibus. & vide
etiam an ille, qui ſemel poſſedit ſemper præſumatur poſsi-
dere qđ ibi notatur in. j. q. Item de materia pręſumptionum
dicam aliquā j. c. quanto. ſuper ſi. gl. & quia veriſimile in. iiij.
quęſtionibus. & c. illud. & de ſponſali. & c. is qui. item de ma
teria fictionū vide plenè per Bartolū in l. ſi quis pro empto
re. ff. de vſucap. & per dñm AEgidium ſancij in repetitio-
ne legis ſi ab hoſtibus. ff. ex quibus cau. maiores. quā habeo
in primo volumine repetitionum. fo. lxxvj & quę ſcripſi in
cle. quod circa. de elect. & in quodā conſilio meo ſuper qua-
dam cauſa Pariſienſi emanato.

SVMMARIVM.

1 *Conatum, effectu non ſequuto, certis ex cauſis puniri. & nu. 4.*
2 *Ludo quem in delictis non excuſari. Limita: niſi ex circumſtantijs ar
bitratis. numero. 3.*
5 *Pœnarum capitalium genera tria: & l. ſi quis non dicam rapere. C.
de epi. & cle. de minori pœnæ genere accipiendam eſſe. nu. 6.*
7 *Pœnam ex circonſtantijs exaſperandam, vel molliendam eſſe: idque
ſpectet iudex.*
8 *Delicta malo animo perpetrata quando dici, vel non poſsint. & nu. 9.*

CAP. I.

SIcut noxius. ¶ Expone literā. &
primò in ſubſcri-
ptione ibi, *in parabolis*. ſ. xxvj. c. item in textu
ibi *ſicut*. hoc not. ſimilitudinem in genere,
non in quantitate Hoſtien. *noxius*. i. nocens.
Hoſt. *mittit*. manifeſtè Inno. *ſagittas*. vel ſtallas, vel ferramenta
dedit inſti. de ob. ex maleficio. § interdū. Vinc. *ita vir*. ſupple
noxius *amico*. fictione non rei veritate, quia ſi amicus eſſet
non noceret *deprehenſus*. de depręhenſione habes. i. de iudi.
cū non ab homine. & exponit Abbas. i. feciſſe repertus. No-
1 ta primò qualiter in † delictis conatus punitur, quanquàm
nullus ſequatur effectus, ſuper quo vide hic notata in. j. gl. &
eſt hoc verum ſecundum Collect. in hoc caſu, & in crimini
bus hęreſis, & lęſę maieſtatis. & quibuſdam alijs criminib9.
ſuper quo remittit ad notata de pœnitētia diſtinctione pri
ma magna. & l. cogitationis quā habes. ff. de pœnis. & l. ſi qs
non dicam rapere. quā habes. C. de Epi. & cleri. vbi omninò
vide Cy. in. x. oppoſitionibus. & in diſtinctione, quā in fine.
ad oppoſitionum diſſolutionem ibi format, ex quibus poſ-
ſes ſumere materiam formandæ repetitionis addit is quibuſ
dam ibi notatis per Butrig. Bal. in alios ſcribentes moder-
niores. ¶ Secūdò nota q cum quis alteri infert malū nō eſt
2 † ſufficiens excuſatio dicere ludens feci. ſuper quo vide hic
not. in gl. vlti. ar. xxxij. q. iiij. recurrit. quis enim ludos appel-
lat ex quibus crimina oriūtur? vt in procemio. ſlorum. § pe.
& ſunt hæc contra iſtos ſcdm Hoſt. qui faciunt Rithmos fa
moſos in ludis ſancti Nicolai, vel ſimilibus feſtis, q propter
ludum non excuſatur à pœna. C. de famoſis libel. l. vna. vj. q.
j. ex merito. & tribus capitulis ſequentibus, vnde ponebat
Vincen. verſum ſi videor ludo, vel ſaco ſumpta. recludo. di-
cebant tñ Goff. & Hoſti. q hæc præſumptio qñq;, & in ali-
quibus

quibus ex varijs circūſtantijs tollitur vt patet.xxij.q.ij.quod
ait.&.c.ne quis.& de cōſe.di.iiij.ſolet.&.ff.de act.& obl.l.iij.
§.verborū.&.ff.de iniur.l.illud.§.pen.&.x.q.j.illod. Ergo hoc
3 † arbitrabitur bonus iudex vt præſumatur cōtra malefacto-
rem niſi iudex inueniat circūſtantiam euidenter excuſabi-
lem:quia vt dicit hîc Inno.malum,& damnū ſemper præſu-
mitur fieri malo annuo,niſi cōtraria præſumptio præualeat
vt.ff.ad leg Aquil.l.item ſi obſtetrix.§.fi.&.l.ſeq.&.l.item me
la.j.reſpon.&.j.de reg.iur.c.ij.arg.ſ.de tranſac.c.fi.& in au-
then.de indi.§.oportet.collat.vj.lib.vj.& ſuper hoc remittit
Collec.ad lecta & not.j.de vita & ho.cle.c.monaſteria.
4 ¶ PRIMO quæritur,iuxta primū notabile † nunquid at-
tentans facere, puta,cum telo ad interficiendū accedens &
actum nō implens eadem pœna puniatur, ac ſi interfeciſſet
ſeu actum impleſſet,& videtur expreſſum q̄ ſic in.d.l.ſi quis
non dicam rapere.vbi dicitur ſic.*ſi aliquis non dicam rapere ſed attentare, tantum matrimonij iungendi cauſa ſacratiſſimas virgines auſus fuerit capitali pœna ferietur.* pœna enim capitalis eſt pœ-
na.leg Cor.de ſica.quę illi imponitur qui dolo occidit.inſti.
de pub.iud.§.item lex Cornelia.in prin.& in ver.telum.& eſt
pœna illius qui huiuſmodi virgines rapit C.de raptu virg.l.
vna.Cy.autem poſt lac.de Ra.in.d.l.ſi quis nō dicam.in.vij.
&.ix.oppo.&.j.diſt.dicit q̄ imò mitius punietur ſolum at-
tentans,quàm ſi interfeciſſet vel impleuiſſet.arg.ff.de extra-
or.cri.l.j.in fi.&.C.de ſerui fugi.l.fugitiuū &.ff.de re mil.l.iij.
§.is qui ad hoſtes.& arg.ff.de pœ.l.ſi de interpretatione. de-
bet enim cōſiderari euentus,vt.ff.de pœ.l.aut facta.§.euen-
tus.Nec obſtat quod dicitur.in.d.l.ſi quis nō dicam.q̄ pœna
5 capitali ferietur nam triplex eſt pœna † capitalis vna quæ
adimit vitā naturalem,alia quæ vita naturali & libertate re-
manētibus ſolum aufert ciuitatem. Prima dicitur naturalis
mors.Secūda dicitur in metalū damnatio & in inſulam de-
portatio.Tertia dicitur ad tēpus vel in perpetuum relega-
tio, vel in opus publicū aut ad ictus fuſtium dānatio, vt.ff.
de pœnis.l.capitalium.in prin.Vnde ſequendo æquitatē ma
gis, quàm rigorē, & non exaggerando ſed mitigando pœnā
6 † accipiam.in.d.l.ſi quis non dicam.pœnā capitalem nō pro
primo, nec pro ſecūdo, ſed pro tertio genere pœnæ capita-
lis.arg.iurium prædictorū. nec obſtat.l.is qui cum telo.C.ad
leg.Cor.de ſica.quia poſſum ad illam dare intellectū quem
dedi.ad.l.ſi quis non dicam rapere.Vel dicere ſpeciale eſſe in
illa & in alijs legibus,in quibus lex ſpecialiter hoc exprimit
iuxta ea quæ ibi not.per Cy.in.iij.oppo.fateor tamen q̄ ſe-
cundum maiorem vel minorē exaggerationem criminis, &
ſecundum maiorē vel minorem cognatum, ſeu attentatio-
nem iudex poteſt exaggerare,vel mitigare pœnam tertium
aut ſecundum aut primum genus pœnæ capitalis ſecūdum
ſuum arbitriū inſequendo cùm enim de huiuſmodi cogna-
tu non ſit.l.determinatū.cuius pœnæ capitalis ſupplicio pu
niatur & ſint tria illius pœnæ genera vt prædixi:ſuggeratq;
7 † æquitas ſecūdum diuerſitates delictorum & circunſtātias
eorundem pœnam aliter,vel aliter exaggerādam aut etiam
mitigandam dicam iſtud non in merito boni,& pij arbitrij
iudicio relinquendā,& quia ſcripſit veritas Euangelica bea-
ti miſericordes:quoniam miſericordiam conſequentur, piè
aget ſi in partem mitiorē declinet in dubio: quod omnino
ſibi conſulo faciendum.ſ.de offi.dele.de cauſis.ff.de iur.de-
libe.l.j.de extraor.crimi.l.j.de pœnis.l.ſi de interpretatione.
&.l.ſi præſes.in fi.Caueat tamen ſibi, q̄ omnino conſideret
an ille qui attentat & non perficit contra voluntatem pro-
priam impediatur perficere,quia tūc habet locū quod præ-
dixi, an vero ſolùm ex voluntate & pœnitētia propria du-
ctus deſiſtat,quia facinus perpetrare abhorret,quia tunc nō
debet eum puniri nec eadem nec ſimili pœna,ſed ſolum ar-
bitrariè pro modo culpę,vt.ff.ad leg.Corne.de ſic.l.qui fal-
ſam.vt not.Cy.poſt Pet.in.d.l.ſi quis non dicam.in.iiij.op-
poſi.& ſuper hoc vide in Spe.de actore.§.j.ver.ſi quis.& etiā
adde omnino quæ not.per Nouel.j.de reg.iu.c.in pœnis.in
q.mercuriali.vbi plenius de hac materia reperies per No-
uel.& adhuc plenius.ſ.de eo qui mit.in poſ.c.j.imprimis.ix.
q.per me ibi formatis & præſertim.in.vij.illarum quæſt.
¶ SECVNDO quæritur,circa ſecundum notabile qua-
8 liter maleficium pręſumitur malo annuo actū.Circa † quod
Henr.ex ijs quæ ſcripſi in ſecūdo notabili ſic diſtinguit: quia
aut huiuſmodi præſumptio poteſt tolli ex varijs circunſtan
tijs, & veriſimilibus coniecturis ipſum animum excuſanti-
bus,& tunc nō præſumitur malo animo factū vt patet.xxij.
q.ij.&.c.ne quis arbitretur.de conſe.diſt.iiij.ſolerta.ff.de act.
& obli.l.iiij.§.verborum.ff.de iureiur.l.illud.§.pen.xv.diſt.il-
9 lud.de ſent.excō.illud. Aut † non ſubeſt aliqua circunſtantia
ſeu veriſimilis coniectura,per quam maleficium poſſit tolli
per quam animus facientis valeat excuſari, & tunc ſemper
præſumitur contra malefactorē de malo animo,vt.ff.ad leg.
Aquil.l.item ſi obſtetrix.§.fi.cum.l.ſeq.& hoc arbitratur bo-
nus iudex ſecundum Gof.Inno.Hoſt.& Io. And.hîc & idem
Arch.j.diſt.c.eum qui.vbi de hoc.Ex præmiſſis autem & ex
ijs,quæ ſcripſi ſuper rub.& quæ habentur in remiſſionibus
quas dedi.ſ.eo.c.& in rubrica homo boni intellectus ſtatim
formare poterit vnam honeſtam repetitionem.

SVMMARIVM.

1 *Alieni homines profuſos eſſe.*
2 *Præſumptione violenta ſententiam capitalem ferri nō poſſe & quando iudicare liceat.nu.3.*
4 *Contraria proponere cui,& quo caſu liceat.*
5 *Matrem,filij poſſeſſione probata,ei ſuccedere:aliàs filium probet.*
6 *Poſſeſſorem iure potiorem eſſe.*

CAP. II.


ADferte. caſus.Ex violēta præſumptiōe fertur definitiua & pars prima
factum,ſecunda diffinit ibi *reſpondit*.& q̄ di-
cit ſuperſcriptio idem.l.Salomon ſed non in
eod.lib.ſed.iij.c. ¶ Expone literam *ſuper ſilo*.
iij.q.vj.ad Romanam.ij.& dicit Dauid planges Ionatham.ij.
Regum.j.c.in fi.ſicut mater vnicū amat filium ita te diligē-
bam.Geneſ.xliij.commota ſunt viſcera Ioſeph ſuper fratre
ſuo *diuidite*.not.hîc Collec.q̄ nō habetur pro ſententia quic-
quid iudex profert,ad quod vide quod leg.& no.iij.q.vj.hoc
quippe.Item not.Lig.q̄ quandoq; expedit iudicem loqui tē-
tatiuè alle.ſ.ti.proxi.cùm Ioannes.&.ff.de interro.act.l.vbi-
cunq;.*date*,ergo liti cedebat,ſed hoc nō nocuit quia faciebat
hoc cauſa pietatis ſicut nec cū quis confitetur metu tormen
torum ſecundū Vin.*diuidatur*.vulgare largas corrigias de co-
rio alieno.Hoſti.vñ narrat Hoſt.q̄ illuſtris,& inclitæ recor-
dationis dñs.R.Berengarij comes Prouinciæ,par Franciæ,
Angliæ,Romanorum:ac Siciliæ Reginarū, cuidam clerico,
5 qui † conquærebatur de quodam domicello,qui amputaue-
rat virilia cuidā ſacerdoti germano conquærentis,quem re-
perierat cū vxore ſua,& cum adeſſet conquærens, dominus
etiam pellem vētris amputauit minùs latè, reſpōdit comes,
ſemper audiui de alieno corio largas corrigias fieri, iuxta il-
lud,corrigias corio largas damus ex alieno,nunquid autē au-
dienda erat hæc mulier quæ nihil aliud latura erat niſi vt of
ficeret.ff.de rei ven.l.in fundo.&.ſ.de reſcri.plerunq;.§.cùm
agitur. *date huic*. no.per hoc Abbas hîc quod no.Inn.& Ho-
2 ſti.j.eo.quia q̄ † quando diffinitiua fertur ex præſumptione
violenta,temperat iudex ſentētiam,vt non de facili condē-
netur ad pœnam corporalem,vel mulctam quod bene colli-
gitur hic quia nō fuit iſta mulier iudicata ad mortē.vel mul
ctam quod factū fuiſſet, ſi fuiſſet verè probatum q̄ alterius
filium ſubripuiſſet, ſed ſolum cōdemnata fuit ad reſtitutio-
nem filij.facit quod no.j.de purg.cano.inter.in vlt.gl. Item
facit ſecundum Collect.quia hîc non proceditur ordinariè,
3 ſed iuris ordine non ſeruato,& ideò † iudex magis poteſt ſe-
qui præſumptiones,vt not.Inno.j.de conceſ.præb.poſt ele-
ctionem.in fi præſumptiones autē in criminibus non ſuffi-
ciunt: vt.j.e.literas.quia ibi probationes luce clariores ſunt

necessariæ.C.de proba.sciant cuncti. *hoc est.* dicit Hieronymus ad Ruffinum.l.B.Salomonem timuit omnis Israël, scilicet quasi eum manifesta non fugerent, qui tam abscondita depræhendisset.¶ Supple glo.in glo.j.ibi diffiniendo: quia talis res non recipit diuisionē.C.com.vtri.iud.l.possessionū. Vinc.& ibi cuius filius esset, & vt ex hoc iudices sumerent exemplum Inno.& in fi.vbi de hoc.&.xxij.q.ij.quæritur.In glo.vlt.ibi ea vindicta, pietas paterna pro filijs capit consilium.ff.de adult.l.nec in ea.ad fi.quia nec est affectus qui vincat paternū.C.de cura.furio.l.vlti.post prin.& in fi.eadē ra-
4 tione.dicit Lau.cum solam hæreditatē † possidet habet exceptionem contra pietatē quamuis proponat contraria.ff. de excep.l.nemo.nisi probetur ꝙ alterius filius fuerat, si autem alius possidet vtranq; si puer vtranq; petat repellit se ipsum tanquàm proponens cōtraria.In diuersis autē instantijs contra diuersos auditur quamuis proponat cōtraria.C. de inof.testa.l.contra maiores.& possibile est enim vincere, quamuis iniustè agat cum nō est, qui contra id quod intētat aliquid deponere valeat.C.de transac.vbi pactū. dicit Host. ꝙ magis placeret opi.Lau.cum prius animas,& demum linguas oporteat fieri eruditas,vt in proœ.digest.§.antepen.in fi.Bar.Brix.in.q.quæ incipit cum duę dixi eum succedere ei qui in possessione filiationis erat,sed si neuter possidebat & vult alteri succedere oportet ꝙ probet se illius filium : si vis dilatare materiam vide quæstionē Iac.de Bellapert.quā posuit super.l.j.C.quor.bono.qua quærit de prole, de qua probabiliter dubitatur an fuerat primi, vel secūdi mariti, & ibi in fi.inuenies quid no.Dy.ff.de adi.leg.l.iij.§.si duobus.Hen. autem conquæritur, quando vtraq; mulier quarū quælibet vendicat puerū, & filium, lite pendente,moritur cui earum
5 puer succedat? Distinguit aut † altera tantùm etiam in possessione filij, seu filiationis & illi succedat.arg.de interdic.§. commodè. ff.de proba.l.ei qui.dicit secundū Vin Lau.Ber. & Host.hîc.Aut neutra erat in possessione filij seu filiationis, & tunc si vellet succedere alicui illarum oporteret eum probare filium eius.per.d.l.ei qui dicit.Ita distingit Bartho. Brix.in.q.dominicali quæ incipit, cum duæ mulieres,dicēs
6 etiam ꝙ similis quæstio est, si duo † ostendant duo testamēta eadē die confecta , & in vno sit institutus vnus & in alio alius. Nam dicit post hoc quòd si inter se agant melior est conditio possidentis, si contra tertium agant nil obtineret, quasi diuersæ scripturæ ab eadem parte prolatæ secundum eum,pro hoc quod scripsi.s.tit.proxi.imputari.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Puerorum enchomium,& expectatio & quis sapiens nu.2.*
3 *Mali frugem bonam etiam expectari.*
4 *Præsumptio ex quibus actibus exeat.*

CAP. III.

EX studiis. Breue est, & quod dicit superscriptio , *super parabolis.* dic.xx.c.¶ Expone literam, *quæcunque.* verba Hieronymi exponen.verba Salomonis Pet. *virtutibus.*i.operibus virtutū , si ergo studeat vitiosus operibus præsumat cōtrarium, quia contrariorum eadem est disciplina,insti.de his qui sunt sui vel alie.iur.j.responso studere videris ꝙ est.j̃.*auditioni*,debet enim quis primo discere quā docere.in auth.de sanc.epis.§.j.&.s.de elec. cùm in magistrum.*sapientiam.*Tullius.lib.ij.de officijs.prima
1 † cōmendatio adolescentis proficiscitur à modestia cū pietate in parētes suos beniuolētia,deinde etiam in partē optimam peruenire cognoscitur,si ad sapientes viros & bene cōsulenter reipublicæ se cōtulerit,& cum eis assiduus sit Hieronymus super Esa.l.ij.Græci Poëtæ laudatur illa sententia,
2 primum esse beatū,qui pro se † sapit secundum quæ sapientem audit illum , aut qui vtroq; caret inutilem esse tam sibi quàm omnibus simplicitati.xxiij.dist.qui Episcopus.j̃.titu. proxi.veritatis vide quod dixi.de transla.c.inter corporalia. ad fi.*& humilitati.*c.dist.contra morem.*intellige.* intima per mores cognosces exteriores, rustice qualis erit bos ex vitulo modernis, annus qualis erit cognosces tēpore verus. Vin.& Abb.¶ Supple glo.in glo.ij.ponit de quadruplici via inuestigabili.in ea.glo.ij.ibi asserit.Prouer.xxx.Sed caue,quia Hieronymus in prologo dicit ꝙ hunc librū prouerb.Iudæi Philonis esse asserunt, quasi dicat non Salomonis secundū Ioā. Cald.& ibi.*super aquas.* ipse Salomon Sapientiæ.vij.addit de sagitta emissa in locū destinarum , distinctus enim aër cōtinuo in se reclusus est, & ignoratur transitus illius & ibi , *non*
3 *possit.*Tullius de Catilina multos † vidi & audiui qui cū totam adolescentiam voluptatibus dedisset , se ad bonam frugem recœpisse & graues;, & illustres homines fuisse multa exempla ponit Valerius.lib.vj.c.fi.Collect.autē no.hîc qualiter per exteriora iudicatur de interioribus. Vnde si quis
4 dānet quod in sui natura † bonū est, sicut eium carniū præsumitur,ꝙ sit superstitiosus igitur cogitur tētare talem actū leg.& not.xxx.dist.c.fi. Item ꝙ ex eodē facto quandoq; surgit & bona & mala præsumptio diuersis respectibus , vide quod not.l.dist.iu summa. Item.ꝙ præsumatur cōtra actum qui fit subito sine deliberatione.lxx.dist. hîc ad nos etiam si legitimus fit & ibi de triplici gradu Innocentiæ.vide.lxxxvj.distinctione.facientes.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentū petitionis non frustratoriæ exigere quando debeat iudex.*
2 *Fuga quando semiplenè probet.& nu.4.*
3 *Fuga crimen ex eꝰ subortum,& suspiciosum plenè probari.*

CAP. IIII.

NVllus. casus. Præsumitur contra illum qui dilationibus subterfugit iudicium.& Abb.dicit casum ponendum per decre.veritatis.de dolo & contu.¶ Expone literam.*dubitat.*i.dubitare debet Innocēs qui dicere solet hodie constat,hodie agamus hoc solent quærere actores rei vero solent subterfugere:tamen vt dicit Host.
1 cùm debeat iudex dilationū † materiam amputare.C.de tēpo.app.l.ij.in prin.quandocunq;,sibi videtur potest ab excipiente , & dilationem petente,vel alio proponēte ꝙ habeat suspectum exigere sacramentum ꝙ hoc non proponat malitiosè.quod dic vt de iura.calum.c.ij.lib.vj.in fi. *confitentur.* præsumptiue tamen non statur super principali cōdemnatur,sed punitur quandoq; propter contumaciam in expensas,& quandoq; pœnam patitur grauiorem.C.de iud.sancimus.xj.q.iij.rursus.&.c.quicunq;.de iud.c.j.secundum Inno. sed Host.remittit vt lit.non conte.tuæ.de do.& contu.contingit.&.j̃.c.proxi.Host.¶ Supple glo.vlt.in fi.negatione alterius illatorū.Collect.dicit casum ponendum per lecta , &
2 not.de hære.cùm contumacia.lib.vj. Quomodo † autē fuga facit semiplenā probationem vide per Accur.ff.de iureiu.l. admonēdi.&.C.eo.ti.l.in bonę fidei.& plenius per Bar.in.d. l.admonendi.&.ff.de suspec.tut.l.impuberibus.§.pręterea.& adhuc plenius per ipsum Bar.ff.ad Silleyanū.l.Cornelia.vnde cum quæritur vtrum fuga probet maleficium. Distingue
3 secundum eum,quia † quandoq; fuga obijcitur alicui pro crimine,& tunc probata fuga probatur crimen,vt.C.de deserto.l.desertores.&.ff.de re mil.l.desertores.&.ff.ad silleya.§. cum dominus.quandoq; fuga obijcitur alicui in probationem alterius criminis,& non vt crimen per se,& tunc quādoq; est crimen solius suspicionis,& tunc fuga est plena ꝓbatio , vt præd.l.impuberibus.& sic potest intelligi quod
4 hîc dicitur.quandoq; est crimen de quo requiritur † probatio vera de facto ipso & non de suspicione tantum , & tunc fuga regulariter non facit plenam probationē, vt.d.Cornelia.&.C.de rap.virg.l.vna.& in auth.de exhi.& introd.reis.§. si vero etiam.quid vbi de hoc per Iaco.de Belloui.arg.C.de omni agro.l.iij.facit tamen suspicionē siue iudicium vel secundum glo.semiplenā probationem,vt not.in.l.admonendi.&.l.in bonæ fidei.alleg.vbi de hoc aliquid per Cyn.fallit tamen in casu vbi facit plenam probationē,vt.C.de accesso. l.consiliarios.¶ Item subdit Collec.ꝙ in dubio seruans sententiam prælati hoc præsumitur facere nō causa deuotionis sed causa

ſed cauſa obedientiæ inducens lecta & not.per Inno.de reſt.ſpo.olim.iij.tamē magis ibi colligitur contrarium ſecundū.

SVMMARIVM.

1 *Negans vnum ex duobus, alterum fateri videtur & quomodo accipiendum. & nu.17.*
2 *Fallentiales caſus ad regulam qui tacet &c. & nu.14.*
3 *Tacentem conſentire actus honoris, & nu.15.*
4 *Taciturnitas duo habet extrema.*
5 *Conceſſo, vel negato expreſſo, ſi eadem ſubeſt ratio tacitum concedi, vel negari: ſi diuerſa ratio, ſecus nu.6.*
7 *Diſpenſatio extenſionem non admittit.*
8 *Abſentem ignorantem tacitè non conſentire: in furioſo expreſſum requiri. & nu.16 ſcientem abſentia caſu conſentire videri, nu.9.*
10 *Contumacem conſentire videri. Extendo ad contractum, vt nu.11. Limito in actione in rem vt nu.12. Sublimito vt ibidem.*
13 *Taciturnitate ſola conſenſum non induci*
18 *Venditionem, aut obligationem rei meæ mihi tacenti non obeſſe.*

CAP. V.

Nonne. caſus. Qui tacet conſentire præſumitur. ¶ Expone literā *Samaritanum*.i.de prouincia Samariæ. Petr. exponit id eſt, cuſtos quia ſic interpretamur dictionē illam Samaritanus, & hoc maximè dicūt, qui negant Chriſtum fuiſſe de Samaria, vnū ſcilicet habere demonium, alterum ſcilicet Samaritanum ſe eſſe, *tacendo*, vnde Hieronymus contra quendam Epiſcopum qui arguitur de pluribꝰ & in dilucidatiōe criminū aliqua prætermittit quicquid tacuerit cōfitetur *conceſſit* præſumptiuè, hæc enim nō
1 eſt ſemper vera probatio ſecundū Inno. Nota primo ꝙ † qui interrogatus ad duo petita reſpondens, vnū negat aliud videtur concedere ſicut econtra, vt.ff.de iud.l.cùm prætor. Et eſt ratio, quia in petitione illius fit commemoratio alterius ſi enim non fieret commemoratio alterius, tunc ſecus eſſet quod proſequere, vt ſcripſi.de procur.c.duo.lib.vj.ad fi.vj.q.ver.vel poteſt diſtingui.an reuocetur. ¶ Secundo nota ꝙ tacens pro conſentiente habetur, & eſt iſtud vnū vulgare brocardicum in quo quot capita, tot ſentētiæ: circa quod Henr. & Lig.hic inſiſtunt opi.recitādo.& addit Henr.quæſtiones mercuriales, quas mouet Nouel.in.c.is qui tacet.de reg.iur.lib.vj. ¶ Prima opinio.ff.de procura.l.filiuſfamilias.§.inutiles.qui diſtinxit aut de tractatu aliquo obligādo, aut de alio præiudicio parando: in primo caſu tacens non cōſentit, ſed fallit in caſibus ibi notatis: in ſecundo caſu habet locū contrarium, ſcilicet ꝙ qui tacet conſentit ſed iſta diſtinctio videtur calumniari. per.l.de furtis.l.qui vas.§.vetare.vbi non tractatur de alio obligando ſed præiudicio parando, & tamen habetur pro diſſentiēte, ſed ad hoc rñdent, quidam dicentes ꝙ cùm tractatur de præiudicio debet ſubdiſtingui, aut ambo ſunt in pari, aut ambo in diſpari cauſa: ſi ambo in pari cauſa habet locum dictū illius glo.ſed ſi ſunt in diſpari, vt quia vnus in dolo alter in culpa tunc ille non habetur pro conſentiente qui eſt in culpa, vt in.d.§.vetare.ſed ad hoc obſtat.ff.de pign.act.l.Caius. Prꝑtereà vbi tractaꝶ de aliquo obligando tacens habetur pro conſentiente, vt.ff.man.l.qui patitur.&.l.qui fidem. Item pro hoc & contra dictā diſtinctionem facit expreſsè.ff.de fideiuſ.tut.l.cùm oſtendimus.§.vlt. ¶ Secunda opinio videtur fuiſſe Dyni, Dy.enim videtur dicere, aut tractatur de aliquo obligando, aut de præiudicio parando vt dixi.ſ.ſecundum Accur.ſed in primo caſu videtur ſubdiſtinguere, aut tractatur de ſolo tacente obligādo, aut quæritur de obligādo aliò extra perſonā tacentis vt in primo caſu habeat locū regula qui tacet conſentire videtur.ī.de reg.iur.lib.vj.in ſecundo caſu ſecus, vt.ff.de re iud.l.tunc autem.&.ff.de arbi.l.ſicuti. Secūdo caſu ſubdiſtinguit prout not.ff.de pigno.act.l.Caius. nam ſi cōtradicendo poterat impedire actum, qui agebatur tunc cōſentire videtur vt.ff.de pign.l.fideiuſſor.§.patet. ſi vero contradicendo non poterat impedire, tunc aſsimilatur contradicenti, vt.d.l.Caius.& de lega.ij.l.Titia.§.Lucius.& de re iudi.l.ſæpe.adde etiam notata ipſius Dyni.ī.de reg.iur.c.qui tacet. ¶ Tertia opinio fuit quorundam doctorū iuris ciuilis inter quos fuit Iac.de Ra.qui expediebant iſtam materiam per regulam & exceptiones à regula dicentes ꝙ regula eſt ꝙ qui tacet non conſentit nec diſſentit, vt in regula qui tacet, ſed hæc regula
2 fallit † in quibuſdam caſibus ſingularibus in quibus tacens conſentire videtur. Quandoq; ratione coniunctionis & cōmunionis actionis, vt.ff.ſolu.mat.l.ij.§.voluntatem. Quandoq; ratione coniunctionis tantum, vt.ff.de adop.l.in adoptionibus, & de dona.inter vir.& vxo.l.ſi ſeruus. Quandoq; fauore publicæ vtilitatis, vt.ff.ad munic.l.ij. Quandoq; fauore pupilli, vt.ff.de fideiuſ.tuto.l.iiij.§.fi. Quandoq; fauore vtilitatis eius in cuius præſentia negotiū agitur.vt.ff.mand.l.qui patitur.&.l.qui fidem. Quandoq; fauore matrimonij, vt.C.de nup.l.v.ff.de ſponſ.l.qui in ſponſalibus.§.j.& l.ſed & quæ pactis. Quandoq; fauore clericatus, vt.C.de epi.& cle.auth.ſi ſeruus. Quandoq; odio prohibere ceſſantis, vt.C.de noxa.l.iiij.&.C.de conuer.& mercato.l.ij. Quandoq; odio fallentis, vt C.ad Velle.l.ſi ſine.& prædicta opi.placet Ioan.Nico.& Bertr.Caprioli.in præalle.l.filiuſfamilias.§.inuitus. ¶ Quarta opinio fuit Pet de Bellaperti.diſtinguentis inter iudicia, delicta & contractus in iudicijs, dicit habere locum legem ſæpe.ff.de re iudi.in delictis dicit habere locū legem qui vas.§.vetare.ff.de furt.in contractibus ſubdiſtinguit inter contractus in quibus requiritur expreſſus conſenſus & alios in quibus ſufficit tacitus: nam in primo caſu tacens nō conſentit, vt.ff.de auth.tut.l.j.§.ij.&.iij. In ſecundo caſu ſubdiſtinguit, quia aut præſens teneꝶ conſentire, & tunc in dubio dicitur conſentire, vt.C.de acqui.poſ.l.ij. aut nō tenetur conſentire, & tunc aut non poteſt cōtradicere & non videtur conſentire, vt.ff.locati.l.qui ad certum Sed fallit in filia cuius pater dotem repetit, vt.d.§.voluntatem. aut poſt contradicere, & tunc qui tacet in fraudem cenſetur in ſui præiudicium conſentire, vt.d.l.ſi ſine.ſed fraude ceſſante ſi credit ius ſuum vbiq; durare, non videtur conſentire, vt.ff.quibus mo.pig.vel hyp.ſol.l.ſicut.§.non videtur. Si autem non crederet ius ſuum vbiq; durare, tunc conſentire videretur, vt.C.de remiſ.pig.l.j.&.ij.in fi.& prædictas quatuor opiniones reperies ad literam per Cy.notatas. C.de procur.l.inuitus.in.ij.q.licet Henr.eum non alleget.& vltra pꝛemiſſa etiā ibi reperies opi.Cy.& inductionem ad vnam quæſtionem circa materiam.d.l.inuitus. ¶ Quinta opinio fuit quorundam canoniſtarum dicentium ꝙ facto appetibili ſeu honorabili vel meritorio tacens conſentire videtur, vt in regula
3 iuris qui tacet. † cum ſuis concor.aliàs ſecus & ita not.Inno.ſ.de elect.in Gen.glo.licet collatio & etiam Hoſt. Idem Cōpo.eo.ti.quia propter & Io.And.ī.de elect.ſicut.cū per formam ſuper verbo per vnum.lib.vj.& de reg.iur.c.qui tacet, eo.lib.& Arch.l.iij.diſt.ſi ſeruus ſciente, in glo.adde dicas ꝙ non cōtradictio &c.& Card.in.d.c.qui tacet.& de elect.cupientes.in prin.lib.vj.&.G.de Montelaud.in extrauag.Ioan.xxij.ſuſcepti regiminis.ſuper verbo voluerit, & Collect.dicit remittens ad not.lxv.diſt.c.vlti.&.xxvij. diſt.diaconus. ¶ Sexta opinio fuit Hen.ipſe enim Hen.nullam prædictarū opinionum repræhendens credit ſic probabiliter poſſe dici: ſi quæratur nunquid præſens ſeu ſciens & tacens conſen-
4 tire videtur: refert aut † taciturnitas quæ eſt medium inter duo extrema, ſcilicet cōſenſum & diſſenſum non inducit effectum proprium & ſeparatū ab altero extremorū, aut taciturnitas inducit effectum proprium & ſeparatum & altero extremorum ſeu ab effectibus alterius extremorum. In primo caſu refert aut tacens nedum tacet ſed gerit vel agit aliquid in ipſo actu gerēdo aut non ſi ſic dic vt dixi.ſ.de tráſact.ex literis.ſi non agit aliquid in ipſo actu gerendo ſed ſolum tacet tunc aut tacet ſimpliciter aut de duobus ſibi propoſitus & illatus reſpondet ad alterū illatorum, vel de duobus ſuę diſpoſitioni ſubiectis ſuper altero tantum ſtatuit & diſpoſuit. In primo caſu refert aut agitur & tractaꝶ de actu qui requirit expreſsionem verborum & expreſſum conſen-

sum,& vbi verborum expresio est necessaria, vt in stipulationibus, & tunc tacens non consentit sed potius dissentit, vt.ff.de leg.j.l.si ita legatum §.illi si volet.& de verbo.signi.l. quicquid.de ritu nup.l.in eo iure §.deinde air lex.de auth.tu. l.j.in fi.&.ij.&.iij.& in hoc concordat Pet.vt.s.patet & hoc innuit gl.ff.de reg.iur.l.qui tacet.ibi itē in insti.hæredū &c. Et pro hoc faciunt ea quæ leg.& not.j.de spon.& matri.c.si inter vnum.c.cūm apud.&.c.tuæ.de hoc etiam potes ponere exemplum in seruitutibus constituendis.ver.nudus consensus nō sufficit sed oportet stipulationem aut alium contractum nominatum interuenire,vt.ff.de seruitu.l.j.&.ff.de vsufr.l.iij.§.j.facit.ff.de serui.vrb.præd.l.inuitum. si seruitus vendi.l.si cum mens. & hoc quidem potest dici in seruitute amittēda , vt.ff.quib.mod serui amit.l.si stillicidij.ibi imittendi amitto ius.innuens ꝙ nisi exprimeret ius non amitteret seruitutem cum glo.ibi pro hoc.ff.commu.pręd.l.si precario.licet ibi in fi.sit glo.in contrarium item exemplum.j. de ijs quæ fi à præla.c.j.cum no.in.c.ij.est ad aliud exemplū. lv.di.si fortè.vbi de hoc per Host.in glo.fi. Aut agitur & tractatur.de actu,qui non requirit expresionem verborum & vbi verborum expresio non est necessaria,& tunc aut tractatur de consensu furiosi , aut de consensu hominis sanæ mentis.Si de consensu furiosi tunc aut est tale negotiū quod si esset sanæ mentis contradicere non posset , & tunc habetur pro consentiente,vt.ff.so.mat.l.ij.§.voluntatem. Aut tale negotium quod si esset sanæ mentis contradicere posset, & tunc subdistingue , aut est tale negotium quod consensu contrahitur,& in quo requiritur cōsensus , & tunc habetur pro dissentiente,vt.ff.loca.& cōduc.l.qui ad certum.aut est tale negotium,in quo non requiritur consensus,& tunc habetur pro consentiente & sic obligatur, vt.ff.de nego.gest.l. ait prætor.§.curatori.de acti.& obli.l.furiosus.si tractetur de consensu hominis sanæ mentis.Subdistingue, aut tacens tenetur consentire,aut non,si tenetur consentire, tunc habetur pro consentiente,vt.C.de acqui.pos.l.ij.in fi arg.ff.de acqui.poss.l.fundi.cum ibi not. Ad idem quod not.Host.j.de priuil.antiqua.in prin.in vniuersali synodo approbāte.Cæterùm & vbi dicit ꝙ vniuersalis synodus approbat statuta in eo ipso ꝙ nullus contradicit.xij.dist. Nicena. ff.mand.l.si remunerandi §.ij.si non tenetur consentire , tunc refert aut tacet in fraudem , & animo decipiendi , & tunc consentire videtur,& sibi pręiudicat,vt.ff.ad Velleia.l.si decipiendi.C. ad Velleia.l si fine.&.C si res ali.pig.data sit.l.ij.& in hoc cōcordat Pet.Aut tacet sine fraude,& non animo decipiendi, & tunc aut tractatur de cōmodo illius qui tacet,& tunc cōsentire videtur , vt.ff.mand.l.qui patitur.de reg.iur.l.qui nō prohibet.&.l.qui tacet.& ita intellige prædictam opi.Inno. & suorum sequacium,& quod leg.& not.xxvij.dis.c.j.in glo. fi.Aut tractatur de incommodo illius qui tacet , & tunc aut taciturnitas interuenit in iudicijs,aut interuenit in contractibus,aut interuenit in delictis: si in iudicijs,aut tacens interuenit in iudicijs tanquam pars , aut non interuenit tanquam pars:si interuenit in iudicijs sicut pars seu obtinēs vicem partis,tunc aut loquimur de illo qui non est interrogatus nec iussus,aut de illo qui est interrogatus sed non iussus, vel econtra,aut de illo qui est interrogatus,& iussus,videlicet super sibi propositis siue oppositis. In primis duobus casibus tacens non habetur pro consentiente, nec pro dissentiente,patet in primo casu in illo contra quē petitio est edita in iudicio,vt.C.de lit.conte.auth.offeratur.iij.q.iij.§.offeratur s.de libel.obla.per totum.& in illo contra quem fiunt positiones qui ,eo ipso non habetur pro consentiente , nec pro dissentiente. De secundo etiam patet.j.de cōfes.c.post præstitum.ibi interrogatus iussusq. lib.vj.quasi dicat secus si solum interrogatus & non iussus vbi de hoc per glo.& Io. And.In tertio casu refert , aut est interrogatus & iussus per iudicem respondere,aut per alium quàm per iudicē. In primo casu refert,aut est magis damnosum tacēti , ꝙ habeatur pro cōsentiente,quàm pro dissentiente & tūc habetur pro consentiente,vt in.d.c.si post præstitum. vbi hoc not.G.Io. & Io.And.pro hoc est de iura.calom.l.ij.§.ꝙ si actor.s.de iura.calum.c.fi.in fi. Aut est magis damnosum tacenti ꝙ habeatur pro dissentiente quàm habeatur pro cōsentiente, & tunc habetur pro dissentiente seu negante , vt.ff.de interro. actio.l.de ætate §.qui tacuit.&.l.si alienum. & de procu.l.nō solum.in prin.& sic illud extremum accipitur contra tacentem,quod est magis damnosum tacenti,secundum Card.& Ioā.And.in.c.si post. Si est interrogatus & etiam iussus per alium, quàm per iudicem puta quàm per partem vel etiam per inimicum iudicis,& tunc non habetur pro consentiente,nec pro dissentiente vt probatur in.c.si post præstitum. ibi quando dicit, *interrogatus,iussusque à iudice*. q.d.secus si ab alio quod dic vt ibi not. Card.& Io.And. In secundo casu.s. quando tacens est in iudicio,non sicut pars seu altera partiū tunc aut tacens est ille nomine cuius agitur in iudicio , vt verbigratia dominus videt causam suo nomine agi,vel defendi in iudicio per procuratorē, & non contradicit sed tacet,& tunc habetur pro consentiente,nam de volontate sua præsumitur agere,vel defendere,cūm posit eum prohibere,& non prohibet,vt.ff.de re iudi.vnde contra eum mandabitur sententia executioni , cūm credatur eius mandato agere,vel defendere,vt.ff.de re iudi.l.iiij.quod dic vt no.Innoc.& Host.s.de rescr.ex parte decani.& per glo.de offi.delega cūm in iure.j.de procur.tuto.c.qui ad agendum.glo.ij. lib.vj.Aut tacens est in iudicio non vt pars,nec vt ille nomine cuius agitur,sed aliâs,& tūc aut tractatur de aliquo personaliter obligando,& tunc tacens non habetur pro cōsentiente,arg.d.l.filiusfamilias §.inuitus.ff.de procur.l.inuitus. quæ possunt intelligi nedum in contractibus , sed etiam in iudicijs,& est casus expressus in iudicijs. ff.ex quibus cau.in poss.ea.l.hæc autem §.sin autem.ver.si autem negent.ibi authen.non negent licet taceant &c.nisi fortè in casu publicæ vtilitatis,arg ff.ad municip.l.ij.& de fideius.tu.l.cūm ostendimus § fi.pro quo facit not.per.G.de Montelaud.extra de procur.c.j.super ver.videatis.in cle. Aut tractatur de aliquo præiudicio tacenti parando in iure suo , & tunc aut tacens habet causam ab eo qui deducit rem in iudicium,& tūc videtur consentire etiam cum sibi præiudicat , vt.ff.de re iud. l.sæpe.§.scientibus. Aut tacens non habet causam ab eo qui deducit rem in iudicium,& tunc videtur consentire,nec sibi præiudicat,vt in.d.l sæpe.j.responso.&.j.de re iud.l.quānis.vbi de isto articulo latius dicam.Si taciturnitas interuenit in contractibus refert. Aut tractatur de aliquo personaliter obligando , aut tractatur de aliquo alio præiudicio sibi parando,si de aliquo tacente personaliter obligando,tūc tacens non videtur regulariter consentire,vt.ff.de procur.l.filius §.inuitus.de interro.act.l.de ætate §.qui tacuit. Fallit fauore publicæ vtilitatis,vt.ff.ad munic.l.ij.& de fideius.tut.l. cùm ostendimus §.fi C.de veteranis.l.fi.de decu.l.honores § fi.& de fil.famil.& ꝙ pater pro ijs.l.j.lib.x.in fi.ꝙ in hoc concordat Iac.de Ra.vt.s.dixi & iuxta hoc vide quod not.G.de Montelan.extra de procur.c.j.super verbo videaris.in cle.& per hoc non credo verum quod no.Spe.tit.de arb.§ fi.ij.col. vers.sed nunquid arbitrator.vers.suscepisse autem.vbi dicit ꝙ arbiter vel arbitrator suscepisse videtur arbitriū eo ipso ꝙ pręsens patitur in se cōpromitti:contra quem facit quod dicam post Io.And.j.de testa.tua.dis.j.si tractetur de aliquo præiudicio ipsi tacenti parando refert , aut tractatur de re tacentis alienanda, seu in alium transferenda , seu de aliquo præiudicio sibi generando in iure suo,siue in re sua, aut de liberatione danda per suam taciturnitatem. In primo casu refert aut tacens potuit impedire,aut non potuit impedire: si potuit impedire, refert : quia aut tacens tacet, in & super actu vel contractu qui agitur,vel disponitur in persona coniuncta tacenti,& maximè ad eius commodum , & tunc tacens habetur pro cōsentiente,vt.ff.de adopt.l.in adoptionibus.de dona.inter vir.& vxor.l.si seruus communis. xx.q.ij. puella.& in hoc concor.Iac.de Raue.vt.s.patet. Aut tacens

tacet

tacet in & ſuper actu qui geritur vel diſponitur, in perſona
extranei & tunc tacens non videtur conſentire, vt.C.de re-
miſ.pig.l.ij.& not.glo.in.d.l.ſi ſeruus communis.ff.de dona.
inter vir.& vxor. Sed hoc fallit in certis caſibus fauorabili-
bus, vt fauore libertatis.ver.tacens videtur conſentire.C.de
remiſ.pig.l.j.C.de epi.& cler.l.ſi ſeruus.de re mili.l.ſuper ſer-
uis.lib.xij.de lat.lib.tollen.l.vna.§.adhæc.& in auth.de nup.
§.ſi vero ab initio.colla.iiij.vt liberti. de cætero aureo ann.
§.ſi quis autem.colla.vj.l.iiij.diſ.ſi ſeruus ſciente.& fauore fi-
ſci,vt.C.de remiſ.pig.l.j.& fauore legitimationis, vt.ff.de li-
be.agno.l.j.§.pœna.Si tacens non poterat actum qui gereba-
tur impedire,tunc non videtur conſentire, vt.ff.quib.mod.
pig.vel hypo.ſol.&.l.ſicut.§.non videtur.vbi de hoc.In ſecũ-
do caſu,ſcilicet vbi tractatur de liberatione danda ſeu præ-
ſtanda tunc non videtur regulariter tacens cõſentire, arg.ff.
de ritu nup.l.in eo iure.deinde ait lex de nouat.l.ſi ſtichũ.§.
ſi.de accep.l.iij.& eſt ratio, quia fortè in tali caſu requiritur
expreſsio verborum & ſic compræhenditur ſub illo mem-
bro de quo.ſ. Si quæratur de delictis, tunc aut tractatur de
præiudicio parando tacenti in re ſua vel in iure ſuo, & tunc
non habetur pro conſentiente,vt ff.de furt.l.qui vas.§.veta-
re.&.l.pen.eſt etiam ſpecialis caſus vbi expreſsè conſentiens
habetur pro diſſentiẽte,vt.C.de furt.l.ſi quis ſeruo. Aut tra-
ctatur de tacente tãquam delinquente,ſeu participe,ſeu cõ-
plice delicti, & conſentiente in delicto perſonaliter obligã-
do, & tunc aut tacens potuit prohibere delictum & prohi-
bere neglexit & tunc regulariter videtur conſentire,vt.ff.de
noxa.act.l.ij.iij.&.iiij.cum cõcor.ibi alleg.de mili.l.qui cum
vno.§.qui poſt.C.de commer.& merca.l.ij.j.de ſent.excom.
c.quanto. Aut non potuit prohibere & tunc iſte tacens eſt
ſuperior ad quem ſpectat correctio & punitio delicti per-
petrati,aut non.Si ſic tunc tacens & delictum negligẽs vin-
dicare conſentire videtur vt leg.& not xliij.diſ.ſic rector.&
ex eo permittitur ſecuritas delinquendi. lxxxiij.diſt. error.
&.c.ſeq.& ſeq.&.ſ.de offi.ordi.irrefragabili. in prin.& not.
Bern.ibi in glo.j.quod verum quando tacet & negligit deli-
ctum corrigere ſine cauſa.Secus ſi tacet ex cauſa legitima &
maximè quãdo eſt princeps vel Papa, vel imperator, ita in-
tellige quod leg.& not.lxxxvj.diſt.c.tanta nequitia. j.q.vij.c.
tanta nequitia. ſi non tunc regulariter non videtur conſen-
tire, nec ab initio, quia non impedit vt in iuribus allegatis,
nec poſt facto,quia non denunciat, nec accuſat: præſertim
vbi probare non poteſt,ita intellige.ij.q.vij.plerique.cum ibi
no.per Ioã glo.ij.&.ij.q.vj.illud.tamen dicat ei qui prodeſſe
poteſt & nõ obeſſe.xxij.q.v.hoc videtur.& de hoc hic vt le-
gi.& not.in.d.c.quantæ. & ibi plenius dicam. Et hæc vera
quando tractatur de incommodo illius qui tacet,aut tracta
tur non de commodo,vel incõmodo illius qui tacet, ſed al-
terius à tacente, & tunc tacens non habetur pro cõſentien-
te,vt.ff.de autbo.tut.l.iij.de iud.l.tunc autem.de arb.l.ſicuti.
& hoc membrum poſuit Dy.j.de reg.iur.l.qui tacet.Si quę-
ris de illo tacente qui de duobus ſibi propoſitis,& illatis re-
ſpondet ad alterum illatorum, & de altero tacet vt fuit hîc
vel de duobus diſpoſitioni,ſuæ ſubiectis ſuper vno tantum
ſtatuit & diſponit,& de alio tacet vt videtur fuit.C.de pro-
cura.l.maritus.tunc refert,aut illud quod tacetur eſt de ſim-
pliciter & in ſuo genere prohibitum & hoc caſu tacẽs nun-
quàm videtur illud prohibitum cõcedere, vt no.Io.An.ex-
tra de vſur.c.j.ſuper verbo facere in cle.vbi dicit quod ſi prin-
ceps,vel alius qui poteſt ſtatuat quod nullus pro vſura recipiat
vltra duos denarios,pro libra in menſe,non propter hoc vi-
detur cõcedere quod poſsit recipere duos denarios vel minus:
quia omnis vſura etiam minima & in ſuo genere prohibita
vt.j.de vſu.ſuper eo.&.c.cõſuluit.ibi nihil inde ſperãtes &c.
&.c.quanto.per eandem viam facit.ſ.de treu.& pace.c.j.vbi
habes quod certis temporibus conceduntur vt ibi not. In ſecũ-
do caſu tacens non videtur illud cõceſſum denegare & ideò
ſtatutum per quod ſtatuit & concedit cõcilium generale quod
cõfiteatur quilibet proprio ſacerdoti ſemel in anno peccata

ſua, non per hoc denegat quin pluries confiteatur & confi-
teri poſsit qui confiteri voluerit peccata,quia eſt de ſimpli-
citer & in ſuo genere conceſsis.j.de pœni.& remiſ.c.omnis
vtriuſque ſexus.in princ.vbi de hoc. Item ſtatutum quod ſta-
tuit & concedit, quod Archiepiſcopus vel Epiſcopus ſemel in
anno viſitet ſuam prouinciam, vel dioceceſin,vt.x.q.j.Epi-
ſcopum.&.c.decernimus.&.c.placuit.ſ.de offi.Archi.man-
damus.non per hoc denegat quin poſsit pluries & maximè
toties quoties opus fuerit viſitare. vt.x.q.j. regenda.xviij.q.
ij.viſitandi.vbi de hoc per Archi.in glo.ſi.&.c.non ſemel &
j.de cenſib.c.cũm venerabili.vbi de hoc.In tertio verò caſu
5 refert aut eſt eadem † ratio in tacito, quę in expreſſo & tunc
conceſſo, vel denegato expreſſo intelligitur conceſſum, vel
denegatum in tacitum nam ſtatutum pœnale & odioſum
in caſu certo factum ad ſimile propter identitatem rationis
extenditur,vt.ff.de æden.l.quędam.§.nummularios.ad leg.Iul.
de adulte.l.ſi poſtulauerit.§.ratio.vt not.Garſ.& Cardi.j.de
electio.c.cupientes. in princ.lib.vj.Zenzel.extra de reſcrip.
c.j.in clemen.idem not.Archi.de pœni.diſt.in.§.pœnæ.glo.j.
& Gal.de vi & hone.cleri.c.quoniam ſuper verbo videatur.
in cle.& de rerum permut.c.vnico.gl.ſi.in clemen.& de pri-
uileg.c.j.gl.ij.in cle.& plenius in extrauagan. Ioã.xxij.ſuper
verbo perſonæ, & pro hoc facit expreſſè in authẽ.vt ij, qui
oblig ſe habere perhibent res minorum.coll.vj.vbi lex pœ-
nalis facta in curatore extenditur ad tutorem,& cenſetur fa-
cta in tutore,& hîc colligitur ex c.alleg.cupientes.in princ.
iuncto ad illam decretalem.c.ſi poſtquàm.§.vltimo.eo.ti.&
ex decret.licet canon.eo.titu.iuncta ad illam decret.vnica.de
offi.vicarij in cle.vbi habemus quòd ſtatutum illud pœna-
le,licet caſus loquens in rectoribus eccleſiarum parochialiũ
extenditur ad vicarios,& hoc tenuit Accur.ff.de iudicijs.l.
cum prætor.in gl.nota quòd in fine.Aut non eſt eadem ra-
6 tio † in tacito, quæ in expreſſo,& tunc conceſſum,vel dene-
gatum in expreſſo non intelligitur conceſſum, vel denega-
tum in tacito, imò quod de vno conceditur de alio videtur
denegari cum concordan.ibi all.vt prædicta.l.maritus.C.de
procura.vbi habes quod licet maritus poſsit agere ſine manda-
to in rebus paraphernalibus vxoris. Si tamen vxor mandaue-
rit ſibi agere in quibuſdam rebus videtur in alijs, quia non
eadem ratio committendi omnia negotia, ſicut vnum ſolũ.
& maximè maiora arg ſ.de reſcriptis.c.ſedes apoſtolica. ex-
tra de procu.c.non poteſt.in clemen.cum ibi no.& in con-
cordan.hic alleg.per Ber.per eandem viam facit.ff.ſol.matr.
l.ſi cum dotem.in principio de lib.& poſthu l.commodiſsi-
mè.de donat.inter virum, & vxorem. l.ſed ſi mors.de pact.
dotalib l.conuenire.de ſolut.l.quarto.& j.de reſcrip.ſuſcc-
ptum.li.vj.not.ad idem facit quod not.Io.And.ſ.de reſcri-
ptis.poſtulaſti.vbi dicit quòd regula,quæ habet, quòd qui
concedit maius concedit minus j.de decimis.ex parte.iij.qui
7 filij ſint legit.per venerabilem.Fallit † in priuileg.& diſpen
ſationibus:nam diſpenſatio in maiori non extenditur ad ſi-
mile,vel minus.j.de priuileg.ſanè.niſi illud minus ſub ma-
iori includatur,vt ſi concedat illegitimo quòd promouea-
tur in Epiſcopum,& de reliquis ſacris ordinibus videtur cõ
ceſſum.j.de exceſſ.prælat.ex literis.vel dic quòd illud argu-
mentum in gratijs fauorabilibus poſſet habere locum non
in odioſis.j.de præben.quamuis.primo.&.c.cum in illis.li.vj.
& econtra quod de vno denegatur,de alio videtur eſſe con-
ceſſum,vt.ff.de iudi.l.cũ prętor.cum concor.multis.ibi alle.
& hîc per.B.Chriſtus ſuper duobus interrogabat, ſcilicet
vtrum eſſet Samaritanus,& vtrum haberet demonium, de
quibus non erat eadem ratio:ſed valde diuerſa,& ideò negã
do de demonio videtur de alio concedere,vt hîc,& viij.c.ſi
quæris de ſecundo membro principali,ſcilicet vbi taciturni
tas,quæ eſt medium inter duo extrema, ſcilicet inter con-
ſenſum,expreſſum,& diſſenſum induceret effectum propriũ
ſeparatum ab altero extremorum tunc habet locum regula
iuris quòd tacens,nec conſentit,nec diſſentit,vt j.de regulis
iuris.l.qui tacet li.vj.& pone exemplum ibi in gl.per.l.ff.de

tribut.l.ij.§.scientiam.vt notat Dynus in.l.allega.qui tacet.

¶ Septima opinio fuit Bart.de saxo ferrato quã ipse posuit. ff.so.mat.l.qui dotis.& quam Lignanus ipsum Bart.non nominans illamq; sibi attribuens hic recitare nititur imperfectè, quia aut quæritur de absente, aut quæritur de præsente, aut queritur de subscribente, aut quæritur de sigillante.

¶ PRIMO ergo queritur, an qualiter absens videatur cõsentire? & tũc distingue, quia aut quæris de ignorãte, aut de sciente, si de ignorante aut de homine sanæ mentis, & tunc
8 † dic q consentire non videtur.vt not.ff.de ritu nup.l.in eo iure.§.fi.arg ff sol.ma.l.j & ij.in fi & .C.de pig.l.debitorẽ.& l. inuitus.& §.inuitus.& §.vetare.alleg. Aut de furioso & tunc est actus in quo requiritur verus cõsensus expressus vel tacitus & tunc non habetur pro cõsentiente, vt.d.l.qui ad certum.ff.loca.aut non requiritur verus cõsensus expressus, nec tacitus sed sufficit sola vero cõtradictio: aut sola absentia & tunc defectus cõsensus non officit, & talis respectus potest pro cõsentiente haberi, & pro primo habes in.d.§.voluntatem.& quod no.ff.de reg iur.l.qui in negotijs.& pro secũdo habes.ff de procur.l ij.§.j & .ff.de iure codic.l.ij.§.furiosus.cũ vtrobiq; not.& melius.ff.de iureiur.l.sed si vnus.§.filio.vnde quando requiritur absentis consensus habetur pro absente non consentiente.l.ij.§.fi.de procu.alle.quando vero requiritur præsentia vel consensus expressus habetur pro absente, seu dissentiente, vt.l.ij.§.furiosus de iure codic.alle.quando non requiritur, nec curatur vtrũ fuerit absens vel præsens, tunc si sanæ mentis cõtradicere posset, habetur loco dissentientis, vt.d.l.si ad certum. sed si non potest contradicere habetur pro absente.i.pro non dissentiente, & habet effectum
9 consensus, vt.d.§.voluntatem. Aut † quæritur de absente & sciente: & tunc in casu in quo cogeretur cõsentire, habetur pro consentiente, vt.d.§.voluntatẽ.sed si non consentire: habetur pro dissentiente, vt.l.delictis.in prin.C de noxa.saluo casu.c.quamuis.de re iud.& .ff.eo.ti.l.sæpe.quẽ per vtrobiq; not.habeat moderare: & si sint alij casus excipiendi, recipe ex alijs distinctionibus præhbatis.

¶ SECVNDO quæritur, quid de præsente? & intelligo sciente & intelligẽte in quo ignorãtia non vacabat, vt.ff.de aqua plu.arcen.l.Labeo arg.ff.de iuris.om iudi.l si per errorem & hic cadit propriè materia præsens & secundum Dy. & Bar.tacere est quoddam medium inter consentire & dissentire, & per consequens ex ipsa taciturnitate non apparet q verè tacens cõsentiat aut dissentiat, siue neget & sic procedit.c.is qui tacet.de reg.iur.lib.vj. Sed cũ quæritur vtrum is qui tacet habeatur pro cõsentiente, vel dissentiente distinguitur: quia aut sumus in tali casu in quo nõ requiritur sciẽtia nec ignorãtia, & tunc nulli applicabitur, vt.ff.de tribu.l.
10 ij.§.scientiam. Aut est necesse, q applicetur alicui † extremorum & tunc aut quis tacet per cõtumaciam, & tũc præsumitur cõsentire vel negare in sui præiudicium, vt.ff.de interro. act.l.de ætate.§.qui tacuit.& de confes.c.si post præstitũ.lib. vj.quod tamen intellige vt ibi scripsi. Aut non tacet per cõ-
11 tumaciam, & tũc † loquendo in cõtractu vel quasi si ille qui geritur respicit fauorẽ, meum tunc tacens cõsentire præsumor, vt.ff.mand.l.si vero non remunerandi.§.si passus. & l. qui patitur. Aut respicit præiudicium meum circa ius rea-
12 le, & tunc † aut circa ius hypothecæ & tũc si agatur de alienatione pignoris taciturnitas creditoris nõ habetur pro cõsensu si ignoret, vt C.de remis.pigno.l.iij.& de pigno.l.debitorem.& idem si esset sciens & tacens, quia præsumitur ius suum vbiq; durare, vt.ff.quib.mo.pig vel hypo.sol.l.sicut.§. non videtur. & idem si expressè consentiret, nec tamen res exiret bona debitoris, vt.ff.quib mo.pig.vel hypo.sol.l.voluntate.in prin.& idem si exiuisset & ex eadem causa ex qua exiuit redijsset, vt.d.l.voluntati.in prin.§.fi. Sed si esset certũ q exiuisset bona debitoris & censetur pignus durasse, vt.ff. quib.mo.pig.vel hypo.sol.l.sicut §.superuacuum. saluo q in casu manumissionis semper taciturnitas creditoris præsentis tacitum ipsius consensum inducit, vt.C.de remis.pign.l.j.

Aut agitur de alia pignoratione rei pignoratæ, & tunc aut tacuit prior creditor & tunc sibi non præiudicatur, vt.d.§. non videtur. Aut expressè consentit, & tunc si certum est q consenserit animo retinendi ius suum vel animo non retinendi, tunc sequimur id quod certũ est, vt.ff.qui po.in pig.hab. l.creditor.§.totam.in dubio autem si mulier est videtur remittere ius quo ad illum creditorẽ secundum tantum, vt.C. ad Velle.l.mulieres.sed si est masculus, præiudicat quo ad omnes, vt.ff.qui po.in pig.ha.l.si Paulus. Aut agitur de præiudicio circa ius dominij, vel vsusfructus, & tunc glo. Accur. distinguit aut erat talis actus quem non poteram impedire contradicẽdo, & tunc non præsumitur cõsensus, vt.l.Caius. ff.de pig.acti.& l.Titia.§.Lucius.de leg.ij.& l.sæpe.ff.de re iudi. Fallit ratione coniunctionis, quia tunc præsumitur consentire, vt.l.si seruus.ff.mand. Et istud quod fallit ratione cõiunctionis, vt dixi habet locum nisi sit talis coniunctio quæ habeat in se reuerentiam, quia tunc taceret præsumi dissensum, vt.l.j.§.quæ onerandæ.ff.quar.rerũ act.non de.& l.pen. ff.de fur. si verò contradicendo poterat impedire, tunc tacẽs præsumitur consentire, hoc dicit gl.alleg.etiam.l.fideiussor. §.pater.ff.de pig.& in glo.& .d.l.sæpe.ff.de re iudi.requiritur an q ipse taceat vel nõ. vnus tex.videtur requirere q taceat dolo, vt.l.ij.C.si res alie.pig da.sit.facit.l.& si siue.C.ad Velle.dñs Iac.But.dicit contrarium, & istud tenet Barto.& ad præ.l.legem subaudit maximè & hoc per rationem.l.sæpè.& l.& si fine.ad Velle.nam glo.quam inducit pro se est cõtra se quia.l.& si fine.requirit q mulier dolo taceat, vt excludatur siue habeat siue nõ habeat dolum: quia tunc ea velle non excluditur. Aut quæritur de præiudicio circa ius personale seu circa personalem actionem, puta ex taciturnitate generanda, & tunc tacens in dubio non videtur cõsentire, vt.d.§.inuitus. Fallit fauore pupillorũ, vt.ff.de tute.l.si filio.& reipublicæ, vt.ff.ad munic.l.ij. Aut agitur de præiudicio tertij cuius bona tacentem pura & solicitudine respiciunt, & tunc tacens non præsumitur consentire, vt.ff.de aut ho.tut.l.iij.& ibi tex.cum glo.& habent prædicta locũ in actu non deformi, sed quid de actu difformi, vt intras possessionẽ meam, vel recipis de rebus meis, dicit Bar.q si præcessit contractus ex cuius natura teneam illud pati, tunc cõsentire præsumor, vt.ff.de acqui.poss.l.ij. Sed si talis contractus non præcessit tunc si tractetur de magno præiudicio præsumor dissentire vt.ff.de furt.l.ij.& l.pen.& no.C.de acquir.hære.l.ij.sed si de modico præiudicio agatur, præsumor cõsentire, vt.ff.de pecu.l.quàm Tuberonis.§.cum quidam.& .ff.commu.diui.l.Sabinus.& .ff.de aqua plu.arcen.l.Labeo.cum glo.& .ff.de dam. infec.l.qui bona.§.si quis iuxta. Et prædicta vera in scientia quæ est tempore gesti negotij, in scientia autẽ posteà superueniente distinguit Bar.ff.rem ra.hab.l.quod enim.§.ij.quia aut actus gestus respicit commodum meum, & tunc posteà sciens præsumor probare, vt.C.si cer.pet.l.si absenti.& ibi de hoc per glo.Bar.& alios doct. Aut actus gestus respicit præiudicium meum, & tunc scientia mea simplex superueniens non inducit approbationem imo eo ipso quòd non approbo videor reprobare, vt.ff.rem rat.hab.l.procur.in fi.& d.l. quo enim.§.iij.sicut in casu proximo non improbando videor approbare, vt leg.& not.ea.l.§.ij.de quo etiam per Bar. ff.de libe.agnoscen.

¶ TERTIO quæritur, quid in subscribente? dic q si se subscribat vt testis non videtur cõsentire, sed si se aliàs subscribat consentire videtur nisi erraret, vt.ff.de pigno.l.fideiussor.§.si tibi.& .d.§.non videtur.& .ff.de sta.liber.l.stichos.§. seruus.& ad legem Falcidiam.l.j.§.inter. & de pigno.actio.l. Caius vbi de hoc.

¶ QVARTO quæritur, quid de sigillante an videatur consentire? dic q sic, vt.C.de reb.ali.nõ alie.l.ij.& .ff.de pig. l.fideiussor.§.j.secundum vnam lect.imo in quibusdam casibus sigillare habet vim adeptæ possessionis, vt.ff.de peri.& comm.rei vend.l.si neq;.quod dic vt leg & not. Fallit tamen in casu.l.iij.§.si quis dolum.eo.ti.secũdum eum.sed secũdum

Ligna.

Ligna ponderari debet ad quid apponatur sigillum cum ad multa apponi possit, vt patet ex ijs quæ scripsi.§.ti.proxi.c. ij.Quid dicendum? verè apparet mihi quod ista materia est de natura corij, nam extensibilis est quantū homini placet: verumtamen volens negare potest se restringere ad terminos breuiores. Aut enim debet se ponere in materia regulæ qui tacet.ff.de reg.iur.lib.vj.aut in materia regulæ quæ ponitur in isto.c.nonne.¶ Quo ad primam materiam, habet principaliter distinguere tria membra. In primo quæritur an ipsa taciturnitas de per se consensum, vel dissensum inferat expressum vel tacitum. In secundo quæritur vtrum ex ipsa taciturnitate cōsensus expresśi vel taciti præsumptio inducatur. In tertio quæritur vtrum ex ipsa taciturnitate in pœnā vel odium aut præiudicium seu fauorem tacentis, aut in fauorem actus gesti vel illius pro quo geritur lex habeat tacentem pro consentiente, aut in præiudicium vel fauorē ipsius idem statuat, ac si de expresso vel tacito consensu ipsius appareret.¶ Quātum ad primum membrum breuiter me ex-
13 pedio, & dico quod ex ipsa taciturnitate de per se † re vera nullus consensus expressus vel tacitus de necesśitate infertur, & ita loquitur seu intelligitur regula is qui tacet: sed tunc si super isto quod inter duo extrema videlicet consensus, & dissensus medium tenet ius disponat, tenendum est illud, vt.§. scientiam.& l.Sabinus.alle. & sic procedit opi.Cy.not.in.d. l.inuitus. quod cessante ad alterum duorum membrorū sequentium accedere necesse est. ¶ Quantum ad secundum mem-
14 brum dico breuiter standum † quintæ opi.canonistarum.§. positæ. Aut si quis casus aliter sonare videatur, aut collocari debent sub tertio membro: aut sunt casus speciales & diuersitatis rationes speciales in se habent.¶ Quantū ad tertium
15 membrum amplector tertiam † opi. Iac.de Ra.nam vt mihi apparet omnes casus in quibus cessante primo mēbro quintæ opinionis, & secundo membro huius distin.§.proxi.iura habent tacentem pro cōsentiente sunt speciales, & in rationibus specialibus, sunt fundati videlicet, aut propter tacentis culpam, quia potest contradicente, vt.l.sæpe.&.c.quāuis. aut propter eius contumaciam, vt.d.§.qui tacuit. &.c.si post præstitum.alleg. Aut propter consentiendi necesśitatem, vt C.de acqui.poss.l.ij.aut propter tacentis fraudem, vt.d.l.si fine.aut propter actus gestionē, vt.d.l.fideiussor.cum si.Super quo omnino vide ea, quæ scripsi.§.de transac.ex literis. in.j. opposi.& illa omnino hîc iungas, aut propter iudicij authoritatem & fauorem, vt.d.l.qui patitur.& quod not.Inno.ex parte decani.aut in pœnam non prohibētis delictum, vt.ff. de noxa.acti.l.vna.&.l.qui cum vno.&.c.quantæ.cum pluribus simi.alleg.aut quia est talis actus in quo non requiritur consensus, vt.d.§.scientiam.aut quia de modico præiudicio agitur, vt.d.l.quam Tuberonis. Materia autem de remisśione quam tetigi.§.post principium.ij.quæstio. Bar.non multum fecit ad propositum, nam ipsa pignoris remisśio differt multum ab approbatione contractus, & habet sua principalia principia, pro quo bene sufficiunt ea, quæ scripsi.§.in.d.
16 q.ij. Et per notata † tollo notata scribentium de furioso, absente seu aliàs ignorante cum in talibus cōsensus non cadat. ff.de iure codicil.l.ij.§.fi.& de reg.iur.l.furiosi.&.ff.de iurisd. om.iud.l.si per errorem.& de inof.test.l.mater.§.cæterùm.licet in aliquibus casibus actus qui tales respiciūt perinde valeant, ac si præsentes essent & intelligerēt ac in ipsis actibus cōsentirent, & sic intelligūtur ea quæ de illis.§.scripta sunt. ¶ Circa secundam materiam, videlicet circa materiam regulæ quæ ponitur in isto articulo vide quæ scripsi.§.eo.c.in
17 dictis Hen.ad fi.vj.opi.ver.si quæris. † de illo tacente qui de duobus sibi propositis, vsq; ad fi.illius.vj.opi.& conclude vt dixi.§.eo.c.in.j.notab.& adde quæ notan.in & super regula. qui facit & regula ibi qui tacet alle.& quæ ibi dicam, & scias quod licet Henr.iiij.q.mercuriales, quas ibi habes in Nouel.hîc sub quadam abbreuiatione transtulerit eas omitto, quia melius ibi cedent propter illorū memoriam, qui Nouel.habēt. ¶ Supple glo.in glo.j.in fi.Ioan.Vinc.& Host.in glo.vlti.ibi Diaconus.vbi de hoc.ij.q.vij.plerique. & ibi not.tres casus excepti quos hîc posuit Phi.&.c.vlt.vbi de hoc & ibi qui tacet vbi pleniùs de hoc, & ibi *vicinitas*.'melius dixisset proximitas, & ibi *vendere*.sed non obligare, diuersitatis ratio not. C.ad Velle.si fine.scilicet: quia in venditione non constituitur ius in re: & ex hoc sequitur quod cum primum actum facere posśim te inuito taciturnitas non habetur pro assensu, secus in secundo: quia te inuito facere non possem: sed moder
18 ni † docto.legum dicunt in præiudicium dominorum neutrum contractum fieri posse, & in præiudicium faciendum vtrunq;.ff.etiam obligationē rei alienæ fieri posse. ff.de pig. acti.tutor.l.contrariam. Item nec secundum eos mihi præiudicat si me præsente rem meā obligares, vt in præal.l.sicut.§. non videtur.ff.qui.mo.pig.vel hypo.sol.nec obst.d.l.si fine. C.ad Velle.loquitur enim inter coniunctos, scilicet cum maritus patiente coniuge dat pignori rem ipsius, & tunc taciturnitas ipsius habetur pro consensu, vt in.l.si seruus.quam alle.G.secus inter extraneos, vt in præal.§.non videtur.si tacendo fraudem adhiberet.C.si res alie.pign.data sit.l.ij.& in eo casu quo propter fraudem obligatur tacito cōsensu non iuuatur per speciale auxilium Velle.quam dolus excludit, vt in.d.l.si fine.de quo scripsi.§.& in si.xxiiij.q.ij.sane.dixi Gof. & Host.quòd hæc generalia secundum diuersos casus & diuersas materias, & ipsarum considerationes habent terminari, Nouella de quo satis latè scripsi.§.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium quando personale, vel reale censeri debeat: & quid in delegatione.nu.2.*

3 *Priuilegia obsequiosis Episcopis concessa, eis translatis, durare iure speciali. & nu.4. & cur.nu.5. Limita, vt nu.6.*

7 *Nominatio quando extinguatur: eamque perpetuam esse: & quid pariat.*

8 *Personæ concessum æquitate priuilegium ad successorem transire. Limita, vt nu.9.*

10 *Priuilegium alia, quam personæ caussa concessum ad successorē transire: & quid si à persona cum, vel sine hæredibus.nu.11.*

12 *Rebus concessum priuilegium ad successores transmitti: & quid in dubio.numero.13.*

14 *Ciuitati concessum priuilegium perpetuò extendi.*

15 *Iudex creatus quo tempore iurisditionem habere incipiat.*

16 *Laudans Deum mereri dicitur: assentationem tamē hominis vitio adscribi.nu.17.& 19.*

18 *Adulationum genera quot: & plus iustò laudantem labefectare videri.numero.20.*

CAP. VI.



Andata. casus. Ex præteritis præsumimus futura certa. Et præmittit exordium subdit narrationem, ibi, *prouidè* quam demū determinat, ibi *quas non loco*. subiungit rationē, ibi *quia*, & quod dicit superscriptio, *maximè*. Episcopo Petrus exponit, id est Archiepiscopo Rauen.de quo habetur.ij.q.v.quæ de causa.¶ Expo literam *cælestia*. i.cælicus ab Apostolo data. Host. proinde vt mandata seruamus Siciliæ quæ est de patrimonio Ecclesiæ.xciiij.dist.c.j.x.q.iij.relatum.cum simi.facit.ff.ti.j.veritatis.*quas non loco*, idem si hoc non addidisset ex quo scribebat expresè nomine personæ de hoc in Spe.de instru.ædi.§.nūc autem.ver.quid si Papa.& est mercurialis super regula priuilegium, & hîc omnino iunge pulchram quæstionem in hac materia per.R.de Farg.disputatam in repet.sua, quam fecit. de.c.cæterùm.de iud.& incipit Papa fecit gratiam lib.repetitionum pergamen fo.cclxviij.de reg.iur.lib.vj.& vita laudabili.& probata, *sed personæ* quanto autem quis plura stipēdia habet tantomagis pro eo præsumitur, vt legi.& not.hîc &.xciiij.dist.si officia.& tanto diligentiorem se reddere debet.ij.q.v.quanto.secundum Collecta.

¶OCCASIONE eius quod scripsi. s. in expositione
super verbo quasi nō loco, vtrum priuilegium Papale expri-
1 mens prælati nomen, cuius tñ † tenor respicit Ecclesiam, vel
econtra nomen prælati nō exprimens, sed dignitatē vel Ec-
clesiam tantū cum tamen tenor personam respiciat cēseatur
person le an vero reale, sed dic vt de hoc vt not. per Nouel.
j. de reg. iur. c. priuilegium. lib. vj. in. q. mercuriali. & per Pau.
in quadam quæstione per eum disputata, quæ incipit Papa
scribit, & per Henr. s. de offi. dele. quoniā Abbas. vbi omni-
no etiam videas quæ ibi scripsi quantū ad hoc: an autē per
hæc verba rescripti vices nostras tibi in tali prouincia duxi
2 mus cōmittendas commissio censeatur † realis vel persona-
lis vide in locis præall. & præsertim. in. d. q. mercuriali. in per
regula priuilegium. alleg. determinauit autē Bartho. Brix. in
q. quæ incipit esto. q dominus Papa q talis cōmissio est rea-
lis & non personalis per hanc decr. quia hîc Papa patiendo
talem cōcessionem, videtur protestari se cōcessisse personæ
& non loco ex quo videt posse inferri q realis esset nisi pro-
testatio obstaret per decr. cùm venissent. j. de insti. Hen. au-
tem credit opin. Bartho. veram vbi commissio facta est ex-
presso proprio nomine sed illo nō expresso credit opi. Tan.
veram qui contrarium asserebat per. d. c. quoniam Abbas.
vbi de hoc dicam.

¶ITEM ex simili occasione moueo aliam quæstionem.
Ecce dominus noster Cle. Papa. vij. olim. mihi Ægidio tūc
Vaureñ. episcopo gratiam fecit vt certi clerici mei commē-
3 sales meis obsequijs insistendo † vsq; ad certum tempus fru
ctus suorum beneficiorū perciperent, ac si in beneficijs ipsis
personaliter residerent, posteà pendente prædicto tēpore,
per eundem dñm Clem. sum translatus, post quam transla-
tionem nolunt prædicti familiares mei gaudere priuilegio
prælibato allegantes illud priuilegium non fuisse cōcessum
Ecclesiæ, sed personæ capitula vero contradicunt, & dicunt
illud priuilegium respuere & per translationē expirare, quę-
ritur quid iuris. dominus Raymū. de Farg. in quadam quę-
stione quam fecit Aureliæ. de. c. cæterùm. s. de iudi. in simili
quæstione determinauit, q durat priuilegium post transla-
4 tionem illud priuilegium censetur fuisse † cōcessum perso-
næ, & cōtemplatione personę & patet hoc ex tenore proœ-
mij ipsius gratiæ ibi, *personā tuam*, paterna beniuolentia pro
sequentes tuisq; supplicationibus inclinati tibi &c. arg. j. de
testa. requisisti. Nec enim nomē Ecclesiæ appositum est nisi
causa demonstrationis, & certitudinis. de rescr. c. significan-
te. & ad hoc inducit. ff. de ann. leg. l. annua. § Titia. aliàs enim
vbi posuit verbum tibi poterat ponere & posuisset verbū
Ecclesiæ tuæ. arg. de deci. ad audientiam. de treuga, & pace. c.
j. de elect. cùm inter. j. c. literas. j. de cri. fal. c. pen. & fi. inspici
enim debet: super quo fundatur intentio cōcedentis, vt de.
literis. de probat. & c. si dignitatem. de præb. & j. de præb. c.
5 quoniam. Præterea res & † personæ cum onere transeunt. j.
de pig. ex literis. ff. de contrahen. emp. l. si. cum simi. ergo for-
tius cum honore seu priuilegio, arg. ff. de lib. & posth. l. cùm
quidam. & j. de reg. iur. odia. lib. vj. videtur casus. ff. de stipu.
seruo. l. si communis seruus. inducit etiam ad hoc hanc de-
cret. Ego autem puto q ista sit veritas, quia re vera non cō-
templatione Ecclesiæ Vaureñ. sed contemplatione mei &
obsequiorum meorum sedi Apostolicæ & personæ domini
Papæ per me impensorum concessum fuit, & ad hoc suffi-
ciant ea quæ notan. in locis per me alleg. in. q. præced. & quæ
scripsi. in. d. c. quoniam Abbas. ¶ Eadem ratione idem puto
de alijs gratijs fauore personæ meæ mihi cōcessis antequam
essem Episcopus vel dum fui Vaureñ. Episcopus vt puta su-
per licentijs eligendi confessorem habendi altare portatile,
& celebrandi in locis interdictis. ¶ Sed caue, quia de gratijs
quæ respicerent bona Ecclesiæ aliud forsitan dicendum es-
6 set vtpote facultas † conferendi beneficia, vel nominandi
personas ad beneficia ad colla. Episcopi Vaureñ. pertinētia,
vel facultas testandi de bonis ex Vaureñ. Ecclesia acquisitis,
licet enim tales gratiæ in fauorem personę & non Ecclesiæ
fuerint mihi concessæ, tñ quia fuerunt mihi concessæ tan-
quam Episcopo Vaureñ. sic q nō fuissem Episcopus Vaur.
prędictæ duę facultates expirarem: nam licet personale esset
respectu successoris, quia non transijt ad successorē. vt patet
ex ijs quæ dicam. j. in. q. seq. tñ quia non respicit personam
nisi sub qualitate Ecclesiæ & qa causa priuilegij quę est prin
cipaliter inspicienda cōcernit Ecclesiam & qualitatē prędi-
ctam vt de nominatione Ecclesię insurgentē cessante prędi-
cta qualitate & causa priuilegij cessare debet & priuilegiū.
j. de verb. signi. c. intelligētia. & quod leg. & not. de iure pat.
c. vno. § vlti. lib. vj. & in. d. c. quoniam Abbas. & de rescri. c. si
gratiosè. eo. lib. & s. de auth. vsu pallij. c. ex tuarū. ¶ Cæterū
7 quod scripsi de facultate nominādi locū habet ante † nomi-
nationē, quia post nominationē consumpta est quo ad hoc
facultas nominandi, vt. ff. de opt. leg. l. apud Aufidiū. & quod
not. per Host. & Ioā. And. de rescri. c. cùm in multis. lib. vj. &
per ipsam nominationem facta est gratia nominato, quæ de
natura sua perpetua est, vt. j. de reg. iu. c. decet. lib. vj. & ideò
literæ Apostolicę facultatis per quas detur sibi facultas ac-
ceptandi & per quas mādatur sibi de acceptato bñficio pro-
uideri & illū in eius possessionē induci quoad ista etiā per-
petuę sunt, vt de offi. deleg. c. si super gratia. lib. vj.

¶TERTIO principaliter quęritur, iterādo dicta Henr.
qualiter priuilegium transit ad successorē. Contra quod di-
stinguere habes sequendo pro parte dicta Dy. in. c. priuile-
gium. alleg. quia aut priuilegiū conceditur personę aut cōce
ditur rebus aut generi personarū, aut ciuitati, aut loco, aut
causę: in primo casu refert aut priuilegium cōceditur à lege
mortua, aut à lege viua, seu animata. In primo casu aut priui
8 legium cōceditur personę † attēta ęquitate, seu ratione na-
turali, & tūc transit ad successores, vt patet in priuilegio re-
stitutionis, & in priuilegio dato mulieri fideiubenti, vt. ff. de
in inte. resti. l. nō solùm. de minor. l. minor. § vlt. & l. seq. C. de
temp. in inte. rest. l. ea quę. & C. ad Velle. l. hęredes. Aut pri-
uilegium est cōcessum non attē ęquitate seu ratione natu-
9 rali, sed fauore † personæ tantū & tunc refert, aut persona
cui cōcessum est priuilegiū est proxima causa priuilegij con
cedendi, & tūc persona extincta, extinguitur priuilegiū, vt
ff. sol. mat. l. maritū. & l. seq. & de re iudi. l. sciendū. & l. & si fi-
deiussor. § si maritus. hoc etiā patet in priuilegio quod ha-
bet pupillus in actione tutelę, vt. ff. de admi. tuto. l. ex pluri-
bus. de priuile. cred. l. dabimus. per hoc etiam facit. C. de de-
cu. l. sordidorum. lib. x. & j. de reg. iur. c. priuilegium. aut per-
10 sona est causa remota & alia † est causa proxima priuilegij
concedendi, & tunc nō extinguitur cum persona sed trans-
fertur ad suos successores, vt patet de curionibus qui habēt
multa priuilegia non ratione personarū, sed ratione & con-
templatione officij, quod gerunt quę transferuntur ad libe-
ros suos, vt. C. de pœnis l. decurionū filij. per eandem viam.
C. de profes. & medi. l. grāmaticos. lib. x. cum alijs cōcor. Pro
hoc. s. de offi. ordi. pastoralis § pręterea. ver. nisi forsan. & j.
de maio. & obe. c. vnico. lib. vj. cum ibi no. Si quęris de priui
legio cōcesso per legem annuatam puta per principem, qui
est lex annuata in terris, vt in auth. de consulibus. in fi. colla.
iiij. tunc aut priuilegium conceditur alicui cum certa desi-
gnatione quod sibi soli, & non successoribus cōcedatur, aut
conceditur simpliciter, aut conceditur sibi, & successoribus
11 suis. In primis duobus casibus † priuilegium extinguitur cū
persona, vt hic & vij. q. j. petijsti. ff. de constit. prin. l. j. in fi. &
ff. de reg. iur. l. priuilegia. In certo casu refert in modo loquē-
di, quia aut priuilegium conceditur sibi, & posteris suis, vel
sibi & posteritati suę, & tunc extenditur ad descendentes
ex eo, q lineam masculinam non ad descēdentes per lineam
fœmininam, vt. ff. de iure immu. l. j. § personis. & l. iiij. Ratio
est quia posteritas importat eos qui sequuntur familiam
sed descendentes per lineam fœmininam ex eo cui concedi-
tur priuilegium non sunt in eius familia, sed in familia pa-
trum suorum, vt insti. de pat. pote. in fi. quare &c. aut priui-
legium cōceditur sibi & hęredibus suis & sub appellatione
hęredum,

hæredũ,& tunc aut cõceditur ſibi & hęredibus ſuis in plu-
rali numero,& tũc qui ſunt hæredes gaudebunt priuilegio.
arg.ff.de verbo.ſignifi.l.ſciendũ.& de regu.iur.l.qui per ſuc-
ceſsionẽ.& maximè in præiudiciũ cõcedentis.ſ.de dona.cũ
dilectus. Aut conceditur ſibi,& hæredi ſuo ſimpliciter: &
tunc poſſet dici ꝙ de ſuo hærede intelligatur & nõ de alijs:
quia ſic eſt in vſufructuario.C.de vſufruc.l.antiquitas.& ma
ximè ſi inciperet eſſe elijs damnoſum.arg.j.de decimis ſug-
12 geſtum.Si quæris † in ſecũdo caſu,ſcilicet quãdo priuilegiũ
conceditur rebus:tunc tranſit ad ſuccedentem in illam rem
ſiue ſuccedat titulo vniuerſali ſiue titulo ſingulari:vt.ff.de
aqua coti.& æſti.l.j.§.permittitur.de cenſi.l.ętatẽ.§.reb⁹.arg.
ff.de ſerui.ruſti.prędi.l.via.§.quicunque.Si autẽ ſit dubiũ an
13 ſit perſonale vel reale:tunc † dicit Specu.titu.de inſtru.edi.
§.nunc autẽ videndum.ver.item ꝙ fuit cõceſſum.quod re-
currit ad intentionẽ cõcedentis illud.ff.de regu.iur.l.Ne-
ratius.j.de inſtit.cũ veniſſent.xj.q.j.§.ex his omnib⁹.Quod
ſi nõ poterit cõcedens haberi intelliget reale,niſi cõtrarium
probetur.ff.de conſti.prin.l.beneficiũ.j.de pręſcript.ad au-
dientiã.de dona.cũ dilecti.xvj.q.iij.placuit.& pro hoc facit
quod dicitur de pacto perſonali & reali.de pactis.l.iuregen
tium.§.pactorũ.& l.ſi tibi.§.penultimo.de proba.ſi pactũ.&
in hoc ietis concor.gloſ.ſuper verbo præſumitur.d.c.cũ ve-
niſſent.&c.Si quæris in tertio caſu ſcilicet quãdo cõceditur
generi perſonarũ,tũc tranſit ad omnes futuros de illo gene
re cũ diſtinctione,tamen quia aut priuilegiũ cõceditur ſim-
pliciter,& tũc tene quod eſt dictũ.C.de pſeſſo.& medi.per
totũ.de excuſa.tut.l.ſi milites.§.j.vnde exemptione cõceſſa
cannonicis extẽditur nedum ad canonicos præſentes ſed etiã
ad futuros vt.j.de priuil.c.per exceptionẽ.§.v: e.&.§.ſequẽ.
Aut cõceditur eis vna cum poſteris ſuis:& tunc tranſit ad
omnes deſcendentes per lineã maſculinã,vt eſt dictũ.& pro
hoc.j.de hære.c.ſtatutũ.ij.& de pœnis c.vbicũque.lib.vj.cũ
ibi notatis Aut cõceditur ſibi & hæredibus,& tunc potes di
14 cere vt ſupra dictũ eſt.Si quæris † in quarto caſu principali
ſcilicet quãdo cõceditur ciuitati vel loco:tunc ad omnes in
ciuitatem vel loco ſucceſsiuè inhabitãtes perpetuo extẽdit:
vt.ff.de cenſi.l.forma.§.quãquã vij.q.j.habuit.&.xxv.q.ij.c.j.
&.ij.&.j.de inſtit.c.cũ veniſſent.&.j de priuil.c.per exem-
ptionẽ.lib.vj.arg.quia idem videtur in pœna indicta ciuita
ti vel loco:vt.j.de ſenten.excõ.c.ſi ſententia.&.c.ſequẽti.&
eſt ratio:quia idem populus eſt hodie qui fuit in pręteritũ,
& qui erit in futurũ:vt.ff.de iudi.l.proponebatur.Si quæras
in quinto caſu principali ſcilicet quãdo priuilegiũ conceditur
perſonæ cauſæ,& tũc dicas ꝙ priuilegiũ nõ extinguitur
cum perſona,ſed tranſit ad ſucceſſores:vt.ff.de regu.iur.l.in
omnibus.&.l.priuilegia.j.eo.titu.de regulis iuris.c.priuile-
gium.libro ſexto.ſecundum Henricum.

¶ QVARTO quæritur quando princeps creat iudicem
ordinariũ à quo tempore incipit habere iuriſditionem ſeu
iuriſditionis exercitiũ. Refert hîc Henricus Nouellã.ſ.de
offi.deleg.quoniam Abbas.Circa hoc ſic diſtingue:quia aut
15 † eſt ordinarius ſine adminiſtratione,& talis ex tenore pri-
uilegij recipit vires ſuas.de priuile.c.porrò.de ipſis ergo nõ
viſis priuilegijs poſſumus iudicare:vt.d.c.porrò.Aut eũ ad-
miniſtratione,& talis ſecũdum omnes cõmuniter à tempo
re cõmiſsionis iuriſditionem habet voluntariã,& à tempo-
re ingreſſus vrbis cõtentioſam:vt videntur ſonare leges ſe-
quentes.Sed dicit Henricus ꝙ voluntariam habet ante in-
greſſum prouinciæ,etiam quoad exercitium contentioſam
autem nõ habet,tunc quoad exercitiũ,ſed bene quoad com
miſsionem per eum fiendam:vt in euthentica de collatori-
bus.§.prouidemus.ad hæc & in prouincij.&.§.ſequẽti.coll.
ix.ſic intellige.ff.de offi.procõſul.de lega.l.j.ij.&.iij.ſecũdũ
Hoſti.de offi.legati.nouit.& Specu.de legato.§.nunc dica-
mus.in principio.& adde omnino quæ de reſti.ſpolia.c.ex
conqueſtione.in prima queſtione.vbi plenè tetigi hanc ma
teriam,quoad iudicem delegatum.

¶ QVINTO quęritur ſecundum Henricũ quia Papa hîc
in fine cõmendauit Epiſcopũ cui ſuam epiſtolem dirigebat
vtrũ laudare alium ſit peccatũ.Circa quod dicere potes im-
16 primis ꝙ laudare Deum,& ſenctos meritorium † eſt.C.de
offi præfec.præto.affri.l.j.in principio.vnde Pſal.cxxvj.Se-
pties in die laudem dixi tibi.&.j.de cele.miſſa.c.j.& alibi in
Pſal.Laudate dominũ &c.ideo ſapiẽs in perſonã Dei ſapien
tiæ.c.Qui me elucidant vitam æternem habebũt:vel de lau
de autem hominis dicũt Thomas & Aſteñ.lib.vj.titulo de
amicitia hoc an bonũ vel malum iudicare ex circunſtantijs.
Si enim laudo te vt cõſoleris,ne in tribulatione deficias,vel
vt bona profiteri ſtudeas,hoc pertinet ad virtutẽ amicitiæ:
vt hîc &.ſ.de ætate & qualitate.c.tuam.in principio.Sed ſi
laudem te in quibus nõ es laudandus,puta in malis deſide-
rijs tuis,vel in his quę certa nõ ſunt,iuxta illud Eccle.xxvij.
17 Ante ſermonem ne laudes virum † Vel etiam ſi timeri poſ-
ſit ne propter humanã laudem ad vanã glorũ prouoceris.
ſecundum illud Eccle.xj.ante mortẽ ne laudes hominẽ,tũc
res damnata eſt.Præterea ſi vis placere hominib⁹ propter
charitatẽ nutriẽdam,& vt in eis ſpiritualiter proficere poſ-
ſis laudabile eſt.Sed ſi velis hominib⁹ placere propter vanã
gloriam,vel propter lucrũ,vel etiã in malo hoc peccatũ eſt:
iuxta illud Pſal.Deus diſſipauit oſſa eorũ qui hominibus
placẽt.De adulatione autẽ dicit Aſteñ.vbi ſupra poſt Ale-
18 xandrũ Anglicũ,ꝙ multiplex † eſt adulationis genus,vnũ
quo dicit quis malum bonũ fauendo peccatori in peccato
ſuo:& iſtud mortale peccatũ inducit.xlvj.diſtin.ſunt nõnul
li.Aliquando autẽ adulatur quis intentans alicui prodeſſe,
& nulli obeſſe:& tunc eſt veniale: aliquando adulatur quis
intendens alicui obeſſe:& tũc eſt mortale,licet alteri proſit.
Si autem nõ obeſt,ſed prodeſt,ſed Dei generat contemptũ
propter aſsiduitatem,tunc etiã eſt mortale.Si verò quis lau-
19 dat aliũ de bono,tamen intẽtione placendi propter te † ve-
niale eſt:& de tali adulatione loquitur Auguſtinus.xxv.di-
ſtinctione.§.nunc autem.vbi de hoc in glo.penultima ſuper
verbo adulari,vbi dicitur ꝙ tribus modis adulatur quis,vel
attribuẽdo alicui bonũ quod nõ habet,vel nimiũ extollen-
do bonũ quod habet,& vtrũque iſtorũ eſt veniale, vel ap-
probando malũ quod habet:& illud eſt mortale.Et vtrũ litigiũ
ſit maius peccatum quàm adulatio.vide per Aſteñ.vbi.ſ.&
per fratrẽ Ioannẽ in ſumma confeſ.tit.de litigioſis nõ ordi-
20 nandis.Item nota ꝙ famæ alicuius detrahit † dum pluſquã
expediat cõmendat.xcix.diſtin.ecce.& magno triſtitię quis
ſtimulo pungitur dum bonũ ſibi attributũ in eo nõ reperit.
xj.q.iij.inter verba.& notatur in Specu.de aduocato.§.nunc
dicẽdum.in fine.¶ Supple gloſſas in glo.j.ibi.*portare*.ad Ga-
lathas.in principio.*in gloſ.ij.ibi.Demon*.in vltimo.& ibi.*ſin-
gula*.vbi de hoc.*&* in *fine*.idem notatur.de proba.ex literis;
in gloſ.ij.in gloſ.vltima.ibi,cum perſona eius cui cõmiſſa.
eſt legatio nõ illius qui cõmittit quod dic vt legitur & nota
tur.j.de offi.legati.c.j.lib.vj.& ibi.l.j.in fine.&.j.de regulis
iuris priuilegium.lib.vj.& in fine.vbi de hoc.

SVMMARIVM.

1 *Aſia quot partes orbis complectatur.*
2 *Audiendum quem ex cauſſa non eſſe.*

¶ *CAP. VII.*

QVoſdam. Breue eſt.¶ Expone lite-
ram Affrica,heu pro do
1 lor hodie non obedit, nec etiã Aſia † quæ
continet duas partes orbis,& olim obedire
ſolebãt,quas nobis ſubtraxit infideliſsimus
Machometus. *reſtetur*.fortè petebant ibi præbendas & erãt
2 ibi.*vicini*.† quos Papa noluit exaudire,cum terra ipſa ſatis
oppreſſa & grauata eſſet à Tartaris,quod ipſi vicini melius
ſcire debebant ſecũdum Abbatẽ.¶ Supple gloſſas.in gloſ.j.
in fine.&.ſ.de electione.poſtquã.&.c.ſcriptũ.& de poſtula.
præla.c.j.*in gloſſa ſecunda*.in fine.de hoc ſupra de iuramento

calumniæ c.cum causam.in prima glossa.

SVMMARIVM

1 *Præsumptionum varias esse species,& quando probatione contraria tolli, vel non possint.nu.2.*

3 *Plurimum in loco eius conditionem scire præsumi.*

¶ CAP. VIII.

QVanto. Expone.*in vicino*.fortè repræhendit Episcopũ qui negligẽs
fuerat in correptione delicti cuius clamor
ad ipsum ascenderat,& cum Episcopus di-
ceret se ignorasse rescribit:vt hic patet. Et
de diuersis speciebus præsumptionũ remissiones dedi in ru
brica.¶ Supple glossas in glos.j.ibi.*si quis clericorũ*.ibi.*soluitur*.
& ibi.*omes* vbi idem notatur.&.ij.q.j.c.j.& plenius in Specu.
eo.tit.§.ij.Nouella autẽ propter tacta hîc per Bernar.trans-
ferens aliqua notata Inno.& Hosti.j̃.c.ad locũ istum.dicit
1 post eos ꝙ habemus † præsumptionẽ iuris vel de iure,quæ
non admittit probationẽ in cõtrarium.Item habemus prę-
sumptionẽ iuris tantũ cui statur,donec cõtrariũ sit proba-
tum.de quo vide notata.j̃.de spõsa.is qui.Item prçsumptio
quandoq; inducit probationẽ semiplenã š.de restu.spol.soli
citė.j̃.de senten.excom.inquisitioni.quãdoq; sufficit ad pur
gationẽ inducendam.ij.q.v.prçsbyter.de purga.cano.si quis
de gradu.quãdoq; requirit probationẽ cõtra se:vt.ff.ꝙ me-
2 tus causa l.nõ est verisimile.quãdoque † nullam probationẽ
admittit contra se,nisi fama vel alia circunstantia sit contra
ipsam:vt.d.c.quia verisimile.quãdoq; refundit probationẽ
in reum:vt.C.de prob.l.siue.& de hoc vt ecclesiastica be-
neficia.c.vno.quandoque secũ adduxit sententiã vt.j̃.c.illud.
&.ff.de stipulatione seruorũ.l.ꝙ seruus.¶ Collectarius no-
3 tat hîc ꝙ † frequentãs aliquẽ locũ præsumitur aliquid scire,
de eo remittens ad lecta & notata.de consecra.distin.j.ne-
cesse.sic & præsumitur propter societatem & solicitudinẽ.
lxxxvj.distinctio.clericus solus.&.j̃.eodem tertio loco.

SVMMARIVM

1 *Desidem in re vna eundem in alia censeri.*

¶ CAP. IX.

SCribam. Breue est, & innuit ꝙ ex præteritis præsumi circa fu-
tura : & quod dicit superscriptio super illud
Oseę dic.viij.capit.¶ Expone literã.*ex prius*.
verba Hieronymi.*negligentes* notat per Gos.
quòd qui negligenter studuit in iure canonico præsumitur
1 quòd † negligẽter studeat in ciuili:& ecõtra.& inducit Col
lect.lecta & notata Hosti.š.de offi.deleg.ex literis.¶ Supple
glossas in glos.j.ibi.*& est argumentũ*.legendo planè.*& in fine*.
arbitraria:super hoc.š.de offi.deleg consuluit.in glos.ij.ibi.
cum per bellum.vbi hoc glos.&.xviij.distinctione.peruenit.
&.xliij.distinctione.in multis.

SVMMARIVM.

1 *O dinarium non,nisi authore dioœsano,conferre.*

2 *Præsumptionis tollendæ argumenta.*

3 *Præsumptionem iuris & de iure à præsumptione iuris tantum dissidere.& numero.4.*

5 *Præsumptio temeraria quæ,& quæ probabilis.nume.6.& hæc quando iudicem moueat.numero.7.*

8 *Violenta præsumptio quid:eam tamen probationem secum adferre videri.*

9 *Præsumptionum facti varias esse species : iuris verò tres tantum. numero.10.vnam tamen speciem tantum esse verius est.nume.11.*

13 *Fictionis & præsumptionis differentiæ.& numero.13.*

14 *Fictionẽ iuris non esse facti,et fictionem iuris tantũ à præsumptione iuris tantum non differre dictum fit.numero.15.*

16 *Fictionem facti pro veritate haberi.*

17 *Probationem in aduersarium non semper transferri.*

¶ CAP. X.

QVia verisimile. Casus. Efficacior ꝓbatio re-
quiritur ab illo qui probare vult quod non
est verisimile. Et primo ponit casum finalẽ,
Secundo prouisionem, ibi.*prouideas*. Tertio
prouisionis causam impulsiuã:ibi.*quoniam*.¶ Expone literã.
concessit.id est per ordinarium concedi fecit.alleg.cõtra.š.de
offi.vica c.*in eiusdem ecclesia*.cuius erat persona,id est præla-
tus,acceperit,id est accipere cõsenserit,ab ordinario id ha-
1 beat,scilicet ꝙ habeat † prælaturã renunciauerit & recepe
rit vicariã.Item ꝙ hoc factũ sit authoritate diœcesani aliàs
per se facta nõ teneret.j̃.de præben.maioribus.de rerũ per-
muta.quæsitũ.&.c.cum olim &.c.cum vniuersorũ.Inno.se-
cũdum Hosti.subaudiẽdum esset hic maximè ne quis pro-
batione superflua oneretur.argu.de offi.deleg.cum contin-
gat § finali.vbi de hoc.*appareant*.& sic præsumptio iuris ad-
mittit probationẽ contrariã.de hoc.j̃.de spon.is qui.*verisi-
mile*.j̃.de purga.cano.cum. P.iiij.q.iij.§.itẽ in criminali.ver.
eos testes Gof.& nota vt dixi summando,ꝙ volens probare
2 † nõ verisimile nõ auditur,nisi aliquid occurrat,ꝙ talẽ prę-
sumptionẽ elidat,puta fama loci , bonitas testiũ,vel aliqua
rationabilis circũstantia,secũdum Inno.& Hosti.ad hoc de
procura.in nostra.de no.ope.nũcia.c.ij.vide in Hieronymo
in.c.d.Et scias ꝙ talis verisimilitudo quandoque impedit in
totũ probationẽ.j̃.de hæreti.c.filij.lib.vj.& vide cõcor.ad
primũ dictũ:quas ibi ponã sup ver.suspecti.aliqua autẽ no-
tata hîc p Inno.& Hosti.hîc dixi.š.eo.c.&.š.eo.tit c.quãto.
in secũda suppletione gl.ij.*deierare*.& si nõ ꝓbauerit punie-
tur:vt.j̃.de exces.præla.illud.*corrupti*.š. de testi.sicut Ioannes.
¶ PRIMO quæritur hîc quæ præsumptio est illa de qua
hîc loquitur.Aliqui dicũt ꝙ est præsumptio iuris vel de iu-
re,sed nõ est verum,imò est prçsumptio iuris tantum : quia
3 amittit prçsumptionem in cõtrarium Pro † quo sciendum
quòd inter prçsumptionem iuris tantũ,talis est differentia:
quia prçsumptio iuris,& de iure dicitur quando ius statuit
aliquid super facto certo Et ideo quia statutũ iuris non de-
bet trãsgredi probationẽ contrariã nõ admittit,& ita loqui
tur j̃.de spon.c.ad id quod.&.c.is qui.&.j̃.de cõdi.appos.c.
per tuas.&.c.de illis.& j̃.qui matrimo.accusa possunt.c.in-
super.&.j̃ de spon.c.cõmissum . & liiij.dist. fraternitatẽ.&
de regularib⁹.c.vidua &.C.de rei.vxo.act.l.vna.in prin.&.ff.
de sta.hominũ.l.qui in vtero.&.ff.de libe.& posthu.l.qui de
testamento.l Titius testamẽto.§ Lucius.& de verborũ signi.
l.qui mortui.& institut.de excusa.tuto.§.finali.secundum
Inno.sic ꝙ dum ei correspondet veritas naturã propriam vi
delicet prçsumptionis retinet sed dum aliter se habet veri-
tas trãsit in rem fictionis:vt patet ex lectis & notatis in iuri
4 bus.š.proximè alleg.prçsumptio † autẽ iuris tantũ est illa cui
de iure statur:etiã quoad sententiã proferendã donec probe
tur cõtrariũ:& quç ꝓbationẽ admittit cõtrariã,& ista alio
nomine appellatur prçsumptio violenta,eo ꝙ animũ iudi-
cis violẽtat vsque ad sententiã ꝓferendam,& de ista loquun
tur iura sequẽtia.xxij.q.j dicit.j̃.c.literas.ff.de his quç sui vel
alieni iuris.l.filiũ.xxxv.q.iij.extraordinaria.xxvij.q.j.nec ali
qua.š.de proba.c.proposuisti.xij.q.v.nulli.j̃.de testa.requisi
sti.ff.de dona.inter virũ & vxorẽ.l.quint⁹.& C.de dona.in-
ter virũ & vxo.l.etiã.secundũ Inno ¶ Item est alia præsum-
ptio quç non est iuris,& de iure,nec etiã iuris tantũ:& ista
principaliter diuiditur inter duas : nam alia temeraria,alia
vere probabilis appellat. Vel melius diuido prçsumptionẽ
in tria genera:quia alia est temeraria,alia est probabilis,alia
est violenta,violentã vero diuide in duas:quia alia est iuris
& de iure alia est iuris tantum. Et sic possunt poni quatuor
principalia genera ꝑsumptionũ,videlicet temeraria ꝓbabi
lis violẽta q̃ dicit iuris tantũ,& violẽta q̃ dicit iuris & de iu
5 re.¶ Temeraria † autẽ dicit illa quæ surgit à malis homini-
bus,& à maliuolis vel ex causis vilib⁹,vt qui vidisti aliquẽ
loquẽ cum aliqua statim præsumis malũ:cum tamen debe-
res in

res in dubio pręsumere bonũ.ꝭ.de regu.iur.c.estote.& teme
raria dicitur,quia à temera æstimatione procedit:& quia à
iure reprobatur nec debet mouere animũ alicuius boni iu-
dicis,& de ista.ij.q.j.c.j.vj.q.j.oues.ꝭ.de senten.excom.inqui
fitioni.& de Simo.licet hely.lxxvj.distin.si qui vero.xj.q.iij.
6 absit.¶ Probabilis vero præsumptio † dicitur illa quæ quo
ad certos iuris effectus à iure probatur,& secundũ diuersita
tem causarũ à quibus originẽ diuersimodè trahit,& secun-
dum diuersitatẽ effectuũ hoc producit diuersas & multipli
ces species habet,insurgit enim ex multis causis,vt notatur
in Specu.eo.tit.§.j.& quandoq; semiplenã probationẽ indu-
cit:vt.c.inquisitioni.&.c.solicitè.alleg.secundũ Inno. Vnde
tunc quãquam de per se iudicem nõ moueat ad pronuncian
7 dum,tamen quia ab aliqua ratione probabili † insurgit vna
cum vno teste,vel cum alia simili pręsumptione ad pronun
ciandũ bene mouet:vt.ꝭ.eo.illud.&.iuj.q.iij.§.item sæpe.&
xxxv.q.si duo.&.C.ne de statu defunctorũ.l.ij.Item mouet
iudicem ad deferendum iuramentũ in defectũ probationis,
ei videlicet pro quo facit pręsumptio,vt pro eo sententiam
ferat:vt.C.de rebus credi.l.in bonæ fidei.&.ff.de iureiuran.l.
admonendi.&.ꝭ.de procur.ex insinuatione.&.c.tertio loco.
de proba.sicut cõsuetudo.vt scripsit Henricus.ꝭ.de spon.c.
is qui.Item quãdo,que inducit purgationẽ:vt.ꝭ.de purga.ca-
noni.c.si quis &.ij.q.v.pręsbyter si à plebe.secundũ Inno.&
ꝭ.de proba.c.sicut.&.c.ad nostrã.&.ꝭ.de purga.cano.c.j.&.ij.
&.d.c.si quis.de gradu.eo.tit.Item quãdoq; refundit proba-
tionẽ in reũ.C.de proba.l.siue.ꝭ.vt ecclesiastica beneficia.c.
vt nostrũ.Item interdum aggrauat contrariã probationẽ.vt
apertius ꝓbare habeat,vt hic.&.ff.qđ metus causa.l.nõ est
verisimile secũdũ Henricũ in.d.c.is qui.Sed reuera ista duo
iura loquũtur de præsumptione violenta,pro qua videlicet
ferretur sententia nisi cõtrariũ probaref:vt vtrobique legi-
tur & notatur.Et quia talis de per se nõ est sufficiens ad iu-
dicem inducendũ,vt pro illo pro quo facit præsumptio sen
tentiã ferat,fortiori ratione in cõtrariũ probationẽ admit-
tat:vt.vij.q.iij.præsentiũ.& de renũcia.super hoc.¶ Violen
8 ta dicitur illa quæ violentat iudicem † vsq; ad effectũ sen-
tentiæ proferendæ:vt prædixi,& patent exempla.C.de pac.
l.post.quã.& l.Labeo.&.ff.de ꝓba.l.si chirographũ.&.lxxvij.
distin.scire.in fine.Item in hac decret.&.ꝭ.de cleri.nõ resid.
c.j &.xxvij.q.j.nec aliqua.&.ꝭ.eod.in literis.&.C.vt omnes
tam ciuiles quàm militares.l.vna &.ff.de bonis libertorũ.l.
si in libertinũ in fine.&.C.de adulterijs l.si qui adulterij.&
authen.si quis eo.tit & vt scripsit Henricus in.d.c.is qui.
post summistas ista pręsumptio violenta in genere suo cõsi-
derata quadruplex est facti:naturę,hominis,& iuris.¶ Præ-
9 sumptio facti multiplex † est.Prima enim præsumit de pre-
terito ad pręsens:quod dic vt legitur & notaf per Dynũ.ꝭ.
de regu.iur.semel malus.lib.vj.& de hoc.ff.de accusa.l.si cui.
§.eisdem.& de re militari.l.non omnes.§.à Barbaris.&.ꝭ.eo.
ex tuis.&.c.mandata.&.lxxxvij.distin.c.quicũque.&.mona-
chus nouitius.Secũda præsumit ex facto pręsenti ad pręteri
tum:& de hac.C.de adulterijs.l.si quis adulterij.&.xxxiij.
q.ij.cum per bellicã.Tertia pręsumit de facto præsenti ad fa
ctum præsens.vj.q.j.qui crimen.&.C de his qui à nõ domi-
nis manumittũtur.l.alter.Quarta præsumit de facto pręsen
ti ad factũ futurũ.l.distin.si quis Dyaconus.Quinta præsu-
mit ex facto præterito circa futurũ:vt.ꝭ.eo.mandata.&.c.
scribã & quæ ibi scripsi.&.xxiij.q.v.si apud.&.ff.de suspect.
tuto.l.iij.§.queri potest.&.C.de suscept.& archa.l.si aliquid.
lib.x.Sexta præsumit ex præterito circa præteritũ:vt.xxviij.
distin.quia sum culpæ.¶ Pręsumptio naturę est vt qui bo-
nis parẽtibus natus est bonus pręsumatur:vt.ff.de ædil.edic.
l.ꝑ si nouit.§.qui mancipia.arg.C.ad.l.Iul.maiesta.l.vltima.
¶ Pręsumptio hominis est in debito soluto ꝙ pręsumaf in
debitum:vt.ff.de proba.l.cum de indebito.sed & hæc iuris
pręsumptio dici potest secundũ Henricũ vbi.ꝭ.¶ Pręsum-
ptio iuris & ista est duplex:quia quędam est pręsumptio iu-
ris tantum:quędam vero est pręsumptio iuris,& de iure,&
ista membra ꝓsequere,vt scripsi supra in principio.¶ Item
10 scias ꝙ ista † pręsumptio iuris tantũ iudicio meo reperitur
triplex:quia quędam est quæ admittit probationẽ in cõtra-
rium incõtinenti,nec aggrauat probationẽ cõtrariam,& de
isto genere sunt generaliter omnes pręsumptiones iuris tan
tum vt.d.l.filiũ.cum similibus.Alia est quę admittit proba-
tionẽ cõtrariã,& de isto genere sunt generaliter omnes prę-
sumptiones iuris tantũ:vt.d.l.filiũ.cum similib⁹.alia est quę
admittit ꝓbationẽ cõtrariã incõtinenti sed illam aggrauat:
quia nedum facit pro illo pro quo inducitur,sed etiã cõtra
probationẽ illam cõtrariam:& isto modo loquitur lex non
est verisimile.ff.quod metus causa.Tertia est quę adeò po-
tens est:quia nedum aggrauat probationẽ cõtrariã,imo etiã
eam impedit donec ex certis adminiculis fuerit coadiuta,&
rectè loquitur ista decretalis.¶ Hosti.verò in summa.eo.tit.
§.ꝙ eius.ponit alias tres species:puta quia alia iudicis siue
cõtumacia hominis,alia famę,alia qualitatis facti:quas pro-
sequere,vt ibi in ver.secũda diuisio.¶ Henricus autẽ in.d.c.
is qui.dicit ꝙ ꝓbabiliter posset dici ꝙ tantũ est duplex pręs-
sumptio,vna iuris tantũ,& alia iuris & de iure.Pręsumptio
iuris tantũ est quãdo de iure aliquid pręsumitur,cuius po-
test ꝓbari cõtrariũ.Sed pręsumptio iuris & de iure dicitur
quando quis statuit & ꝓbationẽ cõtrariam nõ admittit:vt
11 pręd ictũ est.Ego autẽ possum dicere ꝙ nõ est nisi vna præ-
sumptio de qua curãdũ fit:videlicet pręsumptio iuris,id est
à iure inducta,sed etiã approbata.Fateor tamen ꝙ ad cogno
scendum diuersitates causarũ & effectuũ diuersarũ pręsum-
ptionũ,expedit pręsumptiones diuidere in membra multi-
plicia,& singulis membris singula nomina ad placitum ma-
gistraliter imponere:quia nomina rebus & intẽtionib⁹ ser-
uire debẽt.arg.ff.de except.doli.l.j.&.ff.de suppelle.lega.l.La
beo.&.ꝭ.de verbo.signifi.c.intelligentia.& adde quę notan-
tur.lv.distin.c.ferrum.&.liiij.distin c.frequens.

¶ SECVNDO quęritur occasione pręmissorũ quę est
differẽtia inter pręsumptionẽ,fictionẽ & indiciũ.Et breui-
12 ter sequẽdo summistas dicere habes ꝙ † fictio est in re cer-
ta cõtraria veritati pro veritate assumptio.exemplum.C de
rei vxo.ac.l.vna.in prin.C.de sentẽ.pas.l.vltima.in prin.in-
stit.qui mo.ius pa.po.sol.§.si ab hostibus.Vel melius secun-
dum aliquos fictio est simulata intẽtio quę interdum à iure
pro veritate habetur.Et bene dico quãdoque,vt in iuribus
proximè alleg.&.l.distin.ferrum.&.ꝭ.de cleri.nõ residen.ex
parte tua vbi de hoc per Bernar.&.d.c.is qui.ꝭ.de spõsa.vbi
etiam si cõstaret de cõtraria intentione se carnaliter cogno-
scentiũ:tamen pro matrimonio iudicaref in foro iudiciali.
Sed magis placet quod scripsi.ꝭ.quęstione ꝓxima post prin
cipiũ.ibi sic,ꝙ dum ei correspõdet &c.quãdoq; tamen talis
fictio nõ habef pro veritate:vt patet in clemen.quod circa.
13 de elect.prout ibi scripsi post Landinũ.Pręsumptio † autem
in re dubia vnius partis alia parte omissa assumptio:indi-
cium autẽ est rationabilis appræhensio veritatis rei tacitæ
per expressa.vt.ff.de cõtrahen.empt.l.quod sæpe.

¶ TERTIO quęritur quot sunt species fictionum?dic ꝙ
multiplices:quia quędam licita:& quędam illicita:vt.ꝭ.de
his quę vi metus ve cau.fiunt.c.j.vt plenè scripsi in pręal-
leg.c.j.Item quędã intẽtionis,& alia operis.xxvij.dist.quod
interrogasti.Item quędam iuris tantũ,alia iuris & de iure:
vt in pręalleg.c.ferrũ.&.c.is qui.de sponsa.alleg.Sed hęc di-
stinctio nõ bene placet:quia fictio iuris tantũ nõ potest dici
propriè fictio:quia semp pro veritate accipitur,& nunquã
contrariã probationẽ admittit.Item dicitur quędam fictio
facti,licet nõ cadat propriè fictio in facto secũdũ Henricũ.
14 Sed nõ placet eo modo quo dicif:quia † re vera nulla fictio
est in iure:quia re vera omnia iura etiã de fictionib⁹ loquen
tia sunt certa:& purã & certã cõtinent veritatẽ,& nullã ha-
bent fictionẽ.ff.de iuris & facti igno.l.ij.nec obstat.ff.ex qui
bus causis.l.deniq;.&.de capti.l.in bello.§.factę.vt scripsi in
cõsilijs meis.cõsilio.qđ ꝓsequere prout ibi scripsi ad saturi-
tatẽ alia est pŕsumptio intẽtionis.vt scripsi de biga.c.nuper.

¶ QVARTO quæritur vtrũ præferatur fictio veritati?
Circa quod vide quod sic distinguere potes secũdum Hen-
ricũ: quia aut quæris de fictione iuris, aut de fictione facti.
Si primo refert, aut quærit de fictione iuris & de iure, id est
vbi ius nedum præsumit de aliquo imò super illo statuit cer
tum: vt quia ius absentẽ pro negotijs ecclesiæ fingit reside-
re, & ita statuit haberi pro vero. j. de cleri. nõ residen. ex par
te. & tũc fictio prævalet: vt notat in præalleg. c. ferrũ. in glo. j.
qualis nõ fuit. Aut est tantũ fictio iuris. sicut ꝙ illa quæ per
annũ velata steterit fingatur professa. xxvij. distin. quod in-
terrogasti. & tali statur, nisi plenè probetur contrariũ: vt. s.
15 de his quæ vi me. ve cau. fiunt. c. j. Sed † nõ placet ꝙ sit fictio
iuris tantũ à præsumptione iuris differens, vt prædixi: nec
placet exemplum: quia licet in. c. quod interrogasti sit fictio
seu statũ iuris in locũ cõsensus & voci succedens, tamen. c. j.
de his quæ vi me. ve causa fiunt. declarat illud solum locũ ha
bere libertate durãte, ita ꝙ ibi solus metus in causa est. Pone
enim ꝙ monialis quæ liberè portauit velum per annũ dicat
post annũ ꝙ nunquã voluit profiteri: super hoc ꝓbationes
offerat & propter hoc velit dicere se nõ fuisse tacitè profes-
sam nunquã debet audiri, secundũ prædicta videretur ꝙ sic.
Sed certè hoc non est verũ, prout expressè probatur in. d. c.
quod interrogasti. Aut loquimur de fictione facti, vt puta
16 quòd clericus assumat † habitũ secularẽ seu laicalem: vt. j.
de vita & hone. cleri. clerici lib. vj. Et tũc semper habet pro
veritate, nisi probetur causa fictionis honesta: quia fictio de
natura sui mala est, sicut simulatio: vt notat in. d. c. j. s. quod
metus causa. & pro hoc. C. plus valere quod agitur. per totũ
secundum Laud. in præalleg. cle. quod circa. vbi ipse deducit
qualiter fictio locũ habet in omnibus prædicamẽtis: & vide
quod ibi scripsi, nec multũ cures de hoc quo ad materiã de
qua hic agitur: quia hîc & ibi æquiuocatur nomẽ seu signi
ficatũ nominis fictionis, & vide melius in his quæ scripsi in
dicto. c. j. s. de his quæ vi me. ve causa fiunt. Supplementum
autẽ & residuum recipe ex notatis Hosti. & Specu. & aliorũ
summistarum & glossatorũ præallega. & Cyn. C. de proba. l.
siue possidetis. & ex his quæ scripsi. s. eo. quanto. & j. c. pri-
mo. & quæ leguntur & notantur. j. de sponsa. is qui. & quæ
ibi dicam ¶ Collectarius autẽ solum dicit vnũ, videlicet ꝙ
17 † cõmunis opinio transferat onus probandi in aduersariũ,
& per quem modum notat Inno. de verborũ signifi. veniẽs.
in hoc magnæ glossæ. Hic tamen nõ transfert: quia iste cõtra
quem erat præsumptio erat actor: sed difficilius admittitur
eius probatio: vt hic dicitur secundũ eum. ¶ Supple glossas
in glos. j. ibi iactet. vt hic renunciando prælaturæ pro vica-
ria. & arguit pro hoc Hosti. ad id quod Nouella notat post
eum. de præben. c. præterea. in glos. ij. in fine. Vincen. & s. de
testibus. præterea.

☞ *SVMMARIVM.*

1 *Anulum nuptijs, & infeudationi argumento esse.*
2 *Instrumentum famæ in probãdo matrimonio prævalere, vt in cæteris causis maioribus. nu. 3. famam tamen plerunque spectari. nu. 2.*
5 *Instrumento donationis propter nuptias matrimonium probari quo modo accipiendum sit. & nu. 6.*
7 *Nuptijs probandis nec instrumenta, nec anulos, nec famam sufficere & quando.*
8 *Cohabitatione decennali matrimonium, solaque fama an probetur. & nu. 12. declaro, vt nu. 24. & an tres testes absque fama id probent. nu. 9. & quo modo illa procedant. nu. 25.*
10 *Occultorum Deum cognitorem, testemque solum esse.*
11 *Matrimonium carnale spirituali æquiparari.*
13 *Matrimonio probando, possessionem sine iure probare, sicut in alijs causis satis nõ esse. & nu. 14. hoc ex iudicis arbitrio pẽdere. nu. 15.*
16 *Matrimonium fama, lecto, mensaque probari: & hæc est. c. illud. mens.*
17 *Matrimonium sola præsumptione probatum tenere. & quo modo accipiendum. & numero. 26.*
18 *Possessorem absq; titulo prædonem censeri: titulumque allegare satis non esse. nu. 19. & 22. l. contra, vt nu. 20.*
21 *Titulo omisso inserta probari oportere.*
23 *Probationes difficiles à lege iuuari debere: & quæ in dubium reuocari non debeant. nu. 24.*
27 *Matrimoniũ non nominatione simplici, sed instrumẽto dotali probari.*
28 *Dotem, donationemque propter nup. absque matrimonio non stare.*

¶ CAP. XI.



ILLud. Casus. Per nominationẽ cohabi-
tationẽ & famã probatur conu-
gium maximè si instrumentum donationis
propter nuptias appareat. Cõmunis diuisio.
secũda ibi. *verũ*. & fuit hæc decretalis in pri-
ma cõpilatione sub titulo de spon. Sed quia de modo pro-
bandi per præsumptiones principaliter tractat: ideo in hac
cõpilatione sub hoc titulo collata fuit. ¶ Expone literã. *per
decem annos*. factũ narrat secundũ Gof. & Hosti. *Maritum*. in
antiqua erat: quia testes desponsationi nõ apparẽt vendicãs
adiecta causa de iure canonico sicut filius petit adiecta cau
sa de iure quiritũ. Inno. de hoc. j. de cõuer. infidel. c. ij. in. j.
glos. *instrumentum*. cui soli nõ statur: quia cõfectũ est super do
te nõ super matrimonio secundũ Inno. per quod instrumen
tum ipsum, scilicet virũ fraudaret: quia dicebatur fortè in
instrumento ꝙ dominus cõsenserat secundũ Alanũ & Gof.
quòd ille scilicet seruus eius scilicet mulieris. *de more loci*. sci-
1 licet ciuitatis Ianuen. vnde anulus † est signũ matrimonij:
& de hoc. xxx. q. v. c. fœminæ. & j. de re iudi. c. tenor. secundũ
Ioan. Calde. & venditricis panis, ac dignitatis & etiã vanita-
tis: vt. j. de vita & hone. cleri. c. clerici. ver. nec anulos. & etiã
inuestituræ. j. de his q̃ fiunt à maiori parte capituli. ex ore.
& j. de re iudi. cum olim. & etiã libertatis: vt. C. de iure anu-
lorũ aureorũ. l. ij. detulisse. & sic est præsumptio elidet præ-
sumptionẽ secundũ Inno. simile. s. de elect. cũ inter. P. ver. la
nè. *individuã*. quæ inter istos duos fuisse ꝓbatur, ex quo in le-
cto & mensa, ista mulier tenebat vt vxor. Hosti. *condixerit*. id
est nihil obijcitur cõtra instrumentũ. Inno. adimplere. sit. s.
tit. j. cũ dilectus. in fine. & ff. de æden. l. si quis ex argentarijs.
§. j. ¶ Opponitur primo hic in § verũ. in prin. vbi dicitur ꝙ
in huiusmodi cubietate fama viciniæ magis debebet atten-
di, subaudi quàm instrumẽtũ donationis propter nuptias,
2 de quo textus proximè dixerat. Non † enim videt hoc pos-
se de iure ꝓcedere: & primo quia instrumentũ de iure facit
plenã probationẽ. s. tit. ꝓximo per totũ. fama vero nõ facit
plenã probationẽ, sed alias probationes coadiuuat admini-
culatur seu cõfirmat: vt patet ex his quæ legũtur & notãtur.
ff. de testi. l. iij. §. j. s. de proba. c. caulam. & s. de testib⁹. c. præ-
tereà Præterea & si fama aliàs faceret probationẽ plenã vel
